Z51h

HANDBUCH

DER

RÖMISCHEN EPIGRAPHIK

VON

CARL ZELL,

weil. Professor an der Universität Freiburg, grossh. bad. Geh. Hofrathe, Ritter des Zähringer Löwenordens.

Vol 1–3

Erster Theil: Auswahl römischer Inschriften.
Zweiter Theil: Anleitung zur Kenntniss der römischen Inschriften.
Dritter Theil: Supplement, die Stadtrechte von Salpensa und Malaga und andere Gesetzesdenkmäler enthaltend.

Zweite Ausgabe.

HEIDELBERG.

CARL WINTER'S UNIVERSITÄTSBUCHHANDLUNG.

1874.



Alle Rechte vorbehalten.

21405
27/1/92
6

HANDBUCH

DER

RÖMISCHEN EPIGRAPHIK

VON

CARL ZELL.

ERSTER THEIL.

AUSWAHL RÖMISCHER INSCHRIFTEN.

Zweite Ausgabe.

HEIDELBERG.

CARL WINTER'S UNIVERSITÄTSBUCHHANDLUNG.

1874.

PRAEFATIO.

Abhinc amplius quadraginta annis Frid. Aug. Wolfius exoptavit, ut novus aliquis existeret Fleetwoodius, qui delectum inscriptionum ad hanc literarum antiquarum partem cognoscendam aptum ederet, eademque viá multas antiquitatis reliquias scitu dignissimas in memoriam eruditorum et usum revocaret.*) Sane mirandum est, huic celeberrimi viri desiderio per tantum temporis spatium a nullo philologorum nostratium, qui typographorum prela tantopere fatigamus, esse satisfactum. Nam Jo. Casp. Orellii Amplissima inscriptionum selectarum Collectio, qua doctissimus editor tam praeclare de hoc studiorum genere meruit, et ipsa viginti demum annis post Wolfii votum sive potius commonitionem secuta est, eademque ultra unius modici voluminis mensuram a Wolfio significatam excedit atque vel in hac sua ubertate defectu quodam monumentorum inprimis legalium laborat. Neque vero solum eiusmodi inscriptionum delectus apud nos desiderabatur, sed etiam opus aliquod, quo literarum studiosis via ad doctrinam epigraphicae, quae dicitur, romanae percipiendam patefieret et muniretur, quale in graecis literis Franzio nunc debemus. Itali quidem, qui semper in hoc genere principatum tenuerunt inde a Fabretto usque ad Borghesium, Labusium, quos honoris causa nomino, alios horum studiorum laude nunc florentes, praeclara huius doctrinae adminicula iam iudum in egregiis Franc. Anton. Zachariae et Steph. Anton. Morcelli**), doctissimorum Societatis Jesu sodalium, lucubrationibus habent,

*) F. A. Wolf. Von einer milden Stiftung Trajans, vorzüglich nach Inschriften (Berlin. 1808.), in Praefatione: „Schon längst hatten junge Philologen zu wünschen, es möchte ein neuer Fleetwood ihnen eine, zu dem Studium der Epigraphik einleitende, Auswahl von Inscriptionen besorgen, wodurch zugleich allerlei lehrreiche und schätzbare Bruchstücke des Alterthums in erneuten Umlauf kommen würden.“ Liber a Wolfio significatus est Guilelm. Fleetwood Sylloge inscriptionum antiquarum. Londini. 1661. 8.

**) Prior liber editoris nomine in titulo non addito ita inscribitur: Instituzione antiquario-lapidaria osia Introduzione allo studio delle antiche latine iscri-

quarum excellens praecipue Morcelli opus etiamsi magis adstrictam eius tractationem optes, tamen utrum plus voluptatis lectori an fructus praebeat, difficile dictu est. Sed Zachariae liber perquam in Germania rarus est, Morcelli prior editio et ipsa satis rara, eiusdemque Opera epigraphica non cuivis facile patent. Quae omnia considerantem iam ante multos annos me tunc temporis in universitate Friburgensi Brisgoica humanitatis studia profitentem cogitatio subibat tentandi, si labori ab aliis deserto ipse suscipiendo par essem. Mox ad aliud munus publicum a cathedra avocatus hoc consilium deposui. Sed postquam hoc latinarum inscriptionum studium novissimis his annis etiam inter nostrates incalescere coepit, Instituto inprimis archaeologico romano hoc quoque monumentorum genus novis adminiculis adiuvante et viris doctis aliquot Germanis in ipsa Italia inscriptionibus conquirendis et explicandis optimos quosque in hoc genere aemulantibus, accedentibus tot egregiis philologorum in Germania et iurisconsultorum eodem pertinentibus lucubrationibus, tanto confidentius exspectavi, ut aliquis omnibus ad rem perficiendam partibus me instructior hanc provinciam administrandam susciperet. Quod dum frustra exspecto, docendi munus in universitate Heidelbergensi mihi mandatum est, et unde auditor olim e Friderici Creuzeri, celeberrimi viri, schola egressus sum, eodem mihi iam professorem reverti atque hunc ipsum praeceptorem meum multis nominibus a me pie colendum, nunc vegeta senectute conspicuum collegam venerari contigit. Nunc igitur haec studia nunquam deserta instaurato ardore repetivi; quae de inscriptionibus latinis commentatus eram, collegi, castigavi, supplevi atque hoc epigraphicae romanae enchiridium edendum suscepi, cuius quidem operis consilium et rationem ut breviter hoc loco exponerem, necessarium duxi.

Continet igitur hoc enchiridium bina volumina, quorum prius volumen romanarum inscriptionum delectum includit, alterum volumen brevi tempore subsecuturum succinctam earundem intelligendarum et explicandarum doctrinam continet, ex ea fere descriptione elaboratam, quam abhinc aliquot annis alio loco*) delineatam proposui. In hoc autem delectu,

---

zioni. In Roma 1770. 8. et Venetiis 1792. 8., posterior Steph. Anton. Morcelli De stilo inscriptionum latinarum Libri III. Romae. 1781. inque Eiusdem Operibus epigraphicis (Patavii. 1819. 5 voll. 4.) vol. I—III. Editio altera auctior et emendatior.

*) Real-Encyclopaedie der classischen Alterthumskunde, herausgegeben von August Pauly, fortgesetzt von Chr. Walz urd W. S. Teuffel. Vierter Band. Stuttgart. 1846. pag. 184 seqq. s. v. Inscriptiones latinae.

priori volumini incluso haec praecipue mihi spectanda visa sunt: primum ut totum inscriptionum ambitum complecteretur; deinde ut aptissima quaeque exempla ex tam ingenti copia promeret; porro ut aptissimo ordine disponeret; postremum ut usum harum inscriptionum necessariis subsidiis instrueret et externa libri conformatione iuvaret. Iam videamus, qua ratione has dotes delectui meo si non conciliavi, certe quidem conciliare studuerim.

Primum igitur nullum inscriptionum genus plane praetermitti, sed singulorum generum exempla recipi oportuit, quum et doctrina altero volumine comprehensa omnes inscriptionum partes complectens plenam exemplorum copiam requireret. Atque quod ad hanc exemplorum copiam attinet, delectum nostrum praecipue a monumentorum legalium quae dicuntur collectione commendatum iri confido. Constat enim, quam parum Spangenbergii Tabulae negotiorum iuris romani sollemnium (Lipsiae 1822) et Hauboldi Monumenta legalia (Ed. Spangenberg. Berolini. 1830.) satisfaciant, quum et accuratior rei tractatio et non exiguus monumentorum numerus postea inventorum in utroque opere desideretur. Iam in hoc nostro delectu quidquid Hauboldus et Spangenbergius praebent legum, senatusconsultorum, denique monumentorum omne genus eodem pertinentium coniungi invenies, eaque omnia non uno loco castigata et pluribus monumentis aucta. Tantum de iis monumentorum legalium generibus, in quibus nihil fere nisi eaedem formulae sollemnes mutatis nominibus propriis repetuntur, non omnia recepi nec integra, sed specimina selegi, ut in tabulis honestae missionis, in tabulis hospitalibus, in tabula alimentaria Traiana. Sed reliquorum generum monumenta legalia, ut leges, senatusconsulta, acta publica magistratuum urbanorum et municipalium, etiam collegiorum dedi omnia, undique conquisita et optimorum subsidiorum ope recognita. Qua operis mei parte curanda me non philologis solum sed etiam iureconsultis gratum fecisse puto. Nusquam enim alio loco tot monumenta legalia quot in hoc nostro delectu coniuncta inveniuntur. Ad nonnulla alia delectus capita, ut titulorum sepulcralium, honorariorum, inscriptionum poeticarum, multo uberiorem copiam comparatam habueram, sed ut suam volumini mediocritatem servarem, multa seposui.

Ex tam ingenti autem inscriptionum copia eae potissimum erant deligendae, quae per se essent cognitu dignissimae, eaedemque sui quaeque generis argumentum propriamque formam aptissime repraesentarent, et quae coniunctae formularum in unaquaque classe varietatem complecterentur. Praeter hanc deligendi normam earum quoque inscriptionum praecipuam rationem habendam esse duxi, quae in amplioribus collectio-

nibus et thesauris nondum inveniuntur; quae per ephemerides vel doctarum societatum acta sparsae vel seorsim peculiaribus libellis editae non cuivis facile ad manus sunt, etiam earum, quarum bonae explicationes et egregii commentarii habentur, quibus tirones in hoc studiorum genere maxime adiuventur.

In dispositione et ordine inscriptionum constituendo meam ipsius sequi rationem tentavi, eamque, ni fallor, non incommodam. Adhuc enim in amplioribus collectionibus farrago inscriptionum in certas quidem classes digerebatur, neque vero hae classes ad communes regulas dividendi logicas aut ad rei ipsius causas severiori lege exactae accuratius introspicientibus videbuntur; tum singulae inscriptiones, quod mihi insigne vitium esse videtur, non ubique ex earum ipsarum argumentis et summa rei disponebantur, sed plerumque propter nomen aliquod singulare geographicum, historicum, muneris alicuius sacri, civilis, militaris promiscue huic vel illi classi assignabantur. Quo factum est, ut multae inscriptiones propter eiusdem argumenti et totius generis communionem prorsus coniungendae, contra per diversas classes dispersae divellerentur. Indeque alterum incommodum natum est, ut horum monumentorum universitas hac confusione obscurata, quam exacte responderet omnibus vitae partibus, non satis clare appareret. Mihi vero alia via ineunda videbatur. Primum enim quod ad orationis genus attinet, omnes inscriptiones aut prosa oratione aut versibus conscriptae sunt, ut continuo in has binas partes segregentur. Utriusque autem partis inscriptiones, si summam argumenti et propositum cuiusque spectamus, aut ad sacras res pertinent, aut ad profanas; profanae inscriptiones aut publicae sunt, id est, ad rem publicam pertinentes et publica auctoritate conscriptae, aut privatae, id est, ad vitam privatam pertinentes et a privatis profectae. Inscriptiones publicae rursus aut ad civilia rei publicae instituta aut ad militaria spectant, ideoque civiles sunt aut militares. Unum quodque horum generum suas sibi species subiectas continet, pro rerum varietate diversas. Singula autem et genera et species has binas sectiones complectuntur, titulorum et tabularum, quum omnes inscriptiones vel aliis rebus tanquam accessiones et appendices addantur, ut aedificiis, statuis, vasis; vel per se constent et sola scriptura duriori materiae insculpta contineantur; quarum priores titulos, posteriores tabulas vocamus.

Neque vero satis erat in hoc delectu, universum inscriptionum ambitum et fines respicere, optima quaeque deligere et commode disponere: etiam oportebat emendatas repraesentari et necessariis instrui subsidiis. Quapropter verba inscriptionum quam emendatissima et ex optimis fontibus

petita dare studui. Nonnullis tamen ad hanc rem subsidiis literariis carui, praecipue libris pluribus et dissertationibus de re epigraphica in Italia et in Gallia editis, quae vel tranquillo rerum statu non omnes tam facile comparantur, his vero nostris temporibus communibus ad nos non pervenerunt. Scriptores, unde singulas inscriptiones sumsi, numero cuique adscribuntur; librorum titulis, nisi ubi inscriptionum collectiones in vulgus notae adhibentur, integris additis. Scriptorum indicem epigraphicorum pleniorem, ordine alphabetico dispositum, alteri volumini subiicere constitui. Commentarios addere inscriptionibus non erat ex instituti operis consilio, sed tantumodo notarum sive siglorum explicationes, variarum lectionum delectum et praemissa maioribus inscriptionibus argumenta. In notarum explicationibus subiectis vel communia, facilia et omnibus vel mediocriter in hoc genere exercitatis nota consulto recepi, adeoque usque repetere non praetermisi, hanc ob causam, ut tironum et omnino minus in his literis exercitatorum commoditati abunde consulerem. Quae omnia etiamsi fortasse non aliena videantur, in una re ad externum delectus nostri habitum pertinente fore ut plures legentium prima fronte offenderentur, praevidi, nimirum in minuscularum quae dicuntur literarum formis et in versuum distributione non ad inscriptionum in lapide vel aere mensuras facta, sed uno tenore continuatorum. Sed haec ipsa res mihi quidem et ad rectam rationem et ad usum accomodata esse videbatur. Nempe omnino duplex est exemplorum codices et monumenta literata reddentium genus, prout vel accuratae critices subsidia et rationes vel communem legentium commoditatem et popularem usum respexeris; quorum alterum originariam scripturam exacta imitatione exprimat necesse est, alterum verborum et literarum substantiam fideliter reddere satis habet etsi communibus et consuetis typorum formis. Tertium genus medium quod exacta scripturarum imitatione careat idemque a communi formarum consuetudine recedat, neutri parti satisfacit: nam neque criticae subtilitati inservit et a populari legentium usu et commoditate alienum est. Iam hoc ipsum tertium genus neutri parti accommodatum plerumque in antiquis inscriptionibus edendis usurpatur, dum literarum maiuscularum sive capitalium formas typographicas adhibent, quae neque ipsam monumentorum scripturam plane exprimant et legentium oculos morentur. Mihi utriusque partis ratio ita servari visa est, ut hunc inscriptionum delectum iisdem literarum formis quibus veteres scriptores legere consuevimus, reddendum curarem; alteri huius operis volumini tabulas lithographicas additurus, quibus antiquae diversorum generum et aetatum inscriptiones accuratissime ad archetypum expressae repraesentarentur. Siquid sana ratio exigit, vel novitatis inso-

lentia non est reformidanda; sed ne novum quidem est, quod in hoc delectu excudendo faciundum curavi. Nam Fleetwoodii Sylloge, quem Frid. Aug. Wolfius ducem in hac re commendavit, eandem typorum formam prae se fert; neque minus tabulae inscriptionum longiores, ut leges, senatusconsulta, id genus alia a multis editoribus recentioribus minuscularum literarum typis redditas videmus. Quapropter me rationem iniisse non poenituit, qua huic modico volumini tam largam monumentorum copiam includi licuerit, eaque monumenta ipsa tanto facilius in popularem eruditorum usum traducerentur.

Antequam finem praefandi faciam, hoc lectores monitos esse volo, me in hoc opere nihil magni, nihil exquisiti, nihil inveniendi acumine aut recondita eruditione conspicui promittere; sed tironum usibus et eruditorum commoditati inserviendo, antiquarum literarum studiosis commendare inscriptionum romanarum studium et scientiam mihi proposui, quae quidem et latinarum literarum complementum continet plane necessarium et veram spirantemque antiquitatis romanae imaginem, dummodo recte instituatur, siqua alia horum studiorum pars, nobis repraesentat. Satis contentus ero, si quemadmodum olim abhinc triginta annis Aristotelis Ethica Nicomachea edendo vir iuvenis fortasse aliquid ad promovendum Aristotelis studium inter nostrates literarum graecarum studiosos contuli, ita nunc ad romanae epigraphicae studium propagandum atque magis magisque in popularem eruditorum usum apud nos traducendum vergente mea aetate aliquid contulero. Quo in conatu vel hanc ob causam lectores aequos et eruditos ut hunc laborem aequi bonique consulant, rogare licebit, quoniam hoc ipso tempore, quo tam multae res et tam calamitosae mentem a studiis et a libris evolvendis avocant, et honestissimus libri redemtor et ego ab incepto non destitimus. Ubi rem non male nobis cessisse cognovero, fortasse tertium volumen cum christianae antiquitatis inscriptionibus aliquando addetur. Sed ad hanc rem perficiendam et feliciora tempora et plus otii exspecto: nam nunc quidem me de communis Germaniae patriae et de peculiaris Badensis sorte perquam sollicitum et negotiis in conventu statuum, qui dicuntur, Badensium, quo legatum me cives mei miserunt, districtum hanc praefationem conscribere oportuit.

Carlsruhae, die V. Octobris MDCCCL.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. 1. n. 3. not. 3. pro felicis corrigendum: fidelis.

Pag. 3. n. 23. pro: Bullet. archeol. 1832. p. 1831. corrigendum: Bullet. archeol. 1831. p. 182.

Pag. 5. n. 44. Muratorius l. l. binas aras affert, quarum altera Neptuni et Ventorum est, altera Tranquillitatis. Sed videntur potius ternae illae arae esse Antii repertae et nunc in museo Capitolino asservatae, de quibus V. Urlichs Beschreibung Roms. p. 253.

Pag. 13. n. 116. Pro Kal Iuu. corrig. Kal. Iun.

Pag. 13. n. 123. in fine adde: Düntzer, Rheinische Jahrbücher I. p. 89.

Pag. 14. n. 130. pro ministorum corrig. ministrorum.

Pag. 15. n. 137. in fin. adde: Orel. 1695.

Pag. 16. n. 142. pro Larth. cor. Karth.

Pag. 18. n. 156. inscriptio inter titulos sepulcrales Cap. III. §. 6. collocanda est.

Pag. 19. n. 167. Reinesius Clas. I. n. 139. et Marin. Att. arv. p. 249 pro: corpora pausariorum legendum putant: corporati aurariorum.

Pag. 23. n. 206. in fine adde: Rheinische Jahrbücher I, 86 ibique Düntzer, qui hunc titulum explicans praefert lectionem facta.

Pag. 24. n. 220. Notae V. P. etc. potius ita explicandae: vir perfectissimus, Praetor provinciae Norici Mediteranei testamento, secundum Coletium (Notae et Siglae. p. 410).

Pag. 25. n. 222. in fine adde: Rhein. Jahrbüch. I. p. 88 ibique Düntzer.

Pag. 26. n. 232. in fine adde: Rheinische Jahrbüch. VIII. p. 133. ibique Walz.

Ibid. n. 245. in fine adde: Lersch, Rhein. Museum I. p. 128.

Pag. 27. n. 258. in fine add.: Hefner, Die römischen Denkmäler Salzburgs (Denkschriften der kaiserlichen Akademie. Philosoph. histor. Blass. B. I.) p. 11. n. XI.

Pag. 29. n. 278. Ad numeros 278--282. Cf. Heinr. Schreiber, Die Feen in Europa. Freiburg. 1842. Lersch, Rhein. Jahrbüch. I. 90 seqq. II. 124 seqq. inprimis De Wal De Moedergodinnen. Leyden. 1846. qui egregie hanc quaestionem pertractavit.

Ibid. n. 283. pro Mairabus Lersch l. l. corrigit Matrabus. Sed V. De Wal l. l. p. XVIII.

Ibid. n. 287. in fine add. Rheinisch. Jahrbüch. I. p. 121.

Pag. 31. not. 2. pro Ellpiae cor. Ulpiae.

Pag. 33. n. 325. in fin. add. Archaeologische Zeitung. 1843. p. . . . ibique C. F. Hermann.

Pag 34. n. 331. pro: Quadrivialibs corrig. Quadruviis Cf. Rhein. Jahrbüch. IX. p. 75 ibiq. Lersch.

Pag. 37. n. 361. Deleatur: Fabretti p. 612. Male irrepserat ex Hauboldio, qui hunc scriptorem affert, sed perperam.

Pag. 38. significatio numeri 262 vitiose repetitur.

Pag. 40. not. 7 pro: tambolium cor. taurobolium.

Pag. 58. n. 393. not. 5. pro: cognatorum cor. cognatio.

Pag. 61. n. 413. Haec inscriptio plane nihili est ex Romanelli loco male intellecto prolata, ideoque expungenda. V. Bergk Zeitschrift für Alterthumswissenschaft 1849.

Pag. 83. n. 665. pro: Iparentes cor. parentes.

Pag. 101. n. 875. expungatur inscriptio male repetita quum supra n. 574 iam proponatur.

Pag. 103. n. 890. Pro: dymachero, assidario Furlanettus in lexic. Forcell. s. v. emendat: dimachero, essedario.

Pag. 104. n. 899. corrig. Haubold. De consistorio.

Pag. 107. n. 919. not. 2. adde: Bimardus l. l. verbo loco nomen Centurionis subesse suspicatur atque notas ita explicat: veteranus cohortis sextae praetoriae, Loconii (puta: centuriae).

Ibid. n. 923. ita corrige: L. Antistio T. F. Gal. Ciloni Praefecto iuri dicundo, Decurionum decreto; et mox: Reines VI, 6 pro: 16.

Pag. 110. n. 915 usque ad pag. 111. n. 937 numeri male turbati sunt, quum 915—937. perperam repetantur et numeri 947 usque ad 969 exciderint. Numeros male repetitos a legitimis iisdem numeris pag. 106—108. praecedentibus in indicibus ita distinximus ut repetitis numeris adderemus voculam bis.

Pag. 111. n. 937. inter col. et ser. interpone: Sip. male omissum.

Pag. 112. n. 977. post literas P. P. adde: bis.

Pag. 119. n. 1028. pro X Vindicis corrig. 7 Vindicis.

Ibidemque pro: Kellermann. Laterc. n. 199. corrig. n. 192.

Pag. 120. n. n. 1044. pro D. M. corr. B. M.

Pag. 135. supra Caput I. adde praescriptionem: Inscriptiones publicae civiles.

Pag. 158. n. 1363. pro Cripsus cor. Crispus.

Pag. 181. n. 1552. pro indcx cor. index.

Pag. 189. not. 9 pro: Ravennensis cor. Ravennatensis.

Pag. 190. n. 1600 pro: Leg. Prof. Narbonnens. cor. Leg. prov. Narbonnens; et mox Grut. p. 407.

Pag. 198. n. 1637, pro Hadriano cor. Hadriani.

Pag. 205. De lege Thoria conferendus est etiam Rein (Pauly Realencyclopaedie d. Alterthumswissensch. s. v. Publicus ager. Tom. VI. p. 264.)

Pag. 293. n. 1692. in titulo pro negotationis cor. negotiationis.

Pag. 344. n. 1731. lin. 4. pro verso cor. vero.

Pag. 377. in fine Argumenti decreti Tergestini adde: Giov. Labus Antiche lapidi Tergestine nuovamente illustrate (Denkschriften der kaiserl. Akadem. Philos. hist. Class. B. I.) p. 346. Nomen in primo versu inscriptionis obliteratum supplendum est: Iulius.

Pag. 379. linea penultima pro videtur cor. videntur.

Pag. 388. n. 1771. pro modesta cor. modestia.

Pag. 398. not. 1. pro scripta cor. scripti.

Pag. 415. not. 12 pro felicis cor. fidelis.

Pag. 417. §. 2. Inscriptionibus signorum militarium addenda est ea, quae in signo, ut videtur, cohortis, nuper admodum Pfullendorfii in terra Badensi effosso legitur: Conatus Ke. V. K. fortasse ita explicanda: Conatus Kenturio quintae kohortis. Signum militare est gryphus in piscem desinens, laminam aeream hoc titulo insculptam tenens.

Pag. 418. n. 1838. lin. 8. pro centuriarem cor. centuriarum.

Pag. 419. lin. 31. pro: T. Tr. cor. B. Tr.

Pag. 423. n. 1846. Add. Hefner, Die römischen Denkmäler Salzburgs (Denkschriften d. kaiserl. Akademie Philos. hist. Cl. Bd. I.) p. 55.

CONSPECTUS CAPITUM.

INSCRIPTIONES SACRAE.

Caput I.

TITULI IN AEDIBUS LOCISQUE SACRIS, ARIS, SIGNIS, DONARIIS.

§. 1. *Deorum duodenorum Olympicorum.*

1. I. O. M. Novellanus Pandarus ex V. pro se et suis omnibus ara. deo donum P. [1]) — Barzano. Orel. 1217.

2. I. O. M. — In ara. Lersch Centralmus. I, 2.

3. I. O. M. Martius Victor sig. leg. XXX V. V. [2]) Severianae Alexandri. P. F. [3]) V. S. L. M. [4]) Agricola et Clementiano Cos. [5]) — Prope Xanten. Murat. p. 375. Fiedler p. 216. Orel. p. 3394. Steiner p. 667. Lersch C. M. II, 3.

4. Ex iussu I. O. M. D. [6]) L. Tertius Hermes cum coiuge sua et filis et omnibus suis cantharum cum vase [7]) sua posuerunt. — In latere eiusdem basis: Sub Scriba [8]) Fonteio Eutycho. — Florentiae. Gorius Etr. I. p. 105, 84. Orel. 2504.

5. L. Accius Terentius aedem fecit, Jovem marmoreum posuit, votum animo L. S. L. Lolliano Avito Cos. — Pietra Mara in Marsis. Murat. 1987, 5 corruptam inscriptionem exhibet, emendatam Borghesius in Lettera al sign. Minervini intorno a consolati di due Aviti. Avellino Bullet. Napol. 1845. XLVIII. p. 99.

6. In H. D. D. [9]) I. O. M. Iuvenalis Macrinus vica. Senot. macer. D. S. D. [10]) — In pago Wilferdingen prope Pforzheim in magno ducatu Badens. Mone, Urgeschichte von Baden II. 152.

---

1) Jovi optimo maximo ... ex voto ... posuit ... — 2) signifer legionis XXX Ulpiae Victricis. — 3) piae felicis. — 4) votum solvit libens merito. — 5) post Chr. 230. — 6) dedicatum. — 7) base. — 8) templi puta. Orel. — 9) In honorem domus divinae. — 10) vicanus Senotensis maceriam de suo dedicat.

7. Heraiscus Eggiae Nerullae ser.[1]) Iovi Amarano aram posuit. — In vico Locosano. Romanelli Topografia T. II. p. 321. Orel. 1213.

8. [I]ovi Cacuno F. C.[2]) — In Monte Sabino, qui appellatur Pietra Demore. Biondi in Atti dell' accadem. rom. Tom. I. p. 159.

9. Iovi O. M. Appenino Conservatori dominorum NN. fortissimorum felicissimorumque Imperatorum. — Philippeville (olim Rusicada). Clar. Musée. livr. 13. pl. LXXI. 14. cf. Bähr in Jahn Jahrbb. Tom. 52. p. 413.

10. Pro salute coloniae et ordinis decurionum et populi Tudertis Iovi Opt. Max. Custodi Conservatori, quod is sceleratissimi servi publici infando latrocinio defixa monumentis ordinis decurionum nomina numine suo eruit ac vindicavit L. Cancrius Clementis libertus Primigenius Sexvir Augustalis et Flavialis primus omnium his honoribus ab ordine donatus votum solvit. — Tuderte in Umbria. Gruter. 19, 6. accuratius ap. Morcell. Op. ep. II. p. 51. Or. 1228.

11 I. O. M. Conservatori Tertinius Vitalis miles leg. XXX. V. V. S. A.[3]) l. lib. Praef.[4]) pro se et suis V. S. L. M. VI. Kal. Maias, Lupo et Maximo Cos.[5]) — Prope Xanten. Fabret. p. 676. Fiedler p. 218. Orel. 3511. Steiner 645. Lersch C. M. II. 8.

12. Iovi Custodi et Genio thesaurorum C. Jul. Aug. lib. Satirus D. D. dedic. XIV. K. Febr. M. Civica Barbaro, M. Metilio Regulo Cos.[6]) — Roma. Fabret. 77. 88. Orel. 1682. sed plenius Fea Framm. di fast. p. LIII. n. 33.

13. I. O. M. et Genio loci dis D. D.[7]) omnibus Aur. Superinius Marcus Bf.[8]) Cos. pro se et suis V. S. L. M. Messala et Sabino Cos.[9]) — Bonnae. Hupsch. IV, 5. Lersch. C. M. I, 4.

14. Iovi Diano C. Herrenonius Candidus V. S. L. M. — Aquileiae. Bull. arch. 1839. p. 130. Osann in Bergk. Zeits. f. A. W. 1847. p. 1064.

15. I. O. M. Dol.[10]) Q. Poblicius Modestinus Sevir. et Claud.[11]) cenatorium P. S. F. L. D. D. D.[12]) — Bononiae. Morcel. Opp. Epigr. V. p. IX.

16. Aram Iovi Fulgeratori ex praecepto deorum Montensium Val. Cuscentinus Patri deorum omnium et Aur. Exuperantius Sacerdos Silvani cum fratribus et sororibus dedicaverunt. — Romae. Grut. 21, 3. Don. I, 1. Orel. 1238.

17. Deo Fulguratori ara. — Grut. p. 21. Morc. Stil. LIX.

18. Iovi Paganico sacr. Ex indulgentia dominorum Successus, publicus municipum Asisinatium ser. Amoenianus, aedem cum porticibus a solo sua pec. fecit, item mensam et aram D. D. — Assissii. Grut. 21, 11. Gori Symbol. I. p. 201. Orel. 1250.

---

1) servus. — 2) fieri curavit. — 3) legionis XXX. Ulpiae Victricis Severianae Alexandrianae. — 4) primus librarius Praefecti. — 5) post Chr. 232. — 6) Post Chr. 157. — 7) deabusque. — 8) beneficiarius — 9) post Chr. 214. — 10) *Dolicheno.* — 11) *Claudialis.* — 12) pecunia sua fecit; locus datus decreto decurionum.

19. Iovi Praestiti Hercules Victor dicavit, Blandus Pr. restituit. — Grut. p. 1065. Morcell. Op. ep. II. p. 30. Orell. 1253. Male ab eodem pro spuria habetur. V. Bullet. dell' inst. arch. 1846. p. 91.

20. Iovi Sereno sacr. — Passer. Lucern. Tom. III. tab. 51. Morc. Stil. CCCCLXIV.

21. Licinia Quinta, Licinia Purpuris, Octavia Saturnin. Iovi Optimo Maximo Purpurioni. — Oderic. Syllog. p. 183. Morc. Op. ep. II. 23.

22. Pro salute et reditu D. N. Imp. Caesaris ..... Pio Felici Invicto Aug. Domitius Bassus 7 pr.[1]) agens vice. Principis peregrinorum templum Iovis Reducis C. P.[2]) omni cultu de suo exornavit. — (In dextra et sinistra parte:) Votis X annalib. feliciter. Votis XX annalib. feliciter. — Romae. Grut. p. 22. Becker röm. Alt. I. 504.

23. Iov. Term. Val. Ant. Antico V. L. S. — In Herma marmoreo prope Ravennam reperto. Borghesi in Bullet. archeol. 1832. p. 1831. coll. Annales de l'inst. archeol. 1847. p. 327.

24. I. O. M. Dis Deabusque hospitalibus Penatibusque ob conservatam salutem suam suorumque P. Ael. Marcianus, Praef. coh. aram sac. F. NC. D.[3]) — Durham in Britannia. Mur. 11, 6. Orel. 1675.

25. Iovi Optimo Maximo, diis deabusque inmortalibus et Romae aeternae Locrensês. — In vestigiis Locr. Monumenti ined. de l'inst. archeol. Tom. I. tav. 15.

26. I. O. M. et Fortunae Reduci pro salute itu et reditu Tib. Flu.[4]) Veteris patrono optimo aram posuerunt fabri ferrarii Dibionenses clientes[5]) S. L. M. L. D. D. Pa.[6]) — Divione. Reines p. 234, 363. Orell. 4083.

27. I. O. M. Iunoni Reginae L. Annius Italicus Honoratus Leg. Aug. leg. XIII. Gem. Antoninianae, Praef. aerarii militaris, Sodalis Hadrianalis cum Gavidia Torquata sua et Anniis Italico et Honorato et Italica filiis. — Maff. M. V. p. 237. Morc. Stil. V.

28. Iovi Iunon. Miner. Antonia M. Lib. Aphrodisia Scyphos H.[7]) venereum speculum donum dedit. — Augustae Grut. 5, 6. Orell. 1279.

29. Iovi Optimo Maximo et Iunoni Reginae, Minervae Aug. et Genio loci ipsius T. Flavius T. F. Quir.[8]) Vestinus cum T. Flavio Vestino filio suo aede. vetustate dilapsa. a solo ex viso sua pecunia refecerunt. Dedicata Imp. Caes. Hadriano Antonino Aug. Pio II. et C. Bruttio Praesente Cos.[9]) — Oderic. Syllog. p. 303. Morc. Stil. XLII.

30. I. O. M. Iunoni Reginae. Pro salute Imp. M. Aur. Antonini Pii Aug. et Iuliae Aug. matris Aug. M. Ulpius Mucianus Mil. leg. XIII.

---

1) centurio praetorianorum. — 2) castrorum peregrinorum. — 3) *fecit, nunc dedicavit.* Alii coniciunt: F. NO. D. *fecit nonis Decembribus;* alii F. N. CD. *fecit nummis* CCCC. Vid. Orel. — 4) Legendum *Flavii.* Reines. — 5) Valer. Not. Gall. p. 172. *Dibione consistentes.* — 6) solverunt libentermerito. Locus datus decreto paganorum. — 7) i. e. duos. — 8) Quirina tribu. — 9) U. c. 892.

Gem. horologiare [1]), templum a solo de suo ex voto fecit. Falcone et Claro Coss.[2]) — Albae Juliae. Grut. 6, 6. Fridvalsky Inscriptt. romano-transylvanicae. Clausenb. 1767. Köppen Wiener Jahrb. Tom. 24. Append. p. 19. Orel. 925.

31. 1) Divae Poppaeae Augustae Imp. Neronis Caesaris August. L. Titinnius L. F. Gal.[3]) Glaucus Lucretianus Flam. Romae et Aug. II. vir. IV. P. C.[4]) Sevir Eq. R.[5]) Curio, Praef. fabr. cos.[6]) Tr. milit. leg. XXII Primig. Praef. Prolegato insularum Baliarum, Tr. mil. leg. VI. Victricis ex voto suscepto pro salute Imp. Neronis, quod Baliaribus voverat anno, A. Licinio Nerva Cos.[7]) II. vir L. Saufeto Vegeto et Q. Aburio Nepote, ube vellet[8]) poneret, voto compos posit Iovi, Iunoni, Minervae, Felicitati, Romae, Divo Aug. — 2) Imp. Neroni Claudio divi Claudi F. Germ. Caesaris N. Ti. Caesaris Aug. Pron. divi Aug. Abn. Caesari Aug. Germ. P. M. Tr. pot. XIII. Imp. XI. Cos. IV. L. Titinnius L. F. Gal. Glaucus Lucretianus, Flam. Romae et Aug. II vir IV. P. C.[4]) Sevir Eq. R. Curio, Praef. fabr. Cos.[6]) Tr. mil. leg. XXII. Primig. Praef. Prolegato insularum Baliarium, Tr. mil. leg. VI Victricis ex voto suscepto pro salute Imp. Neronis, quod Baliaribus voverat anno, A. Licinio Nerva Cos. II viris L. Saufeto Vegeto et Q. Aburio Nepote ube vellet poneret, voto compos posit Iovi, Iunoni, Minervae, Felicitati, Romae, divo Augusto. — In tabula marmorea prope Lunam reperta, nunc Florentiae asservata. Gori Inscript. p. 40. Murator. I. p. 227. Gori Inscript. Append. Tom. III. p. 173. Orelli n. 731. 732. Roulez apud Schneidewin Philologus. 1848. fascic. I. p. 164.

32. I. O. M. et Numinib. Aug. M. Varius Severus B. Cos.[9]) aram cum cancellis D. S. P. — Dorchester. Mur. 12, 4. et 130, 1. Orel. 1806.

33. I. O. M. H. Aug.[10]) sacr. Genio Forinarum et cultoribus huius loci Terentia Nice cum Terentio Damarione filio Sacerdoti et Terentio Damarione Jun. et Fonteio Onesimo filio sacrorum[11]) signum et basim voto suscepto de suo posuit lustro eiusdem Damarionis. — Romae trans Tiberim. Grut. 9, 5. Nardini III. p. 344. Orel. 49. et 1712.

34. Iunoni sacr. — Reines p. 105.

35. Sex. Avinius Sex. fil. Maec. Crescens aed. paviment. de sua peq. fac. cur. Iunoni Coelesti. — In civit. Castellana. Reines. p. 56, 29. Orel. 1291.

---

1) Ita Fridvalsky. *Horologiar.* Grut. — 2) p. Chr. 192 qui annus titulo Augusti ac Pii Caracallae non satis congruit; quapropter Orellio fraus subesse videtur. — 3) Galeria tribu. — 4) duum vir quartum Pisanorum coloniae. Roulez. patronus coloniae, vel: quatuorvir potestate censoria. Murator. Pro: patronus coloniae siquis: Pisanorum coloniae legere nolit, aliam coniecturam proponit Roulez: Princeps coloniae v. civitatis. — 5) sevir equitum romanorum. Roulez. — 6) praefectus fabrorum consulis. Hagenbuch. praefectus fabrum Cosae. Roulez. — 7) p. Chr. 65. — 8) villet. Roulez. — 9) Beneficiarius Consulis. — 10) Iovi optimo maximo, Herculi Augusto. — 11) supple: ministro. Hagenbuch.

36. Iunoni Feron. Bardia L. F. Secun. aedem, signum, porticus D. P. S. D. — Sine loc. Fabrett. p. 451, 65. Morc. Stil. XIX. Orel. 1314.

37. Feroniae sac. In memoriam Minci Prisci fil. T. Kanius Ianuar. sac.[1] gratuitus anno.[2] XXXX. D. D. — Maffei Mus. V. p. 80. Morc. Stil. XIII.

38. P. Servilio, L. Antonio Cos.[3] A. D. IV. K. Sext. locavit Q. Pedius Q. Urb. murum Iunoni Lucinae HS. CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ. IↃↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ.[4] eidemque probavit. — Romae sub Esquiliis. Marini Iscriz. alb. p. 1. Morcel. Stil. I. p. 255. Orel. 1294.

39. Iunoni Lucinae pro salute domus Augustorum Imp. Caes. M. Aurell. Antonini Aug. Armeniaci, Parthici, Maximi, Medici et Faustinae Aug. eius et Imp. Caes. L. Aureli Veri Aug. Armeniaci, Parthici, Maximi, Medici et Lucillae Augustae eius liberorumque eorum Fortunatus decurialium gerulorum Dispensator aram cum base consecr. permissu Raeci Rufi[5] Curat. aedium consecravit X. K. Sept. Villio Rudente[6], L. Fufidio Pollione Cos. — Romae. Gruter 1009, 12. Orel. 874.

40. Herae Lucinae[7] sacrum pro salute Marcianae sororis Aug. Oecius lib. Proc.[8] — In Lacinio promontorio. Zeitschrift. für Alt.-W. 1845. II Suppl. p. 104.

41. Imp. Caes. divi Trajani Part. F. divi Nervae N. Traianus Hadrianus Aug. Pont. max. Trib. pot. XX. cos. III. P. P. I. S. M. R.[9] statuam ex donis aureis et arg. vetustate corruptis fieri et consecrari iussit ex auri P. III. et arg. P. CCVL. — Apud oppidum Civitatis Laviniae. Mur. 147. 5. Morcel. Op. ep. II. 40. Orell. 2503.

42. Iunonibus sacrum. M. Magius M. L. Aramantus IIIIII vir et Magia M. F. Vera, Magia M. L. Ilias aedem, signa III. porticum macerIs II. culina et locum in quo ea sunt, votum solverunt loco privato. — Aquileiae. Gruter. 24, 2. Bertoli Antich. d'Aquil. p. 105. Orel. 1322.

43. Neptuno deisq. Aug. T. Abidius Verus Post.[10] Subpraefectus class. Raven. templo restituto, molibus[11] exstruct. domo exculta in area D. D. concessa sibi dicavit. — Parentii. Mur. p. 54, 6. Donat. I, 32, 5. Stancovich. Pola p. 115. Orel. 1336.

44. Ara Neptuni. *In postica parte:* Ara Ventorum. — Mur. 148, 4. Orel. 1340.

45. Cereri Sanctae sac. Ex P. P. D.[12] Cn. Appuleius L. F.

---

1) sacerdos. — 2) annorum. — 3) U. c. 713. — 4) Sestert. nummer. 380,000. — 5) Ita Sirmond. *haec L.* Gruter. — 6) *Servilio Pudente* Sirmond. p. Ch. 166. — 7) *Laciniae* legendum videtur Prellero Regionen R. p. 175. not. — 8) libertus procurator. — 9) Iunoni Sospitae Magnae Reginae. — 10) Postumus. — 11) *moenibus* Alii. — 12) *Ex pecunia publica dedicaverunt;* aut: *Ex pecunia propria dedicaverunt.*

Ter. Niger, Q. Satrius Sex. F. Ouf. Iustus Duo virei T. Appuleia Sacerd. aedem et aram S. P. F. — Arce. Romanelli Topografia T. III. p. 376. Orel. 1497.

46. Claudia Attica Attici Aug. Lib. a Rationib. in sacrario Cereris Antiatinae deos sua impensa posuit. Sacerdote Iulia Procula; Imp. Caesar. Domitiano Aug. Germanic. XI. Cos. [1]) — Veronae. Maffei Mus. Ver. 32, 2. Orel. 1494.

47. Legiferae Cereri D. [2]) — Reines. p. 105.

48. M. Mindios L. Fi. P. Condetios Va. Fi. Aidiles vicesma. parti. Apolones dederi. [3]) — Antiquissima inscriptio in lamina aerea ap. Lanzi Saggio II. 275. Orel. 1433. Hefner. Oberbayer. Archiv. VII. 289.

49. Apollini Melpomene N. [4]) V. S. L. L. M. — Prope Moguntiam in ara. Klein, Römische Inschriften, welche in und bei Mainz aufgefunden worden sind; in: Zeitschrift des Vereins zur Erforsch. d. Gesch. in Mainz. I, 3. (1843) p. 346.

50. I. H. D. D. Pro salute Imp. Severi Alexandiri [5]) Aug. deo Apollini Dys pro. Lu. Solq. de. [6]) milites leg. XXX. V. V. P. F. [7]) sub cura agent. [8]) T. F. Apri. Commedian. leg. Aug. P. P. [9]) et Cannuti Modesti Leg. leg. [10]) Sept. Mucatra imag. [11]) et Sept. Callus et Sept. Deospor. et Sept. Sammus et Sept. Mucatra candidati V. S. L. M. Maximo it. et Aeliano Cos. [12]). — Xanten. Fiedler p. 227. Steiner 651. Lersch C. M. II. 14.

51. Apollini Granno Mogouno aram. Q. Licinius Trio D. S. D. — Herburg. in Alsat. Mur. 22, 11. Schoepflin. Alsat. I. 461. Orel. 2000.

52. C. Iulius Sosigenes ex voto Apollini aediclam reficiendam curavit V. S. L. M. — Sine L. Passionei p. 3, 7. Orel. 1434.

53. Apollini Genioque Augusti Caesaris L. Apusulenus L. L. Eros Magister puteum, puteal laurus sacrum D. S. P. [13]) — Ad antiquum puteum in agro Bononiensi. Morcell. Stil. II. 323. Orel. 1435.

54. Apollini Aug. sacr. Felix. Aug. lib. optio et exactor aur. arg. aeris, item signat. suppostores malleatores monetae Caesaris N. — Romae. Guascus Tom. II. p. 157. Orel. 3229. Q. Preller Region. R. p. 124. not.

55. Genio Apollinis Exoratus et Secunda V. S. L. M. — Lobenfeld in terra Badensi. Creuzer in Schriften des Alterthumsvereines in Baden. I. 185. De Wal. 291.

---

1) p. Chr. 85. — 2) dedicatum. — 3) Valerii filius Aediles vicesimam partem Apollini dedere. — 4) litera N. quid sibi velit, non liquet. De Musarum nominibus feminis, libertabus praecipue inditis docte tractat Klein l. l. — 5) sic pro: Alexandri. — 6) diis propitiis Lunae Solique devoti. Lersch. — 7) legionis XXX Ulpiae victricis piae felicis. — 8) agentes. — 9) legati Augusti propraetoris. — 10) legati legionis. — 11) imaginifer. — 12) p. Chr. 223. — 13) de suo posuit.

56. Apollini sancto L. Minucius Natalis Cos. Procos. Africae Augur. Leg. Aug. Propraetor Maesiae inferioris. — Canino. Fea. Framm. di fast. p. XLVI. n. 22.

57. Umbrarum et nemorum incolam ferarum domitricem Dianam deam Virginem Auxentius V. C.[1]) ubique pius suo numini sedique restituit. — Fabr. p. 689. Morc. Stil. 4.

58. II. Aug. Cos.[2]) K. Apri. Lib. T. Fl. Eros Herculem Puerinum cum basi Deanae D. D. — Romae. Marini Iscriz. Alb. p. 49.

59. Nomine Q. Domitii Alpini Licinia mater signum Dianae et venationem et salientes T. F. I.[3]) — Maff. Mus. V. p. 125. Morc. Op. ep. II. 129.

60. In H. D. D. Deanae Abnobae Cassianus Casati V. S. L. L. M. et Atteius Frater. Falcon. et Claro Cos.[4]) — In ara reperta Mulbachii, nunc in biblioth. universit. Friburg. Gerbert. Hist. nigrae silvae T. I. p. 7. Klupfel. Vetus bibl. eccles. I. p. 115. Creuzer Altrömische Cultur. p. 63.

61. Deanae sacrum. A. Titius C. F. Pom.[5]) Severus Arretio 7. leg. VI. P. F.[6]) idemque vivarium saepsit. — Coloniae. Lersch C. Mus. I. 9.

62. Dianae Sanctae T. Flaminius Aristion ex monitu aram fecit. — Romae. Maffei Mus. Ver. 294, 1. Orel. 1444.

63 Imp. Caesar. divi F. Augustus Pontifex maximus, Imp. XIII. Cos. XI. Trib. potest. XV. ex stipe, quam populus Romanus anno novo apsenti contulit Nerone Claudio Druso, T. Quinctio Crispino Cos.[7]) Volcano. — Romae. Grut. 61, 1. Morc. Op. ep. II. 39. Orell. 598.

64. Cn. Octavius Titinius Capito Praef. cohortis, Trib. milit. donat. hasta pura, corona vallari, Proc. ab epistulis divi Nervae, eodem auctore ex S. C. praetoriis ornamentis, ab epistulis tertio Imp. Nervae Caesar. Traiani Aug. Ger. Praef. vigilum Volcano D. D. — Romae in Museo Capitolino. Ediderunt Boissard II. p. 95. Grut. 61, 4. Morcel. Stil. p. 296. alii, Orel. n. 801. Kellermann Latercul. p. 27. n. 7.

65. Volcano sacr. T. Flavius Florus Sacerd. Dei Sol. stat. marm. Colleg. Ballistarior. et Coll. Ferarior. — Romae. Donat. II. p. 225, 5.

66. Haec area intra hanc definitionem cipporum clausa verubus et area, quae est inferius[8]), dedicata est ex voto suscepto, quod diu erat neglectum nec redditum incendiorum arcendorum causa, quando urbs per novem dies arsit Neronianis temporibus et hac lege dicata est, ne cui liceat intra hos terminos aedificium exstruere, ma-

---

1) vir clarissimus. — 2) *Augusto* quodam innominato *Consule iterum.* — 3) testamento fieri iussit. — 4) p. Chr. 193. — 5) Pomptina tribu. — 6) victricis piae fidelis. — 7) U. c. 745. Cf. Sueton. Aug. 57 et 89. — 8) Preller Region. M. St. Rom. p. 77. not. coniicit pro *inferius* legendum *introrsus.*

nere, negotiari, arborem ponere aliudve quid serere et ut praetor cui haec regio sorte obvenerit, litaturum se sciat, aliusve quis magistratus Volcanalibus X Kal. Sept. omnibus annis vitulo robio et verre. — Romae ad templum Mercurii. Grut. 61, 3. Fabrett. 684, 83. Morcell. Op. ep. II. p. 59. Orel. 736.

67. P. Minnius P. F. Cla.[1] Salvius Primip. Decur. grat.[2] ornam. II. viralibus vias circa aedem Minervae lapide turbinato testamento sterni iussit. — Porto Gruaro. Bullet. arch. 1839. p. 135. Osann in Bergk. Zeitschr. 1847. Nr. 135.

68. P. Rutilius Syntrophus marmorarius donum quod promisit in templo Minervae marmoribus et impensa sua theostasim exstruxit. — Gadibus. Mur. 125, 2.

69. Pl. Specios. Minervai donom port.[3] — Florentiae in aerea lamina. Gor. Etr. I. p. 68, 190. Mur. 52, 11. Or. 1421.

70. Cn. Pompejus Cn. F. Magnus Imp. bello. XXX annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis hominum centies vicies semel centenis LXXXIII. M.[4] depressis aut captis navibus DCCXLVI. oppidis castellis MDXXXVIII. in fidem receptis, terris a Maeoti lacu ad rubrum mare subactis, votum merito Minervae. — Plin. H. N. VII. 27. Morcell. Stil. XXXII.

71. M. Fouri. C. F. Tribunos militare. de praidad Maurte dedet. — Tuscul. Borghesi in Saggiatore I. p. 32. Bulletin. arch. 1847. p. 166. not. 1.

72. Palladi Victrici. — Bellor. Lucern. P. II. tab. 37. Morcel. Stil. CCCCLXIV.

73. C. Placentios Her. F.[5] Marte sacrom. — (In parte aversa:) C. Placentius Her. F. Marte donu. dedet. — In cuprea lamella. Fabret. 27, LV.

74. Deo Marti Arm.[6] Julius Emeritus mil. leg. VIII. Aug. Severianae ....[7] Exactus Cos. dedicata[8] XIII. K. Maias Maximo et Aeliano Cos. V. S. L. L. M. — Moguntiae. Klein Römische Inschriften in Zeitschrift des Vereins zur Erforsch. der rheinisch. Gesch. in Mainz. I. 1. p. 60. 5.

75. Marti Camulo sacrum. Pro salute Tiberii Claudii Caesaris Aug. Germanici Imp. cives Remi. qui templum constituerunt. — (Ab altero latere corona civica his cum notis:) O. C. S.[9] — Rhynern prope Cliviam, nunc Bonnae. Grut. 56, 12. Morcelli Stil. XV. Fiedler Römische Denkmäler p. 235. Orel. 1977. Lersch C. M. III, 279.

76. Marti Aug. Conservatori corporis sui Mercurialis, Aug.

---

1) Claudia tribu. — 2) primipilaris decurio gratuitus. — 3) portat? — 4) 12,193,000. — 5) Herii filius. — 6) armigero. — 7) Alexandrinae (sive: Alexandrianae) erasum excidisse videtur. Klein. — 8) vel: dedicat a. (ante). Klein. — 9) Ob cives servatos.

N. V. [1]) ex iussu numinis ipsius sigillum marmoreum posuit. — Apud Isaram fluv. am Konterweg. Grut. 57, 4. Orel. 1344.

77. In H. DD. Pro salute Impp. Diocletiani et Maximiani Nobb. Caess. templum Martis Militaris vetustate collapsum Aur. Sintus Praefec. imp. S. [2]) a solo restituit. Die XIV. M. OC. Tusco et Anulino Coss. [3]) — Bonnae. Grut. 58, 4. Schannat Eyfelia. I. 548. Orel. 1356.

78. Mansiones Saliorum Palatinor. a veteribus ob armorum annalium [4]) custodiam constitutas longa aetate neglectas pecun. sua reparaverunt Pontifices Vestae V. V. C. C. Promagisterio Plotii Acillii [5]) LucillI VitrasI Praetextati V. V. C. C. [6]) — Romae. Grut. 175, 5. Murat. 481, 5. Orel. 2244. Melchiorri in Bullet. archeol. 1842. p. 121 sqq. Becker Handb. d. röm. Alth. I. p. 231.

79. N. Pumidius Q. F. M. Raecius Q. F. M. Cottius Q. F. N. Arrius M. F. M. Epilius M. F. L. Heioleius P. F. C. Antracius C. F. C. Tuccius C. F. L. Sempronius L. F. Q. Vibius M. F. P. Cicereius C. F. M. Valerius L. F. Z. M. [7])

Heisce Magistreis Venerus [8]) Ioviae murum aedificandum coiraverunt Ped. CCLXX. et loidos [9]) fecerunt Ser. Sulpicio M. Aurelio Cos. [10]) — Capuae. Grut. 59, 8. Apian. p. 135. Orel. 2487.

80. Veneri Verae Felici Gabinae A. Plutius Epaphroditus Accens. Velat. negotiator sericarius templum cum signo aereo, effigie Veneris, item signis aereis n. IV dispositis in zotecis et balbis [11]) aereis et aram aeream et omni cultu a solo sua pecunia fecit, cuius ob dedicationem divisit decurionibus sing. ·X· [12]) V item VI vir Aug. sing. [13]) ·X· II item tabernariis intra murum negotiantibus ·X· I. et HS. X. M. N. [14]) rei publ. Gabinor. intulit, ita ut ex usuris eiusdem summae quodannis [15]) III K. Octobr. die natali Plutiae Verae filiae suae Decur. et VI vir. Aug. [16]) publice in tricliniis suis epulentur; quod si facere neglexserint, tunc ad municipium Tusculanor. HS. X. M. N. pertineant, quae confestim exigantur; loco dato decreto decur. dedicata idibus Maiis L. Venuleio Aproniano II. L. Sergio Paulo II. Cos. [17]) — Gabiis. Bibliothek der alt. Literatur u. Kunst. Fasc. X. p. 4. Visconti Mon. Gabin. p. 121. Ed. Labus. Orel. 1368.

81. Imp. Caesar divi Traiani Parthici F. divi Nervae Imp. Traianus Hadrianus Aug. Pontif. maxs. Trib. potest. XI. Cos. III. munificentia sua templum Deae Cuprae restituit. — Prope Gruttas al mare. Grut. 1016, 2. Orel. 1852.

---

1) Augusti nostri verna. — 2) Praefectus impensa sua. — 3) p. Chr. 295. — 4) *Magnalium* Mur. *ancilium* conie. Scaliger. Beckero probante. — 5) Ita Melchiorri. *Portii Acillii.* Gruter. Orel. *Proti Lacilii.* Murat. — 6) Virorum clarissimorum. — 7) Notae fortasse corruptae. Orel. — 8) Ita Apianus; Gruter. *Veneris.* — 9) ludos. — 10) U. C. 645. Quae apud Gruter. adduntur, alius lapidis fragmentum esse ex Apiano integrandum animadvertit Hagenb. MSS. — 11) *valvis.* — 12) *denarios.* — 13) seviris Augustalibus singulis. — 14) sestertium decem millia nummûm. — 15) Pro quotannis. — 16) decuriones et seviri Augustales. — 17) 168 post Chr.

82. Mercurio L. Manilius Silanus. — Reines. p. 207.

83. In H. DD. Deo Mercurio aedem, aram Attianus Magiss. et Magissius Hibernus Ca. [1]) Leg. XXII. P. P. F. [2]) — S. Remy in Alsatia. Schöpflin Alsat. I. p. 437. Orel. 1395.

84. M. Mindius M. F. Gal. [3]) Maximinus statuam Mercurii ob honorem quinq. [4]) posuit, cuius dedicatione dedit populo viritim denarios sing. L. D. D. D. [5]). — Grut. p. 51. Morc. Stil. CCXXXXVIV.

85. T. Vibius I. L. Optatus M. V. S. L. M. [6]) libertatis causa. — Fabr. p. 700. Morc. Stil. XXVI.

86. Tibi, o Iovis nuncie, Callistratus Cephissiensis dicat tuae imaginis statuam ad suae aetatis formam effictam, o rex gratificans puerum Apollodori patriamque salva. — British Mus. X. p. 107.

87. Mercurio Caelesti Fatali Q. Munatius Trichorus ex vot. Munatiorum aram sua pecunia P. L. M. — Romae. Grut. 54, 4. Orel. 1400.

88. Mercurio Negotiatori sacrum. Numisius Albinus ex voto. — Metis. Grut. 55, 1. Mur. 49, 8.

89. T. Eruenus T. F. Sabinus, Triumvir aed. pot. II. [7]) testamento legavit municipibus Reginis Iul. [8]) in prytanaeo statuam aeream Mercuri, trullam argenteam anaglyptam P. II. S. [9]) Lares argenteos septem P. II. S. pelvim aeream corintheam; item in templo Apollinis Maioris pugillares membranaceos operculis eboreis, puxidem [10]) eboream, tabulas pictas XVIV. Heredes eius ponenda curaverunt. — Regii Bruttiorum. Moris Inscript. Regin. p. 266. Morcell. Stil. CCLXXIV.

90. Vestae sacrum antistiti praediorum Helvidianorum. — Romae sub signo Vestae. Fabr. p. 694. Morc. Op. ep. II. 9.

§. 2. *Reliquorum numinum.*

91. Aesculapio Augusto sacrum. Probus M. Fictori Fausti minister iterum anni XXXI. — Romae, in insula Tiberina. Platner Beschr. R. III. 3. p. 563.

92. Aesculapio sac. ex voto suscepto missi honesta miss. ex coh. III. Pr. 7 [11]) Gradivi Q. Rosinius Q. fil. Pol. [12]) Severus Mutina, T. Popilius T. F. Ani. [13]) Brocchus Caesar. Aug. [14]) — Romae. Spon. Misc. p. 244. Kellerm. Lat. n. 122.

---

1) *Camilla* tribu explicat Schoepflin. *Custos armorum* Hagenbuch. melius. — 2) Primigeniae Piae Felicis. — 3) Galeria tribu. — 4) quinquennalitatis. — 5) locus datus decreto Decurionum. — 6) Mercurio votum solvit libens merito. — 7) aedilicia potestate iterum. — 8) Iuliensibus. — 9) pondo librarum duarum et semis. — 10) puxidem pro: pyscidem, ut supra: prytanaeo pro: prytaneo. — 11) ex cohorte tertia praetoria centuriae. — 12) Pollia tribu. — 13) Aniensi tribu. — 14) Caesarea Augusta.

93. Aesculapio et Hygiae sacrum. C. Oppius C. L. [1] Leonas, VI vir Aug. honoratus in tribu Cl. patrum et liberum clientium Adcensus, Patronis sanctissimis, communicipibus suis D. D. quorum dedicatione singulis decurionibus ·X· III. Augustalibus ·X· II. et colonis cenam dedit.

In sinistro latere: Dedicat. Eidib. Ianuar. Plautio Quintilio II. Statio Prisco Cos. [2] — Auximi, nunc Mediolani. Gruter. 68, 3. Fabret. Emend. p. 1. Murat. p. 333, 3. Orel 3062.

94. C. Valerius Heracles Pat. et C. Valeri. Vitalis et Nicomes sacerdotes S. P. C. P. S. R. [3] D. D. Idi. Aug. [4] Imp. Com. VI. et Septimiano Cos. [5] — In signo Aeonis. Romae. Labus Bibl. Ital. II. 194. Platner Beschreibung Roms. II. 2. p. 335.

95. Aesculapio et Saluti. — Lambaesae in Africa. In templo. Revue archeologique. IV. p. 452.

96. Deo amabili sacr. Aelia Ehorte fecit. — Morc. Op. ep. II. 22.

97. Attini aram, lunam argenteam posit. [6] P. Marius Pharetra sacerd. (In eadem ara:) Acca L. F. prima ministra Matris Magnae Matrem refecit Magnam et inauravit et Attini comam inauravit et Bellonam refecit. — Corfinii. Don. p. 6, 23. Mur. 144, 1. Or. 1903.

98. Deae Aventiae et Genio incolar. T. Ianuarius Florianus et P. Domitius Didymus, curatores col. [7] ex stipe annua adiectis de suo HS. N. I. D. [8] — Donat. Suppl. Murat. Cl. I. p. 58. Morc. Stil. XLV.

99. Augusto lucus sacer. — Perusiae. Murat. 103, 3. Vermiglioli Iscriz. Perus. II. p. 247.

100. Belen. Aug. [9] In memor. Iulior. Marcelli et Marcellae et in honorem Iuliarum Charites et Marcellae filiar. et Licin. Macron. iunior. Nepotis C. Iulius Agatophus IIIII vir Aquil. L. D. D. D. — Aquileiae. Reines. I. 52. p. 102. Bertoli Ant. d'Aquil. p. 89, 58. Orel. 1967.

101. Bonae Deae Sanctissimae Caelesti L. Pasquidius Festus, redemptor operum Caesar. et publicorum, aedem dirutam refecit, quod adiutorio eius rivom aquae Claudiae August. sub monte Aefliano [10] consummavit. Imp. Domit. Caesar. Aug. Germ. XIV Cos. V. Non. Iul. [11] — In castello S. Gregorii in Aequicolis prope Monte Fiacco. Don. p. 42, 121. Mur. 136, 3. Fabr. 637, 318. Orel. 1523.

102. Aninia M. F. Magna et Seia Ionis et Cornelia Ephyre Magistrae B. D. [12] porticum restituerunt et aediculam Fonionis. — Aquileiae. Bertoli Ant. d'Aquil. p. 107. Marini Att. II. p. 544. Orel. 2427.

---

1) Fabret. C. F. — 2) p. Chr. 159. — 3) sua pecunia constituerunt pro salute reipublicae. — 4) dedicatum idibus Augustis. — 5) Imperatore Commodo sextum et Septimiano consulibus (190 p. Chr.). — 6) sic pro: posuit. — 7) coloniae. — 8) sestertiis nummis 1500. — 9) Beleno Augusto. — 10) Mur. Aeffiano, alii affliano; nunc *Valle Arcense*. Gori. — 11) 88 p. Chr. — 12) Bonae Deae.

1) fortasse: *Martinus*. Hagenb. — 2) milites, vel: militibus (i. e. pro militibus) legionis XXX. Ellpiae Victricis. — 3) Triputienses. — 4) Knapp et Leichtlen legunt: *Manilii*. Wiener: *Mani*. — 5) primigeniae piae fidelis. — 6) opus perfecerunt. — 7) Caesaris nostri servus. — 8) sua pecunia dat dedicat. — 9) P. Ch. 130. — 10) Lapicidae errore pro: sua. — 11) Hefner supplet: In honorem domus divinae; vel: in honorem Iuliae Domnae. — 12) Augustorum et castrorum. — 13) reginae. — 14) Britonum. — 15. libens merito. — 16) p. Chr. 211.

308. Minervae et Herculi I. Antonius Maternus 7 coh. XXIII. V. C. R.[1]). — Wiesloch. Leichtlen Forsch. I. 91. Orel. 4971.

309. I. O. M. Statori Fl. Vetulenus 7 leg. III. Ital. reversus ab expedit.[2]) Burica ex voto posuit. — Abbach repert. nunc Monach. Apian. p. 444. Grut. p. 23. emendatius von Hefner Die röm. Denkmälnr in: Oberbayer. Archiv. VI. p. 165. Eiusd. Römisch. Bayern. n. 122.

310. I. O. M. Iunoni Reginae Vl. Quilinus[3]) Paternus D. C. Matti.[4]) ex voto pos. L. L. M. Dedicata X K. Oct. ter et bis Cos.[5]) — Castel prope Mogunt. Annalen für Nassau. Alterthumskund. II & III. p. 22. Borghesi in Bulletin archeol. 1834. p. 71.

311. I. O. M. D.[6]) Didymus Augg. N. Vff. ex nummul. P. P.[7]) pro salute sua et Aureliae Alexandri. coniugis .. S. L. M.[8]) .... vo et M......os[9]). — Oberpettau. Wiener Jahrb. 1829. Tom. XLV. p. 61. Borghesi in Bullet. archeol. 1835. p. 1.

312. Isidi Re.[10]) ob remissa. exa. inliga[11]) populo a max. Imperat. Severo et Antonin. Augg. C. Subulnius Faustinus V. S. L. M. — Florentiae. Roulez Inscriptions d'Isis dans l'eglise de St. Florent à Florence, in: Bullet. arch. 1839. p. 184.

313. In H. D. D. Iunoni Re*ginae*, Minervae *numini*busque imp*erii pro* salute et in*columitate* D. D. nostro*rum Diocletiani et* Maximiani Augustoru*m*, Constantii et Maximiani *Caesarum* civitas Mo*guntiacensium*. Aurelio et Anibaliano Coss. — Lupoduni repert. in antiquario Mannhem. asservat. Grut. p. 24. Acta acad. Palat. I. 183. Creuzer Altröm. Cultur. p. 17. Steiner nr. 496. Gräff Antiquar. nr. 86. Rappenegger n. 53. (post Chr. 292.)

314. Larib. sacr. C. Iunius Iustus mil. coh. VI. praet. station. Tibur. P. L. D. D. D.[12]). — Tibure. Mur. p. 85. Orel. 1655.

315. Larib. Aug. ministri qui K. Aug. primi inierunt: Antigonus M. Iuni Erotis; Anteros D. Poblici Barnae; Eros A. Poblici Damae; Iucundus M. Plotiani Erotis. — Romae. in insula Tiberina. Fabret. p. 465. Orel. 1658. In aedibus Barberinis secundum Donat p. 46.

316. Libero et Liberae sacrum P. Gavius Astectus[13]) VI vir imperio posuit. — Aquileiae. Marm. Salonit. p. VIII. Donat. p. 24. Orel. 1486.

---

1) voluntariorum civ. rom. — 2) expeditione. — 3) Ulpius Aquilinus legendum censet Borghes. — 4) decurio civitatis Mattiacorum — 5) Ad Imperatores Philippos duos p. Ch. 248 refert Borghes. — 6) Iovi optirno maximo Dolicheno. — 7) Augustorum nostrorum (sc. servus) ufficinator (pro: officinator) ex nummulariis provinciae Pannoniae. Ita locum emendavit et explicuit Borghesi. In Annalib. Viennens. literae post nomen Didymi sic redduntur: AVGG. VLLIPI. — 8) solvit libens merito. — 9) Borghesi. supplet: Fabiano et Muciano Cos. (p. Ch. 201.) — 10) reginae. — 11) ob remissam exactionem. Quid sit inliga non liquet Roulezio. Fortasse intelligendum: inligato populo, vel: ob remissam exactionem inligatam populo. — 12) posuit; locus datus decurionum decreto. — 13) Maffei Mus. V. habet: *Aspectus*.

317. Lunae et Soli aeter. sacr. C. Attilius C. F. C. N. Dec. Eq. sing. Imp. N.[1]) voto suscepto L. M. — Romae. Donat. p. 22.

318. a) Curtelia Pupusa Marti Loucetio V. S. L. L. M. — b) Marti Leucetio T. Tacitus Censorinus V. S. L. L. M. — In museo Wiesbaden. Annal. fur Nassau. Alterth. III. 335.

319. Deae Maiae aedem a solo fecit G. Arrius Patruitus bf. Cos. V. S. L. L. M. — Germersheim. Steiner. n. 180.

320. Matri deum C. Sempronius Saturninus 7 coh. XXVI. vol. C. R.[2]) V. S. L. M. — Baden-Baden. Rappenegger. n. 14.

321. In H. D. D. deo Mercurio, Fortun. redu. sacr.[3]) M. Vir. Marcellus Deciali. F. S. A. sing. Cos. P. P. K. III. D. S. L. L. M. de. X. K. Iun.[4]) L. V....[5]). — Abbach, nunc Monach. Apian. p. 444. Grut. p. 50. emendatius von Hefner Röm. Denkmäler in: Oberbayer. Archiv. VI. p. 170.

322. Deo Mercurio Cimiacino aram turariam M. Paternius Vitalis, qui aedem fecit et signum posuit V. S. L. L. M. Dedicat. III. Cal. Octobr. Gentiano et Basso Cos.[6]). — Ludenhausen; nunc in antiquario Augustano. Hefner Römisch. Denkmäler Oberbayerns, in: Oberbayer. Archiv. VII. p. 404.

323. Deo Mercurio Nundinatori. — Birstadt prope Wisbaden. Annal. d. Vereins f. Nassau. Alterth. I. 16.

324. In H. D. D.[7]) Neptuno, contubernio nautarum Cornelius Aliquandus D. S. D.[8]). — Ettlingen in porta urbis. Grut. p. 62. Schoepflin Alsat. illust. I. 489. Steiner nr. 93. Rappenegger n. 11. p. 17 A n. 25. p. 35.

325. Nocturno sacrum. C. Cassius Valens benif. ex imper.[9]). Salonae. Bullet. archeol. 1840. p. 95.

326. Nymphis Aug. Eructus Q. Sabini Verani C. P. P.[10]) ser. villic. — Jüffer im Bade. Muchar. Gesch. Steiermark. I. p. 436.

327. In H. D. D. Plat. praetor.[11]) aram qui.[12]) et Genium Sattonius Gratus D. D. Imp. .....[13]) Aug. III. et Dione Cos.[14]). — Heddernheim. Dorow in: Kunstblatt. 1823. n. 45. Habel in: Annal. d. Ver. für Nassau. Alterth. I. p. 77.

---

1) decurio eques singularis imperatoris nostri. — 2) centurio cohortis XXVI voluntariorum civium romanorum. — 3) fortunae reduci sacrum. — 4) Deciali filius, signifer alae singulariorum consulis, praepositus kohortis tertiae, de suo libens laetus merito dedit decimo Kalendas Iunias. — 5) libens vovit; vel si consulum nomina ibi subsunt: Lupo et Maximo cos. (232 p. Ch.). Hefner. — 6) p. Chr. 221. — 7) in honorem domus divinae. — 8) de suo dedit. — 9) beneficiarius ex imperio. — 10) Muchar explicat: clarissimi praesidis provinciae; vel: conductoris portorii Panoniae. Fortasse explicandum: curatoris pecuniae publicae. — 11) plateae praetoriae. — 12) Lehne: aram quintanam; Dorow: aramque. — 13) nomen Alexandri erasum. — 14) P. Chr. 229.

328. Diis Parentibus Augustis porticum dedit L. Iunius M. F. Pauper. — Maffei Mus. V. p. 91. Donat. p. 58.

329. Pietatis sacrum. — In basi marmorea. Veiis, nunc Romae. Annal. arch. T. XVIII. p. 244. Monument. ined. 1846. Tav. 36.

330. Priapo L. Iladcius Ternus V. S. L. M. — Bergami. Ephemerid. lit. Florent. X. 787. Donat. p. 55.

331. Diis Quadr*ivialibs* vicani Bibienses. — Sandweyer prope Aquas Aurelias. Leichtlen Forsch. I. p. 65. Steiner n. 95. Rappenegger I p. 27.

332. Iovi optimo maximo diis deabusque immortalibus et Romae aeternae Locrenses. — Hieracii in Calabria. Mur. p. 1054.

333. I. O. M. Serapi Caelesti, Fortun. et Genio loci P. Licinius Pal. tr. 7 leg. IV. M. P.[1]) pro se suisq. V. L. L. C.[2]). — Marienhausen im Rheingau. Annalen d. Vereins für Nassau. Alterth. II. 12.

334. In H. D. D. Apollini et Sironae aedem cum signis C. Longinius Speratus vet. leg. XXII. Pr. P. F.[3]) et Iunia Deva coniux et Longini Pacatus, Martinula, Hilaritas, Speratianus fili in suo posuerunt V. S. L. L. M. Muciano et L. Fabiano Cos.[4]) — Grossbotwar in ditione Wurtemberg. Sattler Allgem. Gesch. Wurtemberg. p. 145. Wiener De leg. vices. sec. p. 105. Orel. 2047. Steiner. n. 41.

335. Soli sanctissimo sacrum. Ti. Claudius Felix et Claudia Helpis et Ti. Claudius Alypus fil. eorum votum solverunt libens merito Calbienses de coh. III. — Annal. archeol. T. XIX. p. 33. Monum. ined. 1847. Tav. 38.

336. Tutele[5]) loci Cl. Sergianus Decurial. et Proc. R. H. C. S.[6]). — Romae. Fabret. p. 79.

337. In H. D. D. Deae Virtuti Bellone montem Vaticanum vetustate conlabsum restituerunt hastiferi civitatis Mattiacorum X Kal. Sep. Imp. I. Maximino Aug. et Africano Cos.[7]) hi quorum nomina I. sta[8]) sunt:

C. Meddignatius Severus	Cur. bis.
L. Levinius Quietus.	Tertinius Priscus.
T. Vitalinus Peregrinus.	Macrinius Priscus.
Constantius Marcrianus.	Atrectius Cupitianus.
C. Rixsius Adnamatus.	Perrius Iustinus.
C. Iamillius Crescens.	Attonius Asclepius.
Titius Bellatullus.	Ursius Maturus.
Titius Severus.	Statutius Secundinus.

1) P. Licinius Palatina tribu centurio legionis quartae Macedonicae posuit. — 2) voti libens laetus compos. — 3) primigeniae piae fidelis. — 4) post Chr. 201. — 5) pro: Tutelae. — 6) rivi huius cursus supernatis. — 7) P. Chr. 236. — 8) infra scripta.

Licinius Costas. Servandius Senudus. —
Lutatius Victor. (Kassel prope Mogunt.)
nunc in museo Mogunt. Katalog d. Mus. d. St. Mainz p. 35. Orel. 4983. Explicuit Lehne in Annalen fur Nassau. Alterth. II. p. 18.

§. 4. Tituli in aedibus, locis sacris, aris, donariis, deorum nominibus non additis.

338. M. Acilius A. F. Vot.[1]) Priscus Egrilius Plarianus Praef. Aerari. militar. Pontif. Volcani et aedium sacrar. P. C.[2]) Clupeum argent. cum imagine aurea D. D. L. D. D. D. — Ostiae. Marini Atti II. 408. Orel. 2154.

339. Aediculam et bassim Magistrei dant M. Aimilius M. F. M. Ofellius M. F. P. Mammius P. F. — Aquin. Grut. p. 129. Morc. Stil. XLIX.

340. Annia Zosima votum lucernam. — Torremuz. Inscript. Sic. Cl. II. 6. Morc. Stil. 41.

341. Antius Victoricus cum Antios Victoricu Musolo iuniores viso moniti libens animo collegiaris[3]) donaverunt ex S. N. CC. S. P. F. D. D.[4]). — Prope Cirtam. Clarac Musée livr. 13. nr. 52. Bähr Iahn Jahrbb. Tom. 52. p. 423.

342. Decimia C. F. Candid. Sacer. M. D.[5]) delficam cum laribus et ceriolariis N.[6]) XXXVI. — Sablonetae. Maffei Mus. Veron. 83, 2. Mur. 163,4.

343. Eros Germanici L. Lollianus D. D. clupea cum imaginibus. — Rom. Murat. p. 121. Morc. Stil. XVIII.

344. P. Fannius M. F. C. Masurius C. F. Sabinus, P. Cutius P. F. Bibulus, L. Aemilius C. F. Malo fanorum Curatores ex pecunia fanatica faciundum curarunt idemque probarunt. — In agro Veronensi, in ruderib. templi Minervae. Orti Reliquie d' antico tempio, in: Bulletin. arch. 1836. p. 141.

345. Hic ager. iug. VII. cum cisterna et tabernis eius eorum possessorum iuris est qui in cultu corporis Heliopolitanorum sunt, eruntve; atque ita Is accessus iusque esto per ianuas itineraque eius agri, qui nihil adversus lecem[7]) et conventionem eius corporis facere perseveraverint. — Casertae. Marini Atti II. p. 542. Orel. 2393.

346. M. Iunius Sabinus IV vir, Aediliciae potest. e lege Iulia municipali, Patronus collegii Centonariorum, frontem templi vervis et Hermis marmoreis pecunia sua ornavit et tuition. dedit HS. ∞ ∞

1) Votinia tribu. — 2) patronus civitatis. — 3) collegiariis i. e. iis qui eiusdem sunt collegii. — 4) Bähr explicat: sestertiis nummis CC sua pecunia faciundum donum dederunt. — 5) sacerdos Magnae Deae. — 6) numero. — 7) Sic pro *legem*.

N. CCXXXXII. — Patavii. Fabret. 485, 160. Polcastro Padova. p. 36. Orel. 3676.

347. Ex auctoritate Imp. Caesaris Titi Vespasiani Aug. in loco, qui designatus erat per Flavium Sabinum operum publicorum Curatorem templum exstruxerunt negotiatores frumentari. — Rom. Grut. p. 128. Morc. Stil. CCL.

348. 1) F. L. Faulus V. C. ex Trib. [1]) votum solvit. — 2) F. L. Felix V. C. ex Princ. votum solvit. — 3) Pomponius Rusticus V. H. [2]) votum solvit. — 4) Iulius Adeodatus Sacerdotalis votum come.... — 5) F. L. Vecius V. H. votum solvit. — Tabulae votivae Cuiculi (Djemilah) repertae. Ravoisié Explor. scient. I. tab. 52. 53.

349. Respublica populusque Corfiniensis sacellum Luccerium vetustate dilapsum adiectis basilicis sua pecunia restituit decreto Decurionum. — Fabr. p. 704. Morc. Stil. CCXXVI.

350. Senatus Populusque Romanus incendio consumptum restituit. — Romae. Grut. p. 172. Morc. Stil. CCXXV.

351. L. Septumius T. L. L. [3]) Charito qulinam D. S. P. F. [4]). — Venetiis in museo Nanio. Biagi Mon. p. 188. Or. 3302.

352. Ummidia C. F. Quadratilla amphitheatrum et templum Casinatibus sua pecunia fecit. — Annal. lett. d' Ital. II. 453. Morc. Stil. CCXXXVI.

353. Valerius Felicissimus Pernarius D. D. — In signo genii dormientis. Gerhard Antike Bildwerke. Taf. LXXVII.

354. *Sulpic*ius Ser. F. Galba, Cos. pavimentum *locavit* eisdemque probavit. — Terracinae. Melchiorri in Bullet. arch. 1841. p. 98.

355. C. Vellaeus A. L. Eros Sexvir aram, sedilia, stratum dat. — Torrius De diis Aquil. p. 318. Morc. Stil. CCCXXXVIII.

356. Fulgur sum. condit [5]) — Marini Atti II. 687. Orel. 1466.

357. Fulgur Dium — (Florentiae.) Mur. 129,2. — Fulgur Divom. — (Nemausi.) Ib. 5. — De coelo tactum et conditum. — (Opitergii.) Ib. 3. Orel. 2482. Mommsen Anal. epigr. in: Berichte d. sächs. Gesell. d. Wiss. Phil. hist. Cl. I. p. 292.

358. Hic locus sacer est. — Venetiis in ara quadrata. Mur. 149,5. Orel. 2477.

359. Lapides profanei, intus sacrum. — In valle Gaudenti prope Tibur. Fabrett. p. 674,14. Morc. Stil. CCLXVI. Orel. 2479.

360. Hospes hospitium tibi ad lucum decidiorum. Hic lucus sacer macerie cintus cum suis aditis agro non cedit. — Capuae. Polcastro p. 194,1. Orel. 2480.

---

1) Faustus Lucius (?) Paulus vir clarissimus Extribunus. — 2) vir honoratus. — 3) Titi et Lucii libertus. — 4) culinam de sua pecunia fecit. — 5) fulgur sumanum conditum.

Caput II.

TABULAE.

§. 1. Locorum et rerum sacrarum dedicationes.

361. L. Aienus L. F. Q. Baebatius Sex. F. aedem dedicarun. Iovis Liberi Furfone A. D. III Idus Quinctileis L. Pisone, A. Gabinio Cos. [1]) mense Flusare comolateis [2]) olleis legibus, illeis regionibus utei extremae undaequae [3]) lapide facta hoiusque aedis ergo utei quei ad eam aede. scalasque lapides taucluendo columnae stant citra scalas ad aedem versus stipitesque aedis humus [4]) tabulamentaque utei tangere, sarcire, tegere, devehere, defigere, mandare ferro oeti [5]), promovere, referre fasque esto. Sei quod ad eam aedem donum datum donatum dedicatumque erit, utei liceat oeti, venumdare; ubei venum datum erit, id profanum esto; venditio locatio aedilis esto, quem quom que veicus Furfens fecerint, quod se sentiunt eam rem sine scelere, sine piaculo; alis ne potesto. Quae pequnia recepta erit, ea pequnia emere, conducere, locare, dare quod id templum melius honestius seit liceto; quae pequnia ad eas res data erit, profana esto quod D. M. [6]) non erit factum. Quod emptum erit aere aut argento ea pequnia ad id templum data erit quod emptum erit, eis rebus eadem lex esto quasei sei dedicatum sit. Sei qui heic sacrum surupuerit, Aedilis multatio esto, quanti volet idque veicus Mi. pars Fifeltares sei apsolvere volent sive condemnare, liceto. Sei quei ad huc templum rem deivinam fecerit Iovi Libero aut Iovis Genio, pelleis coria fanei sunto. — In oppido S. Nicandri prope Aquilam ex parietinis Furfonis, cuius nulla mentio apud Mannert. Fabrett. p. 612. Murat. 587, 1. D'Orvill. Sicula. P. II p. 595. Orel. 2488. Haubold Mon. leg. p. 141. Egger Lat. serm. reliq. p. 281.

362. T. Statilio Tauro, L. Cassio Longino Cos. [7]) X. K. Octobr. Numini Augusti votum susceptum a plebe Narbonensium in perpetuom. Quod bonum felix faustumque sit Imp. Caesari Divi F. Augusto P. P. Pontifici maximo, Trib. potest. XXXIV. coniugi, liberis, gentique eius Senatui Populoque Romano et colonis incolisque C. I. P. N. M. [8]) qui se numini eius imperpetuum colendo obligaverunt, Plebs Narbonensium aram Narbone in foro posuit, ad quam

---

1) U. c. 695. — 2) cum latis. — 3) undiqne. — 4) leg. *huius.* — 5) Construendumae *mandare ferro* (dativ.) an leg. *mundare ferro*, vel: *mundare, ferre (oeti* pro *uti)*? Orel. — 6) dolo malo. — 7) U. c. 764. p. Chr. 11. — 8) coloniae Iuliae Paternae Narbonis Martii.

quotanis IX K. Octobr. qua die eum seculi felicitas orbi terrarum rectorem edidit, tres Equites romani a plebe et tres Libertini hostias singulas immolent et colonis et incolis ad suplicandum numini eius thus et vinum de suo ea die praestent. VIII K. Octob. thus vinum colonis et incolis item praestent. VII quoque Idus Ianuar. qua die primum imperium orbis terrarum auspicatus est, thure vino suplicent et hostias singul. inmolent et colonis incolisque thus vinum ea die praestent. Et pridie K. Iunias, quod ea die T. Statilio Tauro, M. Aemilio Lepido Cos. iudicia plebis decurionibus coniunxit, hostias singul. immolent et thus et vinum ad suplicandum numini eius colonis et incolis praestent, exque iis tribus Equitibus rom... Libertinis unu....[1]).

Plebs Narbonensis aram Numinis Augusti dedicavit......... legibus iis Q. I. S. S.[2]).

Numen Caesaris Aug. P. P. quando tibi hodie hanc aram dabo dedicaboque his legibus hisque regionibus dabo dedicaboque quas hic hodie palam dixero, uti infimum solum huiusque arae titulorumque est si quis tergere ornare reficere volet, quod beneficii causa fiat, ius fasque esto, sive quis hostia sacrum faxit qui magmentum nec protollat idcirco tamen probe factum esto. Siquis huic arae donum dare augereque volet, liceto; eademque lex ei dono esto quae arae est. Ceterae leges huic arae titulisq. eadem sunto, quae sunt arae Dianae in Aventino. Hisce legibus hisque regionibus sicuti dixi hanc tibi aram pro Imp. Caesare Aug. P. P. Pontifice maximo, Tribunicia potestate XXXV coiuge liberis genteque eius Senatu Populoque R. colonis incolisque Col. Iul. Pater. Narb. Mart. qui se numini eius in perpetuum colendo obligaverunt, doque dedicoque, uti sies volens propitius. — Narbone. Gruter. 229,1. Morcel. Stil. II. 39. Millin. Voyage. IV, 1. p. 375. Orel. 2489. Egger Lat. sermon. reliq. p. 338. Zumpt De Augustal. p. 10.

362. L. Helio Caesare Imp. P. Coelio et Albino[3]) Vibullo Pio Cos.[4]) VII Idus Octobres Cn. Domitius Valens II vir I. D. praeeunte C. Iulio Severo Pontif. legem dixit in ea verba quae infra scripta sunt: Iuppiter optime maxime quandoque tibi hodie hanc aram dabo dedicaboque, ollis legibus ollisque regionibus dabo dedicaboque quas hic hodie palam dixero, uti infimum solum huius arae est. Siquis hic hostia sacrum faxit, quod magmentum nec protollat itcirco tamen probe factum esto. Ceterae leges huic arae eaedem sunto quae arae Dianae sunt in Aventino monte dictae. Hisce legibus, hisce regionib. sicuti dixi, hanc tibi aram Iuppiter optime maxime dico dedicoque, uti sis volens propitius mihi collegisque meis Decurionibus colonis incolis Coloniae Martiae Iuliae

---

1) *unus mulsum et crustula Plebi det* supplet Morcel. — 2) quae infra scriptae sunt. — 3) Leg. *L. Aelio Caesare II. P. Coelio Balbino.* — 4) p. Chr. 137.

Salonae coniugibus liberisque nostris. — Salonae olim, nunc Patavii, partim novo in marmore partim veteri. De recentioribus tamen, auctore Morcellio, non dubitandum, quum Cyriacus Anconitanus aliique integram inscriptionem ante descripserint quam ad Ramnusios, eiusdem dominos, perferretur. Edidere Gruter. 23,12. Zachar. Salon. p. 41. Murat. 325,5. Furlanettus in Morcell. Op. ep. T. II. p. 62. Orel. 2490.

363. Haec area intra hanc definitionem cipporum clausa verubus et area, quae est inferius, dedicata est ex voto suscepto, quod diu erat susceptum nec redditum incendiorum arcendorum causa, quando urbs per novem dies arsit Neronianis temporibus, et hac lege dicata est, ne cui liceat intra hos terminos aedificium extruere, manere, negotiari, arborem ponere, aliudve quid serere; et ut praetor, cui haec regio sorte obvenerit, litaturum se sciat aliusve quis magistratus Volcanalibus X Kal. Sept. omnibus annis vitulo robio et verre. — Romae ad templum Mercurii. Grut. 61,3. Fabret. p. 684,83. Morcell. Stil. LXII. Orel. 736.

364. Vediovei Patrei genteiles Iuliei. — (Ab altera parte:) Leege Albana dicata. — Bovillis in ara. Orel. 1287. Cardinali Dipl. p. 46. n. 64. Klausen Aeneas II. p. 1082. Mommsen De colleg. p. 17.

365. Synopsis [1]). Victor argenteus in Capitolio habens in capite coronam argenteam querqueam [2]) folior. XXX in qua glandes V. XV. fe*ren*s in manu dextra orbem argen*teum et* victoria palmam ferentem et coronam folior. XXXX *in sin*istra hastam argent..... — Cirtae (Constantine) Clarac Musée de sulpture. Livr. 13.

§. 2. Festorum, sacrificiorum et sacrorum collegiorum acta.

366. C. Minicio Fundano
C. Vetennio Severo C. [3])
Lat. fuer. [4]) Pr. Idu. Aug.
P. Aelio Hadriano
M. Trebatio Prisc. C.
Lat. fuer. VI. I. Iul.
P. Calvisio Tullio
L. Annio Largo.
Lat. fuer. VI. I. I. [5])

— Fragment. tabulae repert. in monte Alban. Oderic. Syl. p. 231. Marini Atti I. 129. Morc. Op. ep. II. 41. Orell. 2472.

---

1) Clarac accipit pro: Veiovis. Bähr (Iahn Iahrb. Tom. 52. p. 413.) explicat: inventarium Iovis i. e. templi Iovis, ut iam prima res sit huius inventarii signum Iovis Victoris. — 2) pro: querneam, nova adiectivi forma. — 3) Consulibus. Ceterum hi consules ut sequentes fastis sunt ignoti. — 4) latinae feriae fuerunt. — 5) idus Iunias.

367. Tesseram paganicam L. Veratius Felicissimus Patronus paganis pagi Tolentines.[1]) hostias, lustr. et tesser. aer. ex voto L. D. D.[2]) V. Id. Maias. Felicit[3]). — Tolentinis in tabella aerea. Reines. p. 1016,8. Orell. 2474 cui quidem inscriptio suspecta videtur.

368. Augustorum Annalia feliciter. — Gruter. p. 116. Morc. Stil. LXVI.

369. Caesarum Decennalia feliciter. — Grut. p. 116. Morc. Stil. LXVII.

370. Taurobolio matris D. M. Id.[4]) quod factum est ex imperio matris D. deum pro salute Imperatoris Caes. T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii P. P. liberorumque eius et status coloniae Lugdun. L. Aemilius Carpus IIIIII vir Aug. item dendrophorus vires excepit et a Vaticano transtulit ara. et bucranium suo impendio consacravit sacerdote Q. Sammio Secundo ab XV viris occabo et corona exornato, cui sanctissimus ordo Lugdunens. perpetuitatem sacerdotii decrevit App. Annio Atilio Bradua T. Clodio Vibio Varo Cos. D. D. D.

(In altero latere.) Cuius mesonyctium factum est V Id. Dec. — Lugduni. Ph. a Turre in Sallengr. Thes. Ant. III. p. 862. De Boze in Mem. de l.Acad. des Inscr. III. p. 111. Murat. p. 333. Orel. 2322. Preller Die Regionen d. St. Rom. p. 59. not. (p. Chr. 160.)

371. M. D. M. I.[5]) sacr. trib.[6]) taur. fecer. cum suis hostIs et apparam.[7]) omnibus L. Dagid. Marius Pontif. perpet. civit. Valent. et Verullia Martina et Verullia Maria fil. eorum pro salute Imp. et Caesar. Philipporum Augg. et Otaciliae Severae Aug. matris Caes. et castror. praeeuntibus sacerdotibus Iuni. Tito XV vir Arausens. et Castricio Zosimione civitatis Albens. et Blattio Paterno civitatis Voc. et Fabricio Orfito Liber. patris[8]) et ceteris adsistentibus sacerdotibus V. S. L. M. loco vires conditae die Prid. Kal. Oct. Imp. Philippo Aug. et Titiano Cos.[9]). — Deae Vocontiorum. Spon. Misc. 97, LIX. Fabret. 609,79. Orel. 2332.

372. Matri deum tauroplium indictum iussu ipsius ex stipe conlata celebrarunt Narbon. — Narbone. Von Dalen p. 786. Donat. p. 20, 2. Orel. 2327.

373. Criobolium et aemobolium movit de suo Petronius Marcellus sacerdor VI Kal. Dec. IV vir Primo et Iusto. — Teate. Reines. p. 221. Mur. 374, 2. Orel. 2334.

374. Kalatores Pontificum et Flaminum:

---

1) Tolentinesis; pro: Tolentinensis. — 2) lustrationem et tesseram aeream ex voto lubens dono dedit. — 3) feliciter. — 4) matris deum magnae Idaeae. — 5) Matri Deum Magnae Idaeae. — 6) *Sacrae tribus* explicat Spon. Non liquet. — 7) tamobolium cum.. apparamentis. — 8) Liberi patris sacerdote. — 9) p. Chr. 245.

P. Cornelius Ialyssus, D. Valerius Alexander, Ti. Claudius Heronas, T. Tettienus Felix, L. Cornelius Helius, C. Asinius Hierax, M. Annius Phius, I. Iavolenus Phoebus, App. Annius Falernus, Ti. Claudius D...us. — Romae in foro. Millin. Mag. encyclop. 1795. 6. p. 356. Marini Atti p. 210. Orel. 2431.

375. Vici Censori lustratio erit Idibus Septembr. — Romae. Fabret. 672, 7.

376. Seculo felici. Phisias [1]) Sacerdos Isidi [2]) Salutaris. Consecratio Pontificis. Annuant Dii Romanae reip. arcanaque Urbis praesidia; annuant, quorum nutu Romano imperio regna cessere. — Romae. Grut. 83, 15. Orel. 2491. Morc. Stil. CCCXXXV.

377. Attini sacrum et Minervae Berecint. Concordia Collib. IanuarI Cimbalioco [3]) secundo ob criobolium factum M. D. M. I. [4]) tradentib Septimio Primitivo Augure et Sac. Servilia Varia et Terentiana Flaviana Sacerd. XV vir. praeunte Manio Secundo. Haec iussu Matris Deum in ara taurobolica duodena cum vitula crem. sub die V Idus Aprilis Modesto II et Probo Cos. [5]). — Beneventi. Gud. 22, 4. Mur. 1980, 7. De Vita Inscr. 2, 9. Donat. I, 179, 2. Orel. 2328.

378. Datiano et Cereali Cons. [6]) Nonius Victor Olympius V. C. P. P. [7]) Aur. Victor Augentius V. C. P. [8]) tradiderunt Persica Pri. Non. April. fel. [9]).

Cons. S. S. [10]) tradiderunt Eliaca XVI Kal. MaI. felic. ostenderunt Cryfios VIII Kal. MaI. felic.

D. D. N. N. Valente V. et Valentiniano Iuniore primum Augg. Cons. [11]) VI. Idus April. Aur. Victor Augentius V. C. P. P. filio suo Aemilio Corfoni Olympio C. P. [12]) anno tricesimo consecrationis suae tradidit Coracica felic. Cons. S. S. ostenderunt Cryfios VII Kal. MaI felic. — Romae. Grut. 1087, 4.

379. Eusebio Lippatio Cons. [13]) Nonius Victor Olympius V. C. et Aurel. Victor Augentius V. C. tradiderunt Leontica V. Idus Martias fel.

Datiano et Cereale Cons. Nonius Victor Olympius V. C. P. P. et Aur. Victor Augentias V. C. P. tradiderunt Leontica XV. Kal. April. felic. — Romae. Grut. 1087, 5. Orel. 2343.

380. M. Macrio Basso, L. Ragonio Quintiano Cos. [14]) K. Iuniis Cumis in templo Divi Vespasiani in ordine Decurionum, quem M.

1) *Isias.* Boissard. Nardini III, 178. — 2) pro *Isidis.* Nardinus l. c. Isidi salutari. — 3) Giovenazzius (Aveia p. 23) coniicit Orellio probante CIMBAL. LOCO i. e. Cymbalistria loco secundo. — 5) magnae deum matri Idaeae. — 5) p. Chr. 228. — 6) p. Chr. 358. — 7) Vir clarissimus. Pater patrum. — 8) Vir clarissimus, Pater. — 9) feliciter. — 10) Supra scriptis. — 11) p. Chr. 376. — 12) Leg. V. C. P. vir clarissimus Pater. — 13) Leg. Eusebio et Hypatio p. Chr. 259. — 14) p. Chr. 289.

Mallonius Fundan. et Q. Claudius Acilianus Praet. [1]) coegerant. Scribundo sorte ducti adfuerunt Coelius Panychius, Curtius Volivos, Considius Felicianus; referentibus Pr. [2]) de sacerdote faciendo Matris Deae Baianae in locum Restituti, sacerdotis defuncti, placuit universis Licinium Secundum sacerdotem fieri.

XV. S. F. Pr. et magistratibus Cuman. Sal. [3]).

Cum ex epistula vestra cognoverimus, creasse vos sacerdotem Matris Deum Licinium Secundum in locum Claudi Restituti defuncti, secundum voluntatem vestram permisimus ei occavo et corona dumtaxat intra fines coloniae vestrae uti. Optamus vos bene valere. Pontius Gavius Maximus Promagistro subscripsi XVI Kal. Septembres. M. Umbrio Primo, Tit. Coeliano Cos. [4]). — Prope Baias repert. an. 1785. Fried. Münter Nachrichten aus Neapel. p. 72. Morcell. Opp. epigr. Tom. V. Praefat. p. IX. Romanelli Viagg. II. p. 184. Orel. 2263. Cf. Zumpt De Augustal. p. VII. et Henzen in censura huius commentationis, Ien. Lit. Zeit. 1847. I. p. 247. Nos hoc loco inter acta collegiorum sacrorum posuimus propter rescriptum Quindecim virorum sacris faciundis, quod decreto Decurionum Cumanorum additur; sed eadem inscriptio etiam actis publicis municipalibus adnumerari debet infra proponendis.

381. Descriptum et recognitum factum ex libello qui propositus erat Alb. [5]) maiori ad stationem Resculi, in quo scriptum erat id quod I. S. [6]) est.

Artemidorus Apollonii, magister collegii Iovis Cerneni et Valerius Niconis et Offas Menofili, quaestores collegii eiusdem posito hoc libello publice testantur, ex collegio S. S. [8]) ubi erant hom. [7]) LIV. ex eis non plus remasisse [9]) ad Alb. quam quod H. [10]) XVI; Iulium Iulii quoque commagistrum suum ex die magisterii sui non accessisse ad Alburnum, neque in collegio; seque eis qui praesentes fuerunt, rationem reddidisse; et si quid eorum abuerat [11]), reddidisset sive funeribus; et cautionem suam, in qua eis caverat, recepisset; modoque autem neque funeraticiis sufficerent neque loculum aberet [12]), neque quisquam tam magno tempore diebus, quibus legi continetur, convenire voluerint aut conferre funeraticia sive munera; seque idcirco per hunc libellum publice testantur, ut si quis defunctus fuerit, ne putet se collegium abere [13]) aut ab eis aliquem petitionem funeris abiturum.

Propositus Alb. maiori V. Idus Febr. Imp. L. Aur. Ver. III. et

---

1) *praet.* Romanel. Henzenio adsentiente; reliqui: *praef.* — 2) praetoribus. — 3) quindecim viri sacris faciundis praetoribus ... salutem. — 4) consules eiusdem anni p. Ch. 289 suffecti videntur Orellio. — 5) Alburno. — 6) infra scriptum. — 7) supra scripto. — 8) homines. — 9) remansisse. — 10) homines. — 11) habuerat. — 12) haberet. — 13) habere, ut mox abitur. pro habiturum.

Quadrato CS. 1) Act. 2) Alb. maiori. — Massmann Libellus aurar. Lips. 1840. Huschke Ueber die in Siebenbürgen gefundenen Wachstafein; in Savigny Zeitschrift f. gesch. R. Bd. XII. p. 173. Mommsen De colleg. p. 94.

Lex collegii Dianae et Antinoi.

382. L. Ceionio Commodo, Sex. Vetuleno Civica Pompeiano Cos. 3) A. D. V. Idus Iun.

Lanuvi in municipio in templo Antinoi, in quo L. Caesennius Rufus *Dict. III. et Patronus* municipi conventum haberi iusserat per L. Pompeium ... F.....um, QQ. cultorum Dianae et Antinoi, pollicitus est se *in annum da*turum eis ex liberalitate sua HS. XV. M. N. usum ... die *natalis* Dianae Idib. Aug. HS CCCC. N. et die natalis Antinoi V. K. *Decemb.* HS CCC. N. et praecipit legem ab ipsis constitutam sub tetra*stilo An*tinoi parte interiori perscribi in verba infra scripta.

M. Antonio Hibero, P. Mummio Sisenna Cos. K. Ian. Collegium salutare Dianae et Antinoi constitutum L. Caesennio L. F. Quir. Rufo Dict. III. idemq. Patr.

Kaput ex S. C. P. R.

*Quibus coire con*venire collegiumq. habere liceat. Qui stipem menstruam conferre vo*lent in funera, ii in* collegium coeant neq. sub specie eius collegi nisi semel in men*se coeant con*ferendi causa, unde defuncti sepeliantur.

Quod faustum felix salutareq. sit Imp. Caesari Traiano Hadriano Aug. totiusque *domus* August. nostris collegioq. nostro; et bene adque industrie contraxerimus, ut exitus eo*rum* honeste prosequamur. Itaque bene conferendo universi consentire debemus, ut longo tempore inveterescere possimus. Tu qui novos in hoc collegio intrare voles, prius legem perlege et sic intra ne postmodum queraris aut heredi tuo controversiam relinquas.

Lex collegii.

Placuit universis, ut quisquis in hoc collegium intrare voluerit, dabit Kapitulari nomine HS. C. N. 4) et vini boni amphoram item in menses sing. A. V. 5) Item placuit, quisquis mensib. continenter non pariaverit et ei humanitus acciderit, eius ratio funeris non habebitur, etiamsi testamentum factum habuerit. Item placuit, quisquis in hoc corpore N. 6) pariatus decesserit, eum sequentur ex arca HS. CCCC. N. ex qua summa decedent exequiari nomine HS. I. N. qui ad rogus 7) dividentur; exequiae autem pedibus fungentur. Item placuit, quisquis a municipio ultra milliar. XX. decesserit et nuntiatum fuerit, eo exire debebunt electi ex corpore N. 8) homines

1) an. post Chr. 167. — 2) actum. — 3) Post Chr. nat. an. 136. — 4) sestertios centum nummos. — 5) amphoram vini. — 6) nostro. — 7) leg. *rogum* vel *rogos*. — 8) nostro.

tres, qui funeris eius curam agant et rationem populo reddere debebunt sine dolo malo; et si quit in eis fraudis causa inventum fuerit, eis multa esto quadruplum. Quibus *sing. nummus* dabitur hoc amplius viatici nomine ultro citro sing: HS. XX. N. Quod si longius *quam intra* mill. XX. decesserit et nuntiari non potuerit, tum is qui eum funeraverit, testa*to tabulis* signatis sigillis civium romanorum VII et probata causa funeraticium *eius satis dato ab eis* neminem petiturum deductis commodis et exequiario e lege collegi dari *sibi petat. A* collegio dolus malus abesto; neque patrono, neque patronae neque domino neque dominae neque creditori ex hoc collegio ulla petitio esto nisi qui testamento here.[1] nominatus erit. Si quis intestatus decesserit, is arbitrio Quinq. et populi funerabitur. Item placuit, quisquis ex hoc collegio servus defunctus fuerit et corpus eius a domino dominave iniquitate sepulturae datum non fuerit, neque tabellas fecerit, ei funus imaginarium fiet. Item placuit, quisquis ex quacunque causa mortem sibi adsciverit, eius ratio funeris non habebitur. Item placuit, ut quisquis servus ex hoc collegio liber factus fuerit, is dare debebit vini amphoram. Item placuit, quisquis magister suo anno erit ex ordine ad cenam faciendam et non observaverit neque fecerit, is arcae inferet HS. XXX. N. Insequens eius dare debebit et is eius loco restituere debebit.

Ordo cenarum: VIII. Id. Mar. natali Caesenni *Rufi* Patris. V. K. Dec. nat. Ant*inoi*; Idib. Aug. natali Dianae et collegI. XIII. K. Sept. nat. *Caes*enni Silvani, fratris Pr. N.[2] natali Corneliae Proculae Matris. XIX. K. Ian. n*at. Caes*ennI Rufi patr. muni.[3].

Magistri cenarum ex ordine albi facti quo ordine homines quaterni ponere debeb.[4] vini boni amphoras singulas et panes A. II. qui numerus collegi fuerit et sardas numero[5] quatuor, strationem, caldam cum ministerio.

Item placuit, ut quisquis Quinquennalis in hoc collegio factus fuerit a sigillis eius tempore, quo Quinquennalis erit, immunis esse debebit et ei ex omnibus divisionibus partes dupl. dari. .Item scribae et viatori a sigillis vacantibus partes ex omni divisione sesqui.[6] dari placuit. Item placuit, ut quisquis quinquennalitaten gesserit integre ei ob honorem partes sescuplas ex omni re dari, ut et reliqui recte faciendo idem sperent.

Item placuit, si quis quid queri aut referre volet, in conventu referant, ut quieti et hilares diebus solemnibus epulemur.

Item placuit, ut quisquis seditionis causa de loco in alium locum transierit, ei multa esto HS. IV. N. Siquis autem in obprobrium alteralterius dixerit aut tumultuatus fuerit, ei multa esto HS. XII. N. Siquis Quinquennali inter epul. obprobrium aut quid contumeliose dixerit, ei multa esto HS. XX. N.

---

1) heres. — 2) patris nostri. — 3) patroni municipii. — 4) debebunt. — 5) Ratti in textu: *mero*, in commentar. *vero*. — 6) sesquiplas.

Item placuit, ut Quinquennalis sui cuiusque temporis diebus solemnibus et vino supplicet et ceteris officiis albatus fungatur et die Dianae et Antinoi oleum cellegio in balineo publico ponat antequam epulentur. — Nicola Ratti Dissertaz. sopra una antic. iscriz. di civita Lavinia spettante alla citta di Lanuvio; in Atti dell' accadem. rom. Tom. II. 437. Cardinal. Diplom. imp. p. 264. Mommsen De collegiis p. 98. et ad calc. quem nos secuti sumus. Huschke in Savigny Zeitschr. fur gesch. RW. XII. p. 207.

Ex actis fratrum arvalium.

383. ..... Cn. F. Lentulus, Augur, Mag. [1]) in locum .... et ad fratres arvales retulit, arborem. *in luco Deae* Diae vetustate cecidisse, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. [2]).

Cum arbor vetustate in luco Deae Diae cecidisset, ut illa expiaretur porca et agna opima ... o ad sacrificium consumeretur, neve quid e luco exportaretur.

Adfuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus; L. Calpurnius L. F. Piso, Pontifex; Paullus Fabius Q. F. Maximus.

Iisdem cos. [3]) pridie Eidus Maias in regia Cn. Cornelius Cn. fil. Lentulus Augur Mag. in locum L. Aemilii L. Fil. Paulli Drusum Caesarem Ti. F. Augusti N. fratrem arvalem cooptavit et ad sacra vocavit. *Adfuerunt* Cn. Pompeius Q. F. L. Domitius Ahenobarbus, *L. Calpurnius L. Fil.* Piso Pontif. T. Quinctius Crispinus. — Ex tab. 1. p. C. Marini Atti dei frat. arv.

K. Ianuar. [4]).

Sulpicius Camerinus, Magister collegi, fratrum arvalium nomine immolavit in capitolio ob Cos. [5]) Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanici Iovi B. [6]) marem, Iunoni vaccam, Minervae vaccam, Genio ipsius taurum. In collegio adfuerunt Sulpicius Camerinus Magister, L. Piso L. F. T. Sextius Africanus, M. Aponius Saturninus, L. Salvius Otho, Titianus P. Memmius Regulus, C. Piso.

Iisdem Cos. III Nonas Ianuar.

Sulpicius Camerinus Magister collegi fratrum arvalium nomine vota nuncupavit pro salute Neronis Claudi divi Claudi F. Germanici Caesaris N. [7]) divi Aug. Pron. [8]) divi Aug. Abn. [9]) Caesaris Aug. Germanici Pont. max. Trib. pot. VII. Imp. VII. Cos. IV. et Octaviae coniugis eius, victimis immolatis in capitolio, quae superioris anni Magistri voverant persolvit et in proximum annum nuncupavit, praeeunte M. Aponio Saturnino, Iovi mares duo, Iunoni vaccas II. Minervae vaccas II. Saluti public. vaccas II. In templo novo divo Aug.

---

1) Magister. — 2) Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt. — 3) consulibus. — 4) Kalendis Ianuariis. — 5) consulatum. — 6) bovem. — 7) nepotis. — 8) pronepotis. — 9) Abnepotis.

B.[1] mares II. divae Aug. vaccas II. divo Claudio B. mar. II. In collegio adf.[2] Sulpicius Camerinus, Magister; A Vitellius, L. Piso L. F. M. Aponius Saturninus, P. Memmius. — Ex tab. II. Marini Att. Tom. I. p. CXVIII.

Iupiter optime maxime, si Imperator Caesar Domitianus Aug. Germanicus Pontif. max. Trib. pot...... *et Domitia Augusta* coniunx eius, quos me sentio *dicere, vivent domus*que eorum incolumis erit ante diem III. *Nonas Ianuar. quae* proximae populo Romano Q.[3] reip. *populi Rom. Q. erunt* et eum diem, eosque salvos servaveris ex periculis *siqua sunt erunt*ve ante eum diem, eventumque bonum ita *uti me sentio dicere* dederis, eosque in eo statu qui nunc est aut eo *meliore* servaveris, ast tu ea ita faxis, tunc tibi nomine collegii fratrum arvalium bovem aurato.[4] vovemus esse futurum.

Iuno Regina, quae in verba I. O. M.[5] bovem auratum vovimus esse futurum, quod hodie vovimus, ast tu ea faxis, tunc tibi in eadem verba nomine collegii fratrum arvalium bovem auratam vovemus esse futuram. — Ex tab. XXIV. Marini I. p. CXXXII.

Imp. Caes. M. Aur. Antonino Aug. IV C.[6] Aufidio Victorino II Cos.

In capitolio Q. Licinius *Nepos, Magister frat*rum arvalium, votorum solutorum et no*vorum* causa pro salute Imp. Caes. M. Aureli *Commodi* Antonini *Aug. Pii Sarmatici,* Germ. Maxim. P. P. Cos. IV. fratres arvales convenerunt. Q. Licinus Nepos Mag.[7] Cn. Catilius Severus. M. Ulpius Astius Pr.[8] M. Antonius Iuvenis. Hoc die immolavit Q. Licinius Nepos Mag. Iovi O. M. bovem marem, Iunoni Reg. bovem feminam, Minervae bovem feminam, Saluti publicae P. R. bovem feminam.

Isdem Cos. VII Idus Ianuar.

In pronao aedis Concordiae fratres arvales sacrificium Deae Diae indixerunt, ibique Q. Licinius Nepos Mag. velato capite contra orientem *sub* divo columine Quod bonum, faustum, felix, fortunatum salutareque sit Imp. Caes. M. Aurelio *Commodo* Antonino Aug. Pio, Sarmat. Germ. Maximo PP. Cos. IV. optimo maximoque Principi divi M. Antonini fil. divi Antonini nepoti, divi Hadriani pronepoti, divi Traiani Parthici abnepoti, divi Nervae abnepoti senatui P. R. Q.[9] fratribuspue arvalibus, sacrificium Deae Diae hoc anno erit ante diem XVI. Kal. Iunias Romae, ante diem XIV K. Iun. in luco et domi, XIII K. Iun. consummabitur domi. Adfuerunt in coll.[10] Q. Licinius Nepos Mag. Cn. Catilius Severus, M. Ulpius Astius Pr. M. Antonius Iuvenis.

L. Tutilio Pontiano Gentiano Cos. VI. Id. Februar.

---

1) boves. — 2) adfuerunt. — 3) Quiritium. — 4) auratum. — 5) Iovi Optimo Maximo. — 6) quartum consule. — 7) Magister. — 8) Praetor — 9) populo romano Quiritium. — 10) collegio.

In luco Deae Q. Licinius Nepos Mag. operis incubandi causa quod in fastigio aedis Deae Diae ficus innata esset eruendam et aedem reficiendam immolavit Suovetaurilibus maioribus item ad aedem Deae Diae boves feminas II. Iano Patri arietes II. Iovi berbeces [1]) II. altilaneos. — Ex tab. XXXII. Marini I. p. CXLIV.

Fratres arvales post epulas super toralibus segmentatis discubuer. et T. V. F. [2]) et per pueros praetextatos senatorum filios et public. [3]) ad aram pertul. et unguent. [4]) et coronas acceperunt et in mantelis frumenta RS. [5]) contigerunt. Item mensa secunda bellarior. [6]) divisa est et sportulas acceper. sacerdotes Imperatoris Aug. et ceteri sacerdotes Q. S. S. S. [7]) et rosa. soluta. diviser. [8]) ibique felic. dixer. [9]). Item IV. Kal. Iunias in luco Deae Diae Alfenius Avitianus Promag. [10]) ad aram immol. porcil. piacul. II. [11]) luci coinq. [12]) et operis faciund. ibi vacca. honor. immol. [13]) et inde in tetrastylo revers. subsellis consed. [14]) deinde reversus ad aram extas reddidit porciliar. Item in circo in foculo arg. cespiti ornato extam vacc. redd. [15]) et in tetrastylo reversus est et in codice cavit et praetextam deposuit et in papilione suo reversus. Promeridie autem fratres arvales praetextas acceper. et in tetrastylo convenerunt et subsellis consederunt et caverunt se adfuisse et sacrum fecisse et porcilias piaculares epulati sunt et sanguen. Postea inde praetextati capite velato, vittis spiceis coronati lucum adscenderunt et per Aefenum Avitianum Promagistrum agnam opimam imm. [16]) et hostiae litationem inspexer. Perfecto sacrificio omnes ture et vino fecerunt, deinde reversi in aedem in mensa sacrum fecerunt ollis et ante aedem in cespite. Promag. et Flam. sacr. fecer. [17]) Item foras ad aram reversi thesauros dederunt. Item Flam. et Promag. scyphos arg. cum sumpuvis vino repletis ante osteum acerras [18]) ture et vino fecer. et ante osteum restiter. et duo ad fruges petendas cum publicis discederunt [19]) et reversi dextra dederunt, laeva receperunt; deinde ad alterutrum sibi redd. [20]) et public. frug. tradider. [21]) deinde in aedem intraver. et ollas precati sunt et osteis apertis per clivum iacuerunt. Deinde subsellis marmoreis consed. et panes laureat. per public. [22]) partiti sunt. Ibi omn. [23]) lumemulia cum rapinis acceperunt et Deas unguentaverunt et aedes clusa est. Omnes foris exierunt. Ibi sacerdotes clusi succincti libellis acceptis carmen descindentes tripodaverunt in verba haec: Enos lases iuvate. Enos lases iuvate. Enos lases iuvate. Neve luerve

---

1) pro: verveces. — 2) ture vino fecerunt. — 3) publicos. — 4) pertulerunt et unguenta. — 5) rursus — 6) bellariorum. — 7) qui supra scripti sunt. — 8) rosam solutam diviserunt. — 9) feliciter dixerunt. — 10) Promagister. — 11) immolavit porcilias piaculares binas. — 12) coinquendi. — 13) vaccam honorariam immolavit. — 14) reversus ... consedit. — 15) reddidit. — 16) immolaverunt. — 17) Promagister et Flamen sacrum fecerunt. — 18) omittitur: *ferentes* vel simile verbum. — 19) Pro: discesserunt. — 20) reddiderunt. — 21) publicis fruges tradiderunt. — 22) publicos. — 23) omnes.

marmar sins incurrere in pleores. Neve luerve marmar sins incurrere in pleores. Neve luerve marmar sins incurrere in pleores. Satur fufere Mars limen sali sta berber. Satur fufere Mars limen sali sta berber. Satur fufere Mars limen sali sta berber. Semunis alternei advocapit conctos. Semunis alternei advocapit conctos. Semunis alternei advocapit conctos. Triumpe. Triumpe, Triumpe, Triumpe, Triumpe. Post tripodationem deinde signo dato publici introierunt et libellos receperunt. — Tab. XLI. a. Marini I. p. CLX.

Fratres arval. in luc. D. D. [1]) via Camp. apud lap. V. conv. [2]) per C. Porc. Priscum Mag. et ibi imm. [3]) quod vi tempestat. ictu fulmin. arbor. [4]) sacr. luci D. D. attact. arduer. earq. arbor. eruendar. ferr. [5]) perdendar. adolendar. commolendar. item aliar. restituendar. causa operisque incohandi, arae temporal. sacr. D. D. reficiend. [6]) eius rei causa lustr. miss. suovetaurilib. maior. [7]) item ante aed. D. D. B. F. A. [8]) iunct. N. II. item ad ar. tempor. Dis inf. S. S. [9]) Ian. Patr. ariet. II. [10]) Iovi verbec. II. Marti Patri Ult. ar. N. II. [11]) sive Deo sive Deae verb. II. Iun. D. D. ov. [12]) N. II. Virginib div. ov. N. II. Fam. div. verb. N. II. [13]) Larib. verb. N. II. Vestae Matri ov. II. Vestae deor. dearumq. ov. II. item adolend. coinq. ov. II. [14]) et ante Caesar. Genio D. N. [15]) Severi Alexandri Aug. T. A. [16]) item Divis N. XX. verbec. XX.

IV Id. Dec. fratres arval. in luco Deae Diae via Campana apud lap. V convener. per C. Porc. Priscum Mag. et ibi immolav. quod ab ictu fulminis arbores luci sacri D. D. attactae arduerint earumque arborum adolefactarum et coinquendarum et in eo luco sacro aliae sint repositae et arae temporal. refectae, ferri effer. [17]) huius oper. perfecti causa lustrum missum suovetaurilib. maioribus et cetera Q. S. [18]) Adfuer. P. Aelius Secundinus. T. Fl. Archesilaus, M. Fab. Fortunatus, M. Saen. Donatus.

Fusco II et Dextro Cos. XIII. K. Mai. In luco Deae Diae P. F. Mag. I. Porci Prisci ob ferri inlationem scriptur. et scalptur. [19]) marmor. causa. immol. ipso Mag. [20]) porcam et agnam, struib. et fertis, et extas reddid. ad aram ministrantibus Public. et praesentibus a sacris D. N. [21]) Aug. Item immolavit ob ferri elationem scripturae et scalptur. et operis perfecti III. Non. Mai. per Porc. Philolog. Calat. et per Public. [22]) fratr. arvalium. — Tab. XLIII. Marin. I. p. CLXVI.

---

1) Deae Diae. — 2) convenerunt. — 3) immolaverunt. — 4) arbores... attactae arduerint. — 5) arborum eruendarum ferro. — 6) temporales sacrae deae diae reficiendae. — 7) lustrum missum suovetaurilibus maioribus. — 8) ante aedem Deae Diae boves feminas auro iunctas. — 9) ad aras temporales diis infra scriptis. — 10) Iano Patri arietes II. — 11) Ultori arietes numero duos. — 12) Iunoni Deae Diae. — 13) Famulis divis verveces numero duos. — 14) item adolendae coinquendae oves II. — 15) domini nostri. — 16) taurum auratum. — 17) efferendi. — 18) quae supra. — 19) scripturae et scalpturae. — 20) immolante ipso magistro. — 21) domini nostri Augusti. — 22) per Porcium Philologum calatorem et per Publicos.

384. Impp. Licinio Valeriano Aug. IV. Licinio Gallieno Aug. III. Cos. [1]) Idibus Martis.

Quod coeptum studi. Iuvenum Cultorum dei Herculis maiores retulerunt patronum cooptandum, plus speramus beneficia uberiora posse consequituros cuius in praeterito summa. dignationem sensimus et ideo cooptamus Rutilium Viatorem patronum cum iis qui infra SS. Nonium Gratilianum C. V. et Egnatium Sattianum C. V. plerosque splendidos equites Romanos et concuriales eiusdem Viatoris, qui nos dignatione sua et merita provocaverunt offerre per Numerium Numerianum Attic. et maiores eorum. — In tabula aenea Benevent. repert. Fea Framm. di fast. p. 62. Gazzera in Memorie dell' accad. di Turino. T. XXXV. p. 88.

Acta collegii Aesculapii et Hygiae.

385. Salvia C. F. Marcellina ob memoriam Fl. Apollonii Proc. Aug. [2]) qui fuit a pinacothecis et Capitonis Aug. L. Adiutor. [3]) eius, mariti sui optimi piissimi, donum dedit collegio Aesculapii et Hygiae locum aediculae cum pergula et signum marmoreum Aesculapii et solarium tectum iunctum, in quo populus collegii S. S. [4]) epuletur, quod est via Appia ad Martis intra milliarium I et II ab urbe euntibus parte laeva inter adfines Vibium Calocaerum et populum.

Item eadem Marcellina collegio S. S. dedit donavitque HS L M. N̄. [5]) hominibus N. [6]) LX sub hac condicione, ut ne plures adlegantur quam numerus S. S. et ut in locum defunctorum loca veniant et liberi adlegantur, vel siquis locum suum legare volet filio vel fratri vel liberto dumtaxat, ut inferat arkae N. [7]) dimidiam funeratici; et ne eam pecuniam S. S. velint in alios usus convertere, sed ut ex usuris eius summae diebus infra scriptis locum confrequentare; ex reditu eius summae siquod comparaverint sportulas hominib. N̄. [8]) LX ex decreto universorum, quod gestum est in templo Divorum in aede divi Titi conventu pleno qui dies fuit V̄ Id. Mart. Bruttio Praesente et Iunio Rufino Cos. [9]) uti XIII K. Oct. die felicissimo N. [10]) Antonini Aug. N̄ [11]) Pii P. P. sportulas dividerent in templo Divorum in aede divi Titi C. Ofilio Hermeti Q. Q. P. P. [12]) vel qui tunc erit ·X· [13]) III. Aelio Zenoni patri collegii ·X· III. Salviae Marcellinae matri collegii ·X· III. Imm. sing. [14]) ·X· II Cur. sing. [15]) ·X· II populo sing ·X· I.

Item pl. [16]) pr. Non. Nov. N. [17]) collegi. dividerent ex reditu S. S. ad Martis in scholam N. [18]) praesentibus Q. Q. ·X· VI. Imm.

---

1) Post Chr. 256. — 2) procuratoris Augusti. — 3) Augusti liberti adiutoris. — 4) supra scripti. — 5) nummum. — 6) numero. — 7) nostrae. — 8) numero. — 9) p. Chr. 153. — 10) natali. — 11) nostri. — 12) quinquennali perpetuo. — 13) denarios. — 14) immunibus singulis. — 15) curatoribus singulis. Ceterum verborum ordinem *(ut confrequentare. uti dividerent)* non recte procedere manifestum est. — 16) placuit. — 17) natali. — 18) nostram.

sing. ·X· IV. Cur. sing. ·X· IV panes IV vinum mensuras Q. Q. —S—[1] IX Patr. coll. —S— IX. Imm. sing. —S— VI Cur. sing. —S— VI. populo sing. —S— III.

Item pr. Non. Ian. strenuas[2] dividerent sicut S. S.[3] est XIII K. Oct.

Item VIII K. Mart. die karae cognationis ad Martis eodem loco dividerent sportulas pane. et vinum sicut S. S. est prid. Non. Nov.

Item pr. Id. Mart. eodem loco cenam quam Ofilius Hermes Q. Q.[4] omnibus annis dandam praesentibus promisit vel sportulas sicut solitus est dare.

Item XI. K. Apr. die violarii eodem loco praesentibus dividerentur sportulae vinu. et pane. sicut diebus S. S. item V Id. Mai. die rosae eodem loco praesentib. dividerentur vinu. pane. sicut diebus S. S. ea condicione qua in conventu placuit universis ut diebus S. S. ii qui ad epulandum non convenissent sportulae et pane. et vinu. eorum venirent et praesentibus dividerentur excepto eorum, qui trans mare erunt vel qui perpetua valetudine detinetur.

Item P. Aelius Aug. lib. Zenon eidem collegio S. S. ob memoriam M. Ulpii Aug. lib. Capitonis fratris sui piissimi dedit donavitque HS. X. M. N. ut ex reditu eius summae in contributione sportularum divideretur. Quod si ea pecunia omnis quae S. S. est, quam dedit donavit collegio S. S. Salvia C. F. Marcellina et P. Aelius Aug. lib. Zeno in alios usus convertere voluerint, quam in eos usus qui S. S. S.[5] quos ordo collegii N. decrevit et uti haec omnia quae S. S. S. suis diebus ut ita fiant dividantque; quod si adversus ea quid egerint sive quid ita non fecerint Q. Q. et curatores S. S. uti poenae nomine arkae N. inferant HS. XX M. N.

Hoc decretum ordini N.[6] placuit in conventu pleno, quod gestum est in templo Divorum in aede divi Titi V Id. Mart. G. Bruttio Praesente, A. Iunio Rufino Cos. Q. Q.[7] C. Ofilio Hermeti, Curatorib. P. Ael. Aug. lib. Onesimo et C. Salvio Seleuco. — Romae in aedibus Barberinis. Spon. Misc. p. 52. Fabret. p. 721, 443. Morcell. St. I. p. 321. Orel. 2417. Mommsen De Colleg. p. 92.

386. Silvano sacrum. Voto suscepto pro salute Domitiani Aug. N. L. Domitius Phaon ad cultum tutelamque et sacrificia in omne tempus posteru. iis qui in conlegio Silvani hodie essent quique postea subissent, fundum Iunianum et Lollianum et Pescennianum et Statullianum suos cum suis villis finibusque attribuit, sanxitque, ut ex reditu eorum fundorum Q. S. S.[8] Kal. Ianua. III Idus Febr. Domitiae Aug. N. natale et V. Kal. Iulias dedicatione Silvani et XII. K. Iulias rosalibus et IX. K. Novembr. nata*le* Domitiani Aug. N. sacrum in re praesenti fieret, convenirentque ii, qui in conlegio essent ad

---

1) sextarios. — 2) pro: *strenas.* — 3) supra scriptum. — 4) quinquennalis. — 5) supra scripti sunt. — 6) nostro. — 7) quinquennali. — 7) qui sunt suprascripti.

epulandum curantibus suis cuiusque anni Magistris. Huic rei dolum malum afuturum, quo minus ea quae super scripta sunt fiant, manifestum est, cum pro salute optimi principis et domini N. fundi consecrati sint, diesque sacrificiorum comprehensi. Praeterea locus sive pars agri silvaeque est in vivario, quae cippis positis circa Silvanum determinata est Silvano, cui det viam Dius ad Silvanum per fundumque Sicianum omnibus patebit lignis quoque ex fundo Galliciano et aqua sacrificio hausta et de vivario promiscue licebit, uti haec sic dari fieri praestari sine dolo malo iussit permisitque Domitius Phaon, cuius omine S. locus fuit. — Caposele. Guarini Varii monumenti p. 13. Bulletin. archeol. 1835. p. 153.

Ex fragmento albi vel fastorum sodalium, ut videtur, Augustalium.

387. Dec. [1] XXVII.

*Ad*lectus ad numerum ex S. C. .... Caes. Aug. ... Germanicus Claudio Caesare Aug. German. V. .... Cornelio Orfito Cos. P. R. C. ann. DCCCIV. etc.

Dec. XXVIII.

.. Adlectus ad numerum ex S. C. T. Caesar Aug. F. Imperator Imp. Caesar. Vespasiano Aug. III. M. Cocceio Nerva Cos. P. R. C. DCCCXXIV. — Lapidea tabula reperta in Vatican. Grut. p. 300. Morcel. Op. ep. 125. qui ad soldales Augustales refert.

388. *Imp. Antonino Pio* Felice Aug. IV *et* D. Caelio *Balbino II Cos. A. P. R. C.* [2] *DCCCCLXV.* IV. Non. Mai in aede divi *Pii et divae Faustinae ex li*teris Imp. Antonini Pii Felic*is Aug. et ex consensu* F. L. Egnatius Victor Loll*ianus coopt.*

Imp. Antonino Pio Felice Aug. et Oclatinio *Advento Cos. A. P. R. C. DCCCCLXX.* pr. Id. Iul. in aede divi Pii *et divae Faustinae* Imp. Caes. M. Aureli*us* Antoninus *Pius Felix Aug. P. M. Trib. pot. Cos. P. P. Procos.* ex S. C. cooptatus.

Grato et Seleuco Cos. A. P. R. C. DCCCCLXXIII. VI. Id. Iul. *in aede divi Pii* ex S. C. *M. Aur. Alexandrum* nobilissimum Caes. imperii *her. cooptatum.*

.... Severo et Ti. Claud. Quinti*ano Cos.* A. P. R. C. DCCCCLXXXVIII. VIII. Kal. April. in *aede divi Pii et divae Faustinae Imp. Caes. C. Iulius Verus Maximinus Pius Felix Aug. Pont max. Trib. pot.* P. P. Procos. ex S. C. *cooptatus.*

Imp. C. Iul. Maximino Pio Fel. Aug. et. M. *Antonino Gordiano Africano Cos.* anno *post* Romam condita*m DCCCCLXXXIX.* .... *C. Iulius Verus Maximus Germ*anicus *nobilissimus Caes.* .... erra ...... *ex S. C. cooptatus.* — Fragmentum fastorum sacerdotalium Romae in capitolio 1834 effossum, doctissime suppletur et explicatur a Borghesio Memorie dell' inst. archeol. Fascic. III. p. 255—325.

1) decuria. — 2) anno post Romam conditam.

388. Imp. Caes. L. Aurelio Commodo, M. Plautio Quintillo Cos.[1]).

Initiales collegii Silvani Aureliani. Curatores: M. Aurelius Aug. lib. Hilarus et Coelius Magnus Cryptarius.

Dec. I.

Borysthenes thr. vet.[2]).
Clenius Hopl. vet.[3]).
Callisthenes thr. vet.
Zosimus Ess.[4]) vet.
Pertinax 7 ret.[5]) vet.
Carpophorus mur.[6]) vet.
Crispinus mur. vet.
Parthus prov.[7]) vet.
Miletus mur. vet.

Dec. II.

Vitulus mur. vet.
Demosthenes manicar.[8]).
Felicianus ret. tir.[9]).
Servandus ret. tir.
Iuvenis mur. sp.[10]).
Ripanus 7 ret. tir.
Silvanus 7 ret. tir.
Secundinus prov. tir.
Eleuther. thr. tir.
Pirata unct.[11]).

Dec. III.

Barosus 7 ret. tir.
Aemilianus 7 ret. N.[12]).
Ulpius Europas.
Proshodus 7 ret. tir. N.
Aurelius Felicianus.
Aurelius Felix.
Zoilus pagan.[13]).
Flavius Mariscus.
Flavius Sanctus.
Diodorus pagan.

Dec. IV.

Aprilis paegniar.[14]).
Zosimus thr. sp.

Felici Imperatori omnia felicia. Salvo Commodo felix familia. Silvanum Augustum familia restituit dedicante Severiano Maximo,

---

1) P. Chr. 177. — 2) threx veteranus. — 3) hoplomachus veteranus. — 4) essedarius. — 5) centurio retiarirorum. — 6) myrmillo. — 7) provocator. — 8) manicarius. — 9) retiarius tiro. — 10) myrmillo spectatus. — 11) unctor. — 13) De litera N. non liquet. — 13) paganus. — 14) paegniarius.

procurante feliciter ordini potestatium et cultis doctoribus curante Marco Aurelio Augusti liberto Euporan. Maxime Commodiane abias [1]) propitium Caesarem. — Romae. Donat. p. 171, 3. et 236, 2. correctius in Marini Iscriz. Alban. p. 12. Orel. 2566. Add. Morc. Stil. II. p. 124.

389. Pontifices a colonia coniunc. Iulia Sutrin. in ord relat. [2])

C. Vergilius Strabo P. [3])
P. Aemilius P. F. [4]) Valens.
P. Matrinius Sassula P. [3]).
P. Portumius [5]) P. P.
L. Volturnius L. F. Gallus.
L. Rustius L. F.
L. Lucretius C. F. Apulus.
Q. Herennius Labeo.
A. Catius A. F.
L. Herennius C. F.
P. Selius P. F.
M. Valerius Longus.
M. Occius Ruso.
P. Alburius P. F. Mutus.
P. Matrinius Sassula.
L. Pontius P. F.
L. Vibius [6]) P. F.
Q. Mettius P. F.
in locum Q. Vibi Rosae.
L. Clavius [7]) Macer
in loc. Q. Metti P. F.
P. Siccius P. F.
in loc. Q. Fulvi.
M. Fabius Sabinus
in loc. L. Vibi P. F.
M. Vesidius Rufus
in loc. Sex. Praesen.
L. Matrinius Milvos
. . . . [8]).
L. Pontius Aquila
in loc. P. Cluati L. F.
P. Siccius P. F. Algidien.
in loc. L. Horati L. F.
C. Fabius C. F. Priscus
in loc. C. Caristi Pont. etc.

(sequuntur decem fere alia nomina). — Tabula marmorea Sutrii in Etrur. repert. Grut. p. 302.

---

1) pro: *habeas.* — 2) a colonia coniuncta Iulia Sutrina in ordinem relati. — 3) pater. — 4) Publii filius. — 5) Ald. *Partumius.* — 6) *Virbius.* Ald. — 7) An *L. Octavius?* Grut. — 8) Hic versus in lapide erasus.

390. P. Marcius Verus Imp. Commodo VI. et Petronio Septimiano Cos.[1] A. P. R. C.[2] DCCCCXLIII. K. Dec. in Palatio in aede Iovis Propugnatoris in locum P. Veri L. Milius[3] Cornelianus cooptatus.

T. Saturnino et C. Gallo Cos. A. P. R. C. DCCCCLI. Prid. Eid. Dec. in Palatio in aede Iovis Propugnatoris in locum Atili Corneliani vita functi Cl. Paternus cooptatus. Ti. Claudio Severo C. Aufidio Victorino Cos. A. P. R. C. DCCCCLII. IV. Eid. April. in locum Cl. Paterni vita functi ... allius Colonius cooptatus..... — Smet. 151, 15. Apian. 320, 3. Grut. 300, 2. Orel. 42.

391. Q. Tineius Rufus loco T. Hoeni Severi Cos. Q. Tineius Sacerdos loco L. AnnI Largi Flaminis. M. Claudius Fronto Neocydes loco L. RoscI Aeliani Flaminis.

T. Cornelius Anneus Fuscus loco L. CossonI EggI Marulli Flaminis.

L. Aedius Rufus Lollianus Avitus loco M. AcieI VibI Faustini Flaminis.

M. Sosius Laelianus Pontius Falco loco L. AnnI Ravi exaugurati.

T. Statilio Severo, L. Alfidio Herenniaeo Cos.[4]

Q. Hedius Rufus Lollianus loco PontI Falco. ..... — Romae. Marini Att. I. 166. Orel. 2207.

§. 3. *Fasti calendares sive Calendaria.*

Calendarium Maffeianum.

392.

A	K. Jan. F.	H	K. Feb. N.	D	K. Mar. NP.
B	F.	A	N.	E	F.
C	C.	B	N.	F	C.
D	C.	C	N.	G	C.
E	Non. F.	D	Non.	H	C.
F	F.	E	N.	A	NP. Hoc die Caesar Pontif. maxim. fact. est.
G	C.	F	N.		
H	C.	G	N.		
A	Agon.[5]	H	N.	B	Non F.
B	En.	A	N.	C	F.
C	Car.[6] NP.	B	N.	D	C.
D	C.	C	N.	E	C.
E	Eid. NP.	D	Eid. NP.	F	C.
F	En. Dies vitios. Ex S. C.	E	N.	G	C.
		F	Luper.[7] NP.	H	En.
G	Car.	G	En.	A	Eq. NP.

1) p. Chr. 190. — 2) anno post Romam conditam. — 3) *Attidius.* Grut. — 4) p. Chr. 171. — 5) Agonalia. — 6) Carmentalia. — 7) Lupercalia.

H	C.	H	Quir.[1] NP.	B	Eid. NP.
A	C.	A	C.	C	F.
B	C.	B	C.	D	Lib.[6] NP.
C	C.	C	C.	E	C.
D	C.	D	Feral[2] F.	F	Quin.[7] N.
E	C.	E	C.	G	C.
F	C.	F	Ter.[3] NP.	H	C.
G	C.	G	Regif.[4] N.	A	N.
H	C.	H	C.	B	Tubil.[8] NP.
A	C.	A	En.	C	Q. Rex C. F.[9].
B	C.	B	Eq.[5] NP.	D	C.
C	C.	C	C.	E	C.
D	C.			F	NP. Hoc die Caesar Alexand. recepit.
E	F.			G	C.
F	N.			H	C.
G	C.			A	C.
				B	C.

C	K. Apr. N.	A	K. Mai. N.	H	Kal. Iun. N.
D	C.	B	F. Comp.[14].	A	F. Mart. Car. Monet.[16].
E	C.	C	C.	B	C.
F	C. Ludi matri mag[10]	D	C.	C	C.
G	Non. Lud.	E	C.	D	Non.
H	NP. Ludi.	F	C.	E	N.
A	N. Ludi.	G	Non. N.	F	N.
B	N. Ludi.	H	F.	G	Menti. in Capit.[17]
C	N. Ludi.	A	Lem.[15] N.	H	Vest.[18] NF. PR.
D	N. Ludi in circ.	B	C.	A	N.
E	N.	C	Lem. N.	B	Matr.[19] N.
F	N. Ludi Cereri.	D	NP. Lud. Mart.	C	N.
G	Eid. NP. Ludi.	E	Lem. N. circ.	D	Eid. N.
H	N. Ludi.	F	C.	E	N.
A	Ford.[11] NP. Ludi.	G	Eid. NP.	F.	Q. ST. D. F.[20].
B	N. Ludi.	H	F.	G	C.
C	N. Ludi.	A	C.	H	C.
D	N. Ludi.	B	C.	A	C.
E	Cer.[12] N. Ludi.	C	C.	B	C.
F	N. in circ.	D	C.	C	C.
G	Par.[13] NP.	E	Agon. NP.		

1) Quirinalia. — 2) Feralia. — 3) Terminalia. — 4) Regifugium. — 5) Equiria. — 6) Liberalia. — 7) Quinquatria. — 8) Tubilustrium. — 9) Quando rex comitio fugit. — 10) Ludi Matri Deum. — 11) Fordicidia. — 12) Cerealia. — 13) Parilia. sive Palilia. — 14) Compitalia. — 15) Lemuria. — 16) dies sacer Marti, Carnae s. Cardeae et Monetae. — 17) Deae Menti in Capitolio. — 18) Vestae. — 19) Matralia. — 20) Quando stercus delatum. fast.

H N.
A Vin. [1]) NP.
B C.
C Rob. [2]) NP.
D F.
E C.
F NP. Lud. Flor. [3]).
G C. Ludi,
H C. Ludi.

F N.
G Tub. NP.
H Q. Rex C. F.
A C.
B C.
C C.
D C.
E C.
F C.
G C.

D C.
E C.
F C.
G C.
H C.
A C.
B C.
C E.
D F.
E C.

F K. Iul. N.
G N.
H N.
A NP.
B Poblif. NP. [4]).
C N. Ludi Apollin. [5]).
D Non. N. Ludi.
E N. Ludi.
F N. Ludi.
G C. Ludi.
H C. Ludi.
A NP. Ludi.
B C. Ludi in circ.
C C. Merk. [6]).
D Eid. NP. Merk.
E F. Merk.
F C. Merk.
G C. Merk.
H Lucar. NP. Merk.
A C. Lud. Vict. Caesar. [7]).
B Lucar. [8]) Lud.
C C. Ludi.
D Nept. Lud. [9]).
E N. Ludi.
F Furr. [10]) NP. Ludi.
G C. Ludi.
H C. in circ.
A C. in circ.
B C. in circ.

E K. Aug. N.
F C. Fer. Hoc die C. Caes. Hisp. vicit [11]).
G C.
H C.
A Non. F.
B F.
C C.
D C.
E NP. Hoc die Caesar Hispalin vic. [12])
F C.
G C.
H C.
A Eid. NP.
B F.
C C.
D C.
E Port. [13]) NP.
F C.
G Vin. [14]) F. P.
H C.
A Cons. [15]) NP.
B En.
C Volc. [16]) NP.
D C.
E Opic. [17]) NP.
F C.
G Volt. [18]) NP.

D K. Sept. N. Hoc die Fer. Nep. [19]).
E N.
F NP.
G C. Ludi romani.
H Non. F. Ludi.
A F. Ludi.
B C. Ludi.
C C. Ludi.
D C. Ludi.
E C. Ludi.
F C. Ludi.
G N. Ludi.
H Eid. NP.
A F. F. Equor. Prob. [20]
B Lud. rom. in circ.
C C. in circo.
D C. in circo.
E C. in circo.
F C. in circo.
G C. Merk.
H C. Merk.
A C. Merk.
B CP. Merk. H. D. [21]) Augusti natalis.
C C.
D C.
E C.
F B.
G C.

1) Vinalia. — 2) Robigalia. — 3) Ludi. Floralia. — 4) Poplifugium. — 5) Ludi Apollinares. — 6) Mercatus. — 7) Ludi Victoriae Caesaris. — 8) Lucaria. — 9) Neptunalia. — 10) Furrinalia. — 11) Feriae Hoc die C Iulius Caesar Hispaniam vicit. — 12) Hispalin vicit, sed leg. Pharsalum. — 13) Portunalia. — 14) Vinalia. — 15) Consualia. — 16) Vulcanalia. — 17) Opiconsiva. — 18) Volturnalia. — 19) Feriae Neptuni. — 20) Equorum probatio. — 21) Hoc die.

C	C. in circ.	H	NP. H. D. ara Victoriae in curia dedic. est.	H	F.
D	C.	A	F.	A	C.
		B	F.		
		C	C.		
B	K. Oct. N.	A	K. Novem. N.	G	K. Dec. N.
C	F.	B		H	
D	C.	C		A	
E	C.	D		B	
F	C.	E	Non. F.	C	Non. F.
G	C.	F	F. Ludi.	D	C.
H	Non. F.	G	C.	E	C.
A	F.	H	C. Ludi.	F	C.
B	C.	A	C. Ludi.	G	C.
C	C.	B	C. Ludi.	H	C.
D	Mediter.[1].	C	C. Ludi.	A	Agon.[8] NP.
E	August.[2] NP.	D	C. Ludi.	B	En.
F	Font.[3].	E	Eid in NP. Epul. indict.[6].	C	Eid. NP.
G	En.	F	F. Equor. Prob.	D	F.
H	Eid. NP.	G	C. Lud. pleb. in circ.[7].	E	Cons.[9] NP.
A	F.	H	C. in circ.	F	C.
B	C.	A	C. in circ.	G	Sat. Feriae Saturn[10]
C	C.	B	C. Merk.	H	C.
D	Arm.[4] NP.	C	C. Merk.	A	Opal.[11] NP.
E	C.	D	C. Merk.	B	C.
F	C.	E	C.	C	Div.[12] NP.
G	C.	F	C.	D	C.
H	C.	G	C.	E	Lar.[13] NP.
A	C.	H	C.	F	C.
B	C.	A	C.	G	C.
C	C.	B	C.	H	C.
D	C. Lud. Vict.[5].	C	C.	A	C.
E	C. Ludi.	D	C.	B	C.
F	C. Ludi.	E	F.	C	F.
G	C. Ludi.	F	C.	D	F.
H	C. Ludi.			E	C.

Calendarium romanum quod dicitur Maffeianum ab Aldo Manutio primum editum Ep. Orthograph. p. 209. Tabula marmorea superne fracta

1) Meditrinalia. — 2) Augustalia. — 3) Fontanalia. — 4) Armilustrium. — 5) Ludi Victoriae. — 6) Epulum indictivum — 7) Ludi plebei in circo. — 8) Agonalia. — 9) Consualia. — 10) Sarturno Feriae. Saturnalia. — 11) Opalia. — 12) Divalia. — 13) Larentalia sive Larentinalia.

versus aliquot admodum laceros inscriptionis continet calendario praemissae, in qua quidem haec tantum verba integra apparent: „expoliendum et pingendum ..... tabulis pictis.“ — Exhibent idem calendarium Gruter. Thes. p. 133. Morcell. Stil. LXVIV. Vol. I. p. 68. Orel. Coll. Vol. II. p. 382. Cf. Becker Handb. d. röm. Alterth. I. p. 719.

Notae per singulos menses iteratae hunc habent significatum: literae octo Calendarii ab A ad H ad nundinas spectant, quae singulis diebus litera A notatis habebantur; K. Kalendae; Non. Nonae; Eid. Idus; C dies comitialis; F. dies fastus; N. dies nefastus; NP. nefastus priore parte; FP. fastus priore parte; En. endotercisus sive intercisus. Quae singulorum mensium propriae sunt notae sequentibus numeris explicantur.

Calendarium Farnesinum.

393. Mensis Januar. Dies XXXI. Non. Quint.[1] Dies hor. VIIIIS=—[2] Nox hor. XIV=—. Sol capricorno. Tutela Iunonis. Palus aquitur.[3] Salix harundo caeditur. Sacrificant Dis Penatibus.

Mensis Februar. Dies XXVIII. Non. Quint. Dies hor. XS=—. Nox hor. XIII=—. Sol aquario. Tutel. Neptuni. Segetes sariuntur. Vinearum superfic. colit.[4] Harundines incendunt. Parentalia. Lupercalia. Cara cognato.[5] Terminalia.

Mensis Martius. Dies XXXI. Non. Septiman.[6] Dies hor. XII. Nox hor. XII. Aequinoctium VIII. Kal. Apr. Sol piscibus. Tutel. Minervae. Vineae pedamen.[7] in pastino putantur. Trimestr.[8] seritur. Isid. navigium. Sacr. Mamurio. Liberal. Quinquatria. Lav. M. I. A.[9].

Mensis Aprilis. Dies XXX. Nonae Quintan. Dies hor. XIIIS. Nox hor. XS. Sol ariete. Tutela Veneris. Oves lustrantur. Sacrum Phariae; item Sarapia.

Mensis Maius. Dies XXXI. Non. Septim. Dies hor. XIVS. Nox. hor. IXS. Sol tauro. Tutela Apollin. Seget. runcant. Oves tondent. Lana lavatur. Iuvenci domant. Vicea pabular. secatur. Segetes lustrantur. Sacrum Mercur. et Florae.

Mensis Iunius. Dies XXX. Non. Quint. Dies hor. XV. Nox hor. IX. Solis Institium VIII. Kal. Iul. Sol geminis. Tutela Mercuri. Faenisicium. Vineae occantur. Sacrum Herculi. Sacrum Fortis Fortunae.

Mensis Iulius. Dies XXXI. Nonae Septiman. Dies horarum XIVS=— Nox hor. IX=—. Sol cancr. Tutela Iovis. Messes hordiar. et fabar.[10] Apollinar. Neptunal.

Mensis August. Dies XXXI. Non. Quint. Dies hor. XIII. Nox hor. XI. Sol leone. Tutel. Cerer. Palus parat.[11] Messes frumen-

1) Nonae Quintanae. — 2) horarum novem semis et trium unciarum. — 3) Pro: *acuitur.* — 4) superficies colitur. — 5) cognatorum. — 6) Nonae septimanae. — 7) pedamenta. — 8) trimestre. — 9) Lavatio Matris Idaeae Almone. — 10) Messes hordiariae et fabariae. — 11) paratur.

tar. item triticar.[1] Stupulae incendunt.[2] Sacrum Spei, Saluti, Deanae. Volcanalia.

Mensis September. Dies XXX. Non. Quint. Dies hor. XII. Nox. hor. XII. Aequinoct. VIII. Kal. Oct. Sol virgine. Tutela Volcani. Dolea picantur. Poma legunt. Arborum Oblaqueatio. Epulum Minervae.

Mensis October. Dies XXXI. Nonae Septiman. Dies hor. XS. Nox hor. XIIIS. Sol libra. Tutela Martis. Vindemiae. Sacrum Libero.

Mensis November. Dies XXX. Non. Quint. Dies hor. IXS. Nox hor. XIVS. Sol scorpione. Tutela Deanae. Sementes triticar. et hordiar. Scrobatio arborum. Iovis Epulum. Heuresis.

Mensis December Dies XXXI. Non. Quint. Dies hor. IX. Nox hor. XV. Sol sagitt. Tutel. Vestae. Hiemis initium sive tropae chimerin. Vineas sterc.[3] Faba.[4] serentes. Materias deiicientes. Oliva legent. item venant.[5] Saturnalia. — Calendarium rusticum quod dicitur Farnesinum Gruter. p. 138. Gesner. Scriptor. rei rust. Tom. I. p. 352. Morc. Stil. LXX. Vol. I. p. 76. Orel. Vol. II. p. 380.

Calendarium Cumanum.

394. XIV K. *Septembr. Eo die Caesar pri*mum consulatum iniit. ... *Eo die exer*citus Lepidi tradidit se Caesari. Supplicatio. .... IX *K. Octobr.* Natalis Caesaris. Immolatio Caesari hostia. Supplicatio. .... Nonis Octobr. Drusi Caesaris natalis. Supplicatio Vestae. — XVK. Novembr. Eo die Caesar togam virilem sumpsit. Supplicatio Spei et Iuventuti. — XVI K. Decembr. Natalis Ti. Caesaris. Supplicatio Vestae. — XVIII. K. Ianuar. Eo die ara Fortunae Reducis dedicatast quae Caesarem *Aug. ex transmari*nis provinciis red*uxit.* Supplicatio Fortunae Reduci. — VII Idus Ianuar. *Eo die Caesar* primum fasces sumpsit. Supplicatio Iovi. — ... III. K. Febr. Eo die *Caesar Augustus* appellatus est. Supplicatio Augusti *numini.* — *III K. Febr. Eo die ara pacis dedicata* est. Supplicatio Imper*atoris Genio et Paci.* — Calendarii Cumani fragmentum, cuius altera pars Neapoli, altera Romae habetur. Momsen in Bulletin. dell' inst. arch. 1846. p. 78. Kellermann De calend. Cuman. fragm. in Iahn Spec. epigr. p. 3. sqq. — Singuli dies novum versum ordiuntur; nos lineolis separamus.

395. Nundinae Aquini, in vico Interam. Minturn. Romae, Capuae, Caesini, Fabrater. — Fragmentum calendarii. Gruter. p. 136. Morc. Op. ep. II. 42.

§. 4. Inscriptiones pertinentes ad ludos et omne genus spectacula.

396. Ti. Claudius Ti. F. Nero Pontifex Cos. iterum Imp. iterum ludos votivos pro reditu Imp. Caesaris divi F. Augusti Pon-

1) frumentariae item triticariae. — 2) incenduntur. — 3) stercorant vel: stercorato. — 4) fabas. — 5) venantur vel: venantes.

tificis maximi Iovi optimo maximo fecit ex S. C. — Romae. Grut. p. 11. Morc. Stil. LXIV. Platner u. Bunsen Beschr. R. III. 3. p. 74.

397. A. P. R. C. DCCCXLI. Imp. Caesare divi Vespasiani F. Domitiano Aug. Germanico Magistro XV vir. ex S. C. ludi saeculares facti. — Fleetwood p. 100. Morc. Stil. LXV.

398. Hec venatio pugnabet V K. Septembre. et Felix ad ursos pugnabet. — Pompeiis. Avellino Bullet. Napol. 1842. p. 125.

399. Pugn. V. IV. III. Pr. K. Dec. venat. ... — Pompeiis in pariete depict. Diss. isagog. ad volum. Hercul. I. tab. IX. p. 62.

400. Valentis Flaminis Neronis Aug. perpetui D. Lucreti Valentis fili ..... V. K. Aprili. venatio et vela erunt. P.[1] colonia. — Pompeiis. Diss. isag. l. l.

401. A. Suettii Cerii Aedilis familia gladiatoria pugnabit Pompeis Pr. K. Iunias. Venatio et vela erunt. — Pompeiis. Gell Pompeian. I. p. 23.

402. *In* h*ac* aede *Sa*bini Mat*erni lu*di loc*a*ntu*r*. — Romae; in tabula marmorea cum signis Romae et Fortunae; supplementa debentur Borghesio. Gerhard. Archaeol. Zeitung. 1847. Nr. 4.

403. XX paria gladiatorum data pro salute Caesarum. — Tapio Hispan: Mur. 612, 3. Orel. 2534.

404. (Nomina Libertorum XIII) Ludos latinos et graecos fecer. VI. V. IV. Pr. K. Mart. et populo crustulum et mulsum dederunt. M. Asinio Agrippa, Cosso Cornelio Lentulo Cos.[2]. — Romae. Guasc. I. 142, 71. Orel. 2546.

Tesserae.

405. Faustus Antoni. sp. K. Apr. M. Lep. L. Arr. Cos.[3]. — Grut. p. 334. Morc. Stil. CCCCLVII.

406. L. Stlaccius Bassus sp. Id. Iun. M. Licin. Cn. Lent.[4]. — Fabr. p. 39. Morc. CCCCLVIII. Orel. 2562.

407. C. XII. C.[5] — Ficor. Piombi II. 17. Morc. CCCCLX.

408. Thoantis Ti. Caesaris Aug. dispensatori. ab tobis.[6]. — (Ex altera parte:) De statione Caesaris Aug. tabellaris diplomari discede. — Oderic. p. 230. Morc. Stil. CCCCLXI.

409. 1) XI. IA.[7] — 2) XII. — 3) Pax VI. — Tesserae osseae. Monachii. von Hefner kleine inschriftl. Denkmäler d. vereinigt. Sammlung. in Oberbayer. Archiv. VII. 286.

---

1) Pompeiis. — 2) p. Chr. 25. — 3) Faustus Antonii (sc. servus) spectandus (alii: spectatus) Kalendis April. M. Lepido, L. Arruntio Consulibus (759 u. c.) — 4) Puta: consulibus. 740 u. c. — 5) cenaculo duodecimo Circensibus, — 6) dispensatoris ab tubis. — 7) numero romano (XI) respondent graecus numerus (IA). V. Labus Delle tessere degli spettacoli romani p. 86.

410. Bato Ataleni sp. A. D. N. Mar. L. Sul. Q. Met. [1]) — In tessera ossea. Monach. von Hefner Kleine inschriftl. Denkmäler d. vereinigten Sammlung. Oberbayer. Archiv. VII. 286.

411. Argive XV. — Tessera gladiatoria vel tess. frumentaria. Monach. von Hefner Kleine inschr. Denkmäler. Oberbayer. Archiv. VII. 287.

412. Cav. II. Cun. V. grad. X. [2]) Gladiatores vela erunt. — Pompeiis in tessera plumbea. Mazois Ruin. d. Pomp. I. p. 3.

413. Cav. II. Cun. III. grad. IX. Casina Plauti. — Pompeiis. Romanelli Viaggio I. 216.]

414. (In tessera rotunda plumbea in parte adversa): Municipi. Veliter fel. [3]) — (In part. av.): Iuvena. Veliter. fel. [4]). — Velitris repert. En. Q. Visconti sopra un antico piombo Veliterno; in eiusd. Opere varie. Ed. Labus. Milan. 1829. Vol. II. p. 33.

415. Suavis Thybridis sp. K. Iul. C. Vib. C. Atei. Cos. —
Fortunatus Crustidi sp. K. Dec. Drus. C. M. Sil. Cos. — Tesserae osseae. Annal. arch. T. XX. p. 273. Mon. ined. 1848. Tav. 53.

416. a) Philod. Ru. Sab. — b) Pompo. LS. Andrea. — Tesserae osseae. Annali archeol. T. XX. p. 273. Monum ined. 1848. Tav. 53.

§. 3. Sortes et amuleta.

417. Qur petis post tempus consilium? Quod rogas, non est.
De vero falsa ne fiant indice falso.
Corrigi vix tandem quod curvom est factum crede. — Fabret. 669, 530.

418. Nunc me rogitas, nunc consulis: tempus habuit iam.
Laetus lubens petito; quod dabitur gaudebis semper.
Non sum mendacis quas dixti consulis stulte. — Ferret. Mus. lap. p. 300. Gori Inscr. Etr. I. 264, 50. Mur. 492, 8. 9. 10. 7. 12. Orel. 2485.

419. D. M. [5]) Veneri SS. Felici Conservat. Victrici, Cupidini caelest. Genitrici Matrique Deum C. Caes. — In amuleto. Fabrett. 564, 105. Orel. 1365. cui suspecta videtur.

420. Domna Artemix, K (i)r(i)ne, aureas solbe catenas tuas en canes tuo. agretes silbaticos s(i)be albos sibe quenque colorem apertabu(n)t; cabe ne apeta(n)t rura res arba qui benitra(n)t, qui .... fora strasa in corte nostra non intren(t), pecora nostra non tangant et asinos nostro(s) no(n) moleste(nt). Ter dico, ter incanto in signu dei et signu Salomonis et signu de domna Artemix.

---

1) Bato, Ataleni servus, spectandus ante diem IV Nonas Martias Lucio Sulla, Quinto Metello Consulibus (80 p. Ch.) — 2) cavea-cuneo-gradu. — 3) municipio Veliterno feliciter. — 4) Iuvenalia Veliterna feliciter. — 5) Deae Magnae.

— In clavo aeneo magico. Lersch in Bulletin. dell' instituto arch. 1846. p. 184 Cf. Henzen in Annal. dell' inst. Vol. III. nuov. ser. 1846. p. 214.

421. Manes. — In pyramide parva figlini operis, prope Mirandolam reperta. Cavedoni in Bullet. arch. 1841. p. 20.

422. Nnmen daei [1]) Abresses. — In gemma cum serpente erecto insculpto. Kopp Palaeograph. crit. P. IV. p. 376.

423. (Amuletum Vindonissae repertum. Tabella quadrata, quae continet literis inter se segregatis vocem ὑγίεια, tum): *Axi. Axi. Axi. Casm.* i. e. Axierus, Axiocersus, Axiocersa, Casmilus. — Orell. 440 ex Hagenb. Epist. ined. 1721. N. 4. Rhein. Iahrbb. 1846. IX. p. 54.

Caput III.

TITULI SEPULCRALES.

§. 1. *Virorum ingenuorum et libertorum cum simplice nominum mentione, vitae genere non addito.*

424. D. M. S. [2]). — In ollis columbariorum, nomine sepulti non addito. Fabret. p. 1. et p. 21.

425. Dis Manibus. — Maff. Mur. Ver. p. 87. Morc. CCCLIV.

426. In fronte ped. [3]) XXXX. in agro ped. XVI. — Mutinae. Malmusi Museo Lapid. Mod. p. 5.

427. (Tabellae ollarum in columbariis inscriptae sepultorum nominibus:)

1) C. Abellani Felicis. — 2) Ossa P. Anni Terenis. — 3) Aurelia Sabina annorum XXII. — 4) Sex. Ennius Sex. L. Chrest. — 5) Fabia Sex. F. Methe Pia vix. XV. — 6) Gaa vilicus. — 7) Hipparchus hic sit. est. — 8) Volumnia L. L. et Ɔ. L. [4]) Calliste. — 9) Fonteia Staphis. — 10) M. Fonteius Nicander medicus. — Fabret. p. 1—4. et p. 6.

428. L. Aemili L. F. In fron. ped. XIIX. In agr. ped. XX. — Fabret. p. 176. Morcel. Op. ep. II. 81.

429. L. Abuccius Hermes in hoc ordine ab imo ad summum columbaria IX ollae XIIX. sibi posterisque suis. — Fabret. p. 11, 41.

---

1) pro: *dei.* — 2) diis Manibus sacrum. — 3) pedes. — 4) duorum Luciorum et Caiae liberta.

430. L. Abuccius Hera ollas singulares perpetuas. V. sibi et suis. — Fabret. p. 11, 45.

431. P. Aelius Venerianus hoc vas disomum sibi et Felicitati suae posuit et tribunal ex permissu Pontif. perfecit. — Beneventi. Grut. 751, 11. Orel. 4548.

432. Iter privatum a via publica per hortum transiens pertinens ad monumentum sive sepulcrum, quod Agatophus Aug. Lib. invitator vivens et Iulia Epictesis fecerunt. Ab iis omnibus dolus malus abesto et ius civile. — Marini Icriz. Alb. p. 64.

433. C. Alypius Daduchus Paetus fecit sibi et libertabus suis posterisque eorum et leg.[1]) Philemoni et Helladi amicis ius uniq. aedicul.[2]) et C. Rufo et Apollonio Hellopi Coll.[3]) meis sing. aedic. et Tropidi et Syntropio Crescenti ius singular. aedicul. T.[4]) T. Marcio et Philemo iura C. Sempronii. Amici et conliberti fidei vestrae committo, ne quis vendat aut abalienet, sed uti his qui supra scripti scriptaeve sunt per me et meos posterosq. singula haec beneficia facienda praestabuntur. H. M. H. N. S. — Romae. Gruter. 856, 6. Orel. 4357. (hoc monumentum heredes non sequitur.)

434. L. Alfius L. et Ↄ L. Felix Alfia L. L. Athenais vivos fecit sibi et suis et libertis, libertabus, posterisque eorum. Hoc monumentum heredem sequitur. In F. P. XIV. In ag. P. XII. — Romae. Fabret. 91, 180.

435. L. Ampius L. F. Severus sibi et L. Ampio L. F. patri, Publiciae Sex. F. Paullae matri testamento fieri iussit. Arbitratu Erotis L. — Fabr. p. 750. Morc. Op. ep. II. 93.

436. L. Annius C. F. Pob.[5]) sibi et M. Annio C. F. fratri fieri testamento iussit. Probavere Diomedes et Arthus liberti. — Maffei M. V. p. 149. Morc. Op. II. 93.

437. Libertorum libertarum et familiae C. Anni C. F. Cor.[6]) Pollionis. — In via Appia. Borghesi in Bulletin. archeolog. 1845. p. 149.

438. Hoc adparatorium pertinet ad monimentum Q. Aquili Dionysi et Noniae M. F. Faustinae. In fr. ped. X. in agro P. XVI. — Reines XVII, 14. Fabret. 232, 609.

439. C. Arrius C. F. monument. sibi fieri iussit. Sex. Acilius C. F. heres fecit. — Bertol. Ant. Aquil. p. 193. n. 216. Morcell. Stil. CXXVII.

440. Arriorum monum[7]). In fr. ped. XX. in agr. P. XXX. A. Arrius A. F. Lem.[8]) Ferox P. Arrius Cn. F. Lem. Valentinus, L. Arrius P. F. Lem. Scurrus, Trib. mil. leg. X Aug. comm. cons. fecer.[9]). — Pratill. App. l. I. c. 8. Morc. St. cc.

1) legavit. — 2) unicae aediculae. — 3) collibertis. — 4) fortasse ET. — 5) Poblilia tribu. — 6) Cornelia tribu. — 7) monumentum. — 8) Lemonia. — 9) communi consensu fecerunt.

441. Diis M. Pro salut. et incolumitate M. Aurel. Timothei et Aur. Maximi votum nuncupavit solvitque Eutyches eorum lib retulit. — In Transylvania. Bullet. dell' inst. arch. 1848. p. 185.

442. D. M. M. Aurelius Romanus et Antistia Chresime uxor eius fecerunt sibi et libertis libertabus, posterisq. eorum monumentum cum aedificio superposito. Hoc autem monumentum cum aedificio neque mutabitur neque vaeniet neque donabitur neque pignori obligabitur, sed nec ullo modo abalienabitur, ne de nomine exeat familiae suae. — Romae. Grut. 762, 5.

443. M. Aurelio Augg. lib. Elpideforo. Eo vivo concessit locum duplicem sarcofagum intrantibus parte dextra L. Arruntius Felicissimus. — Romae. Maffei Mus. Ver. p. 319. Orel. 4553.

444. Quieti aeternae. Aurelius Hermes et Claudia Secunda hoc monumentum virginem se vivi. comparaverunt sibi et filiis suis et libertis libertabusq. posterisq. eorum. — Romae. Fabret. 53, 308.

445. C. Avilio Lescho Ti. Claudius Buccio columbaria IV oll. VIII se vivo a solo ad fastigium mancipio dedit. — Fabr. p. 10. Morc. Stil. CCLXXXIII.

446. Baebius Gamellus Sassinas municipibus singuleis incoleisq. loca sepulturae C. S. P.[1]) dat extra auctorateis et qui sibi laqueo manus attulissent et quae quaestum spurcum professi essent singuleis in fronte P. X. in agrum P. X. inter pontem Sapis et titulum superiorem quei est in fine fundi Fangoniani. In queibus loceis nemo humatus erit, qui volet, sibi vivous monumentum faciet. In queibus loceis humati erunt, ei D. T.[2]) qui humatus erit posterisq. eius monumentum fieri licebit. — Prope Sassinam. Reines. VII, 20. Fabret. 673, 11. Mur. 1773, 8. Orel. 4403.

447. Corpus T. Baebi L. F. Fab.[3]) Celeris. Vixit amnis LII. mensib. III. diebus XII. — Ald. Manut. Orthogr. p. 93. Morcell. Stil. CXXIX.

448. Locus sacer. Iussu Q. Batoni Telesphori fecit Q. Batonius Onesimus patrono pio. Vixit annis LXXX integer integros. — Grut. p. 934. Fabret. p. 328. Orel. 4499.

449. Blandus Vindalucon. hic S. E.[4]) fili pro pietate posierunt. — Aug. Rauracor. Orel. 5061. emendatius Roth Röm. Inschr. des Kant. Basel. p. 7.

450. D. M. Bellinus Divixt. filio. — Basileae. Gerlach Historische Studien p. 325. Roth Röm. Insch. d. Kant. Basel. p. 11.

451. Q. Caecilio Q. F. Fortunaciano patr. opt. et sanctiss. Q. V.[5]) ann. XXXVII. dies XX. H. S. E. S. T. T. L.[6]) — Ex schedis Vatican. Fabret. p. 285.

---

1) centum sua pecunia. — 2) dumtaxat. — 3) Fabia tribu. — 4) situs est. — 5) qui vixit. — 6) hic situs est. Sit tibi terra levis.

452. C. Caecilius C. et Ɔ. L. Florus vixit annos XVI. et mesibus VII. Qui hic mixerit aut cacarit, habeat deos superos et inferos iratos. — E schedis Barberin. Fabret. 110, 270. Fea ad Horat. De art. poet. v. 471.

453. P. Caelius PP. L.[1]) Felix vix. ann. LVII. Zethus servus merenti domino fecit. — Fabr. p. 360. Morc. Op. II. 81.

454. Canidius Euelpistus geniarius pos. aed. Cast.[2]) fecit L. Canidio Prisco patrono suo indulgentiss. — Romae. Don. p. 453. Orel. 4195.

455. Conleg. dendrophor. et classiar. Misenatium Aurelio Canusio Q. Fil. Praenestino patrono optimo ae. C.[3]) fieri cens.[4]) — Maffei Mus. V. p. 477. 10. Morcell. Stil. CXXXIII.

456. D. M. T. Capelli T. F. Vindicis in F. P. XXXVII. a T. cox.[5]) P. XXVII. intra cox. P. XXXVII. — Fabret. 180, 377.

457. Dis Manibus. Ti. Claudius Aug. L. Eupaes a regionib. et Claudiae Vitali libertae suae et posterisquae aeorum. — (Titulus insculptam habet palmam et coronam.) Boldetti Osservazioni p. 444. Raoul-Rochette Antiquités chretiennes in Memoir. de l'Acad. d. inscript. Tom. XIII. p. 212.

458. Area, quae ante se.[6]) est maceria cincta, huic M. C.[7]) long. P. XLIIX. lat. P. XXXIX. L. Cingonio Aproniano Altenia Nice mater filio pientissimo fecit, sibi et suis lib. libertabusq. eis quibus in testamento meo honorem reliquero et coniugi. — Romae. Fabret. 152, 221.

459. Memoriae aeternae liber. et serv. fam. Claud.[8]) Ti. Claudius Ti. lib. Heridanus. DD[9]) Kal. Septem. P. Cornelio Dolabel. C. Iunio Silano Cos.[10]) In fr. P. XII. In agr. P. XXVI. — Rom. Grut. p. 1045. Morc. St. CCXIII.

460. V. F.[11]) L. Clodius L. L. Actius sibi et Clodiai Amphale contub. et Clodiai Liberali F.[12]) In F. P. VI. In R.[13]) P. XV. — Maffei Mus. V. p. 153. Morc. St. Vol. II. 75.

461. D. M. M. Congeneti Marcellini M. Cong. Iustinus. Si maior auctoritas patrimoni mei fuisset, ampliori titulo te prosecutus fuissem piissime pater. — Maff. Mus. V. p. 147. Morcel. CXLIIII.

462. C. Cordi Eructi parte dexteriore introeuntibus pro parte quarta ollae numero XXXVII. — Fabret. p. 160.

463. Q. Cosidius Zosimus vicit valuit ann. C. nutritor.[14]) Q. Allid. F.[15]) — Romae. Fabret. p. 142.

---

1) Publiorum duorum libertus. — 2) geniarius (i. e. qui geniorum simulacra conficiebat) post aedem Castoris. — 3) aere communi. — 4) censuit. — 5) a tergo coxae. — 6) sepulcrum. — 7) huic monumento cedit. — 8) libertorum et servorum familiae Claudiae. — 9) dedicavit. — 10) 763 U. C. — 11) Vivus fecit. — 12) fecit. — 13) recessu. — 14) nutritori. — 15) fecit.

464. Donatus Aug. lib. et Annia Primitiva hanc sedem fructum laboris sui vivi posuer. — Polae. Grut. p. 611. Orel. 4769.

465. Dis Manibus. Eutycheti Caes. N. liberto, qui reliquit collegio suo dendroph. HS. ∞ N. ut ex reditu omnibus annis ei parentent cum R. ep.[1] colleg. dendroph. aere collato bene merenti. Sura et Senec.[2] Cos. — Romae. Gori Symb. Vol. IX, 232.

466. Diis Manibus Communibus Epaphroditus L. Curator Primus. — Romae. Maffei Mus. Veron. 292, 7. Orel. 4456.

467. T. Flavius Aug. lib. Alcon. et Antonia Lyde monumentu. fecerunt sibi et suis libertis libertabusque communibus posterisque eorum cum aedificio Escitatiano custodiae causa monumenti. Itum, actum, aditum, ambitum ita ut vivi possidemus posterique nostri possideant, vivi vivis dedimus, inscribi iussimus. Quod si qis eorum partem iuris sui vendiderit aut ex consensu universorum, ea pecunia in aerarium populi romani inferri iubemus. Hoc monument. cum sua custod. heredem non sequetur. — Basis in aedibus Barberinis a tribus lateribus inscripta. Fabret. p. 320.

468. L. M.[3] Flaviorum Q. Q. P. L.[4] — Aquileiae. Reines XVII. 52. Orel. 4500. Morcel. Stil. CCXVIII.

469. D. M. Libertorum T. Flavi Aug. lib. Victoris a cura amicorum. — Gruter 598, 1. Haubold Opusc. acad. I. p. 209.

470. D. M. T. Flavius Hervetus fecit sibi et Flaviae Aelianae, filiae karissimae et conlibertis suis posterisque eorum P. P.[5] = =[6] et T. Fl. Philetus C. S.[7] P. P. = = et T. Fl. Epitymetus C. S. P. P. = =. — Anecdot. lit. Rom. Vol. I. p. 473. Morc. Op. ep. II. 116. Orel. 4506.

471. D. M. Ti Galerio Aetemae qui et Alechio marito B. M.[8] fecit Ael. Olympias coiux. — Romae. Fabret. p. 147.

472. M. Gellio M. L. Diocli dat de suo M. Gellius Faustus leibert. — Maffei Mus. V. p. 155. 2. Morc. Stil. CXLVIII.

473. D. M. T. Iegi Iucundi VI vir. Aug. et Decimiae Thalliae eius Filetus libertus. His epule debentur a collegio centonariorum Brixellanorum. — Brescello. Bullet. archeol. 1835. p. 132.

474. M. Insteius M. L.[9] Eutychus monimentum sive id sepulcrum est fecit sibi et Insteiae Arescusae. L. Aristius L. L. Lucrio emit ex parte dimidia sibi et suis. Aristiae L. L. Daphne L. Aristius L. L. Tyrannus V. A. XXIV. — Maff. Mus. V. p. 285. Morc. Op. ep. II. 144.

475. D. M. L. Iuli Epigoni. Vixit annis XVI. M. V. D. XII.

---

1) cum rosali epulo. — 2) Senecione Cos. p. Chr. 107. — 3) locus monumenti. — 4) quoquo versus pedes quinquaginta. — 5) pro parte. — 6) unciis quatuor. — 7) communi sumtu. — 8) bene merenti. — 9) Marci libertus.

corpus integrum conditum. L. Iulius Gamus pater filio piissimo. — Grut. 688, 10. Fabret. 17, 72.

476. C. Iulius. Sex. F. Cor. [1]) Postumus Furius Verecundus; Furia Pietas; M. Furius Telesphorus titlum qui perivit, itaque bene merentib. patronis novum titlum sua impensa restituit, C. Bellicio Torquato et Ti. Claudio Attico Herode Cos. [2]) — Romae. Grut. 943, 1. Fea Framm. di fast. p. LII. n. 30.

477. D. M. Q. Iulius Hermes pater et Iulia Diodoris mater Q. Iulio Cyrioni filio B. M. qui vixit annis XVII. M. VII. D. XVII. sibi suisque posterisque eorum omnium sine dolo malo. Quisquis hunc titulum sive monumentu. sive sepulchrum est deasciaverit aut violaverit, vendiderit, HS CC milia N. aerario populi romani damnas esto dare, heredi autc. neque venditori hoc monumentu. sive sepulchrum non sequitur. — In aedibus episcopalibus Portus Augusti. Kellermann Laterc. p. 74.

478. Ossa C. Iuli Licini L. Tireni et Donatae libertae. — Maffei Mus. V. p. 262. Morc. Op. ep. vol. II. p. 80.

479. D. M. S. Q. Iulius Lucanus Mediconis filius. Ut hanc in patriam plenus laetitia pervenirem, annos LXXX. certando vici; iam quietus ero. Hic Medico semper. — In agro Tunetano. Maffei Mus. Ver. p. 463. Orel. 4818.

480. M. Iulius Thamyrus, M. Annius Philipp. filius et pater hic erunt. — Maffei M. V. p. 155. 7. Morc. St. CXLVIV.

481. D. M. Laeto, qui vix. ann. XX M. VI. D. XVIII. C. Stertinius Philon. condiscipulo B. M. F. [3]) — Giovenaz. Mss. Morc. St. CLXXXVIII.

482. V. F.[4]) T. Livius[5]) Liviae T. F. Quartae L. Halys Concordialis PatavI sibi et suis omnibus. — Patavii. Grut. 877, 9. Orell. 1165.

483. V. [6]) Ti. Latinius Ti. L. Dori...
Θ. [7]) Agrasia T. L. Rufa.
Hoc mansum veni. IV. K. Sept. P. Sulpicio
C. Valgio Rufo Consulibus[8]) —
Maff. M. V. p. 108. Morc. Op. II. 74.

484. D. M. P. Licini et Fl. Amyntae Cineribus hic locus sacer est. Vix. unani. [9]) — Romae. Gruter. 877, 3.

485. L. Lucilius Q. F. Gn. N. [1]) qui fuit Cla. C. Lucilius C. L. Statius. Loc. patet agrei sesconciam quadratus. Arca in medio est. — Cremonae. Bianchi Marmi Crem. T. XXX. Mur. 1479, 2. Orel. 4563.

---

1) Cornelia tribu. — 2) Post Chr. 143. — 3) bene merenti fecit. — 4) vivus fecit. — 5) Hanc inscript. olim. credebant pertinere ad T. Livium historicum, quum sit T. Livius Halys, libertus Liviae Titi filiae Quartae. V. Fabr. p. 436, 28. Concordialium saepe fit mentio in lapp. Patavinis. Orel. — 6) vivus. — 7) θανοῦσα. — 8) 742. U. C. — vixere unanimes.

486. Q. Lurius Q. L. Apollophanes heic cubat. — Venetiis. Don. 441, 23.

487. D. M. Loci, in quo corpus T. Lu... Sabiniani Luciani crematum est. — Oderic. Syllog. inscr. p. 224. Morcel. Op. ep. II. p. 94.

488. L. Mag. Maciano Cl. Severa marito karissimo et Corn. Valerio fil. pientissimo et Mag. Prisciniano socero B. M.[1]) et sibi. Et in memoriam eor. et sui coll. N. B.[2]) ad rosas et profusiones O. N. F.[3]) ad HS. N. LX. mil. D. F. D. I. P.[4]) — Veronae. Grut. 803, 8. Orel. 4415. (qui in ind. explicat: divisio fiat de ipsius pecunia.)

489. L. Magio Pudenti. — In sarcophago. Treviris. Lersch C. M. III, 21.

490. D. M. Q. Medicus Aug. lib. a solo sibi fecit hoc cepotafiu.[5]) Quinta Vitalis filia mea possidebet[6]) sine controversia. — Panormi. Vignol. Inscriptt. select. p. 330. D'Orville Misc. obs. nov. III. p. 142. Donat. I. p. 197, 1. Orel. 4514.

491. A. Memmio Claro A. Memmius Urbanus conliberto idem consorti carissimo sibi. Inter me et te, sanctissime mi conliberte, nullum unquam disiurgium fuisse conscius sum mihi; hoc quoque titulo superos et inferos testor deos, una me tecum congressum in venalicio, una domo liberos esse factos; neque ullus unquam nos diiunxisset, nisi hic tuus fatalis dies. — Ad portam Capenam. Marini Atti II. p. 712. Orel. 4777.

492. Dis Manibus Meviorum. — Maff. Mus. V. p. 363. Morc. Op. ep. II. 112.

493. Mussius Trophimus Callityche lib. et coniugi suae optimae et meritis suis carissimae, cum qua vixit annis XXXXII. tulit annos LII. et sibi. — Venetiis. Fabret. p. 325.

494. Silvana Niciati marito bene merenti, cum quo vixit annis tribus, mesibus duobus, oris undecim. — Romae. Fabret. 186, 419.

495. Sedes M. Octavio M. F. Aprinem[7]) L. Valerio L. F. Firmo Melio Aucto liberto. — Prope Veronam. Grut. p. 882. Orel. 4534.

496. Vivont T. Paconius T. L. Alexa Octavia Ɔ. L.[8]) Asia. — Maffei Ant. Gall. epist. 6. Morc. St. CLIII.

497. Reliquiis C. PaccI Aristaeneti. — Romae. Fabret. 721. 426.

498. Q. Cornelius Q. L. Philomusus Sagarius a theatro Marcelli fecit sibi et suis, Corneliae Daphne Conlibertae suae et Corneliae Nymphe sorori eius L. Se vivo intulit Corneliam Proculam filiam

---

1) bene merenti. — 2) numeravit biba (pro: viva) explicat. Scalig. Sed in his COLL. N. B. Orellio potius collegii alicuius Veronensis nomen nobis ignoti latere videtur. — 3) omnium nomine faciendas. — 4) decurionum fide dividenda in publicum. — 5) Vignoli male coniecit: *cenotafiu.* — 6) Vignol. *possidebit;* Donat. *possidebet.* — 7) *Aprioni* vel *Aprili* leg. — 8) Caiae liberta.

ann. VII. Corneliam Helpidem conlibertam et Callitychen matrem eorum et C. Pinnarium Gemenum. — Spon. Misc. p. 226. Morc. II. 112.

498. C. Poblicio L. F. Bibulo Aed. pl. honoris virtutisque caussa senatus consulto populiq. iussu locus monumento quo ipse posterique eius inferrentur publice datus est. — Romae. Montfaucon Ant. V. p. 126. Morcel Stil. CCXVI. Orel. 4683. Platner, Bunsen etc. Beschreib. Roms. III. 1. p. 36. Becker röm. Alterth. I. 413.

499. M. Postilio Aratori amicit. foedere honorib. donisq. comulato [1]) L. Cincinn. C. D. [2]) e vivis discess. hoc monumento munus complevit... — In urna cineraria. Lajard Sur une urne cineraire du musée de Rouen, in: Memoires de l'Acad. d. inscript. Tom. XV. (1842) p. 62.

500. D. M. L. Pomponius Cladus et Claudia Parhesia fecerunt sibi et suis posterisque eorum et M. Quintino Claudiano. Ollarum N. XII. ab imo in summo cum obrendario. — Grut. 784,16. Fabret. 15,66.

501. Liberti, libertae Prisci Aug. L. Gamiani. Ex testamento descriptu. ita ut cautum erat subscripser.

Locus monumenti sive ager est via latin. ad miliarium V. supra pontem ad monimentum Gami Caesaris Agathocliani do, lego libertis meis utriusqne sexsus posterisque eorum et iis quos manu mitti rogavi ibique tabernam fieri inque eam consumi HS. N. IƆƆƆ [3]) arbitratu Agathangeli colliberti. — Marin. Atti arval. p. 270. Morc. Op. ep. II. 115.

502. D. M. Iulius Primosus et Iulia Primosa et Iulia Helene et sib. et suibus [4]) et libertis libertabusque posterisque eorum; muro cinctum, in fronte P..... in agro P. XXXX. — Romae, ad St. Paul. extra muros. Gerhard Denkmäler, Forschungen 1849. p. 304.

503. Diis Manibus. Q. Propertius Secundus fecit sibi et Propertiae Tryphosae patrone suae bene merenti et Propertiae Dynami libertae et contubernali sanctissimae. — Romae. Grut. p. 952. Haupt über die Namen des Dichters Propertius, Berichte über die Verhandl. der Gesellsch. d. Wissenschft. zu Leipzig. Philol. hist. Cl. p. 264.

504. Dis Manibus. L. Aurelio Propertio L. F...... Aed. IιI vir. I. D. iter.... Quin... ob dedic... ded...... HS. Cen. L. D. D. D. — Ameriae. E cod. Barberin. Grut. p. 1103. Mommsen, über die Inschriften von Ameria, Berichte über d. Verhandl. der Gesellsch. d. Wiss. zu Leipzig. Philol. hist. Cl. I. p. 266.

505. *Dis Manibus Secundini* ...na..... Secundini Securi et Publiae Pacatae coniugis Secundini Aventini et L. Saccio Modesto et Modestio M*ac*edoni filio eius .... Secundinus Aventinus et Secundi-

1) pro: cumulato. — 2) clarissimo decurioni. — 3) sestertior nummos 50000. — 4) pro: suis. Similiter: filibus suis. Grut. p. 553. amicibus. Orell. 4681.

nus Securus parentibus d*e*f*unctis et *sibi* vivi .... posuerunt. — In monumento Igeliensi. Apian. p. 485. Steiner. 795. Lersch. C. M. III, 14.

506. D. M. S. Q. Sentius Martianus Pius vixit annis XLVIII. men. IV. diebus XIV. H. S. E. O. T. B. Q. [1]) — Maff. Mus. V. p. 466. Morc. CXXII.

507. M. Sepronii A. D. K. Septe. [2]) — Lanzi Saggio I. p. 162. Orel. 4702.

509. D. M. Sempronio Donato, homin. frugalissimo qui vixit annis LXV. mens. II. dies V. hor. VII. cuius frugalitati heres maximas gratias aget amplius merenti. Heres honorabit. — Romae. Fabret. p. 122. Orel. 4771.

508. M. Servilius Quartus de sua pecunia fecit. — Romae, in monumento Serviliorum. Orel. 4699.

509. Animae sanctae colendae D. M. S. Furia Spes. L. Sempronio Firmo coniugi carissimo mihi ut cognovi puer. [3]) puella, obligati amori [4]), pariter cum quo vixi tempori [5]) minimo et quo tempore vivere debuimus a manu mala disparati sumus. Ita peto vos Manes sanctissimae [6]) commendat... [7]) habeatis meum coniugem et velitis huic indulgentissimi esse horis nocturnis, ut eum videam et etiam me fato suo addere [8]) vellit, ut et ego possim dulcius et celerius aput eum pervenire. — Romae. Gruter. 786, 5. Orel. 4775.

511. L. Sittio Optato Eq. R. docto iuveni, qui vixit ann. XXIII. M. II. D. V. L. Sittius Dionysius patrono incomparabili. — Fabret. p. 647. Morcel. Op. ep. II. 84.

512. Q. Statio Pacto P. Q. XII. [9]) lapides IV. [10]) Faustus lib. et Hilarus Cacurius D. — Brescello. Bulletin. arch. 1846. p. 38.

513. D. M. Successus Salvio patri B. M. P. [11]) — Potiolana mater scelerata filio Salbio. — Reines. Cl. XIII. 47. Fabret. p. 237.

514. D. M. Sulpitio Noto. Adeste Superi. — Maffei Ant. Gall. epist. 18. Mor. St. CLII.

515. D. M. Superinio Rustico et Superiniae Superbae Ingenuinia Iunia mater filiis dulcissim. OO. [12]) et sibi viva F. C. [13]) — Coloniae. Hüpsch 42,17. Steiner 878 et 922. Lersch C. M. I.

515. Cornelio Tacito [14])…. annis duobus.. sibus X. diebus

---

1) hic situs est; ossa tua bene quiescant. — 2) M. Sempronii; ante diem Kal. Septembr. Memorabile est diem vel mortis vel sepulturae notari in pluribus antiquissimarum inscriptionum sepulcralium, quas XXVI collegit Lanzi l. l. — 3) puerum. — 4) pro: amore. — 5) tempore. — 6) pro: sanctissimi. — 7) commendatum. — 8) Ex emendat. Boxhorn. FATOSVADERE. Grut. — 9) pedes quadrati duodecim. — 10) hic numerus et nomen Cacurii in fine manca e gemino titulo sepulcrali ibidem reperto suppleta sunt. — 11) bene merenti posuit. — 12) obitis. Lersch. — 13) faciendum curavit. Infra titulum asciae figura. — 14) Viscontius suspicatur, fuisse hunc Taciti historici fratrem, de quo Plin. H. N. 7, 16. sed hoc prorsus incertum. Orel.

II. horis X. fecit Lucretia Tacita mater filio B. M.[1] et sibi et suis posterisque eorum. — Orel. 561 Monum. degli Scip. p. 22.

517. In viridaris partis tertiae C. Terenti Acti et C. Terenti Cerinthi. Ex hoc loco usque ad scalaria ollae numero LXVIII. — E schedis Barberin. Fabret. 159, 279.

518. P. Terentius P. L. Syntrophus hic requiescit. — Grut. p. 997. Malmusi Mus. lap. Moden. p. 28.

519. D. M. Tertio fratri soror bene merenti fecit. Vixit annis plus minus XXXI. orco peregrino. — Neapoli. Grut. 852, 5.

520. C. Titius L. F. Mamilla natus.
A. Papirius L. F. Alfia natus. Ann. XLII.
— Maffei Mus. Veron. 367. Orel. 4703.

521. P. Tutilius Pamphilus sibi et Eutychioni, Euanthe, Maroni, lib.[2] et Furio Communi, A. O.[3] et mem.[4] Tutili Cratisti patroni et Philumeni alumni incomparabil......[5] — Mediolani repert. Labus Nota su un monumento antico nuovamente scoperto in Milano, in Giornal. e Bibl. Ital. Tom. XIII. p. 347.

522. Ulpia Eutychia Ulp. Eutycioni et Mindiae Primillae par. B. M.[6] posuit. Sigbar. Iusti Parecori. — In sarcophago musei Berolinens. Gerhard Archaeol. Zeit. 1843. p. 121.

523. C. Vedius Philomusus cum Antronia sua Felice hic est. — Maff. M. V. Morc. Op. II.

524. D. Vetucidi Secundionis ex sortitione ollas ossuarias VII. S.[7] — Romae. Fabret. 160, 284.

525. L. Vecilio vi. F.[8] et Polliae Abeles lectu. I datu.[9] Vecilio L. F. et Pleneste lectu I. Amplius nihil inviteis L. C. Levieis L. F. et qui eos parentaret[10] ne anteponat. — Faleriis. Bulletin. archeolog. 1844, p. 162.

526. D. M. Iul. Victor, Martial. F. ob. an LV.[11]
Bessa, Iuvenis F. ux. Θ[12] an XLV.
Novella Essibini F. ob. A. XVIII.
Victorinus parentib. et coniugi et Victorinae fil. fecit, H.[13] qui per luem vita functi sunt Mamertino et Rufo Cos.[14] et Aur. Iustino fratri, mil. leg. II. Ital. stipend. X. Θ.[15] A. XXX. — Mauerkirchen; nunc in antiquar. Monac. v. Hefner, Die röm. Denkmäler, in: Oberbayer. Archiv. VI. p. 215.

527. Memoriae et pietati Q. Vibl. Crescentis Q. Vibius Ce-

---

1) bene merenti. — 2) libertis. — 3) amico optimo. — 4) memoriae. — 5) excidisse suspicatur Labus T. F. I. (testamento fieri iussit). — 6) parentibus bene meritis. Quid postrema tria verba significent, non liquet. — 7) semis. — 8) vivus fecit. — 9) lectus unus datus. — 10) pro: parentarit. — 11) obiit anno quinquagesimo quinto. — 12) uxor θανοῦσα. — 13) hic. — 14) post Ch. 182. — 15) θανών.

rinthus Liberto karissimo et fidelissimo bene merenti fecit. — Romae. Grut. 957,11.

528. Volumnius A. F. Violens Cafatia natus. — Perus. Vermiglioli Il sepolcro dei Volunni scoperto 1840. Perugia 1840. Bullet. archeolog. 1841. p. 13.

529. D. M. Ti. Cl. Zosimus et Plautia Zosime vivi sibi fecerunt suisque libertis libertabusque posterisque eorum. Ne de nomine exiat nostrorum aria, maceria cincta circu. monumentum cum omne iure suo quam fecerunt. Quod siqui ultimus ex nomine nostrorum posterorumque eorum alienare boluerit, damnas esto collegio iumentariorum, qui est in Cisiaris Tiburtinis Herculis, HS L. M. N. Viximus annos, ut puto, sine cuiusquam frandem. In fr. P. XXVI. in ag. P. XXXVI. Ab hoc monumento dolus malus abesto. Ti. Cl. Andreas consumavit. — Romae. Fabret. 91, 179.

530. Ne tangito. O mortalis reverere Manes deos. — Fabret. p. 21. Morc. St. CCXXI.

531. Quisquis hoc sustulerit aut laeserit ultimus suorum moriatur. — Romae. Reines. 1000, 441. Orel. 4790.

§. 2. *Feminarum ingenuarum et libertarum.*

Ingenuarum.

532. D. M. Acutia Tyche Iulia Arche. Vix. A. XXIIX. et in eo mon. itu, act. amb. inlat. mort. mort. inferre, coron. sacrif. sacrif. fac. ei A. Q. er. PP. R. L. [1]) Filiae pientissimae. In F. P. [2]) VII. in A. P. [3]) VI. — Romae. Fabret. p. 7, 29.

533. Aciliae C. F. Lepidae et C. Aurelio C. F. Arn. [4]) Prisco C. Aurelius Crescens L. patrono bene merenti fecit et eorum libertis libertabus posterisq. eorum H. M. D. M. et I. C. A. [5]) — Romae. Marini Atti II. 556.

534. Aeliae Restitutae, animae dulcissimae, Bellator Aug. lib. coniugi karissimae bene merent. Amici, dum vivimus vivamus. — Narbone. Grut. 609,3. Orel. 4807.

535. D. M. S. Ael. Regine dulcissime summe integritatis et castitatis exempli, que vixit mecum ann. III. mens. VII. dies XIII. Septimius Callinicus coniugi carissime bene merenti fecit. — Romae. Fabret. p. 252.

536. D. M. Aemiliae Irene, quae vixit ann. XXVI. diebus XIV.

---

1) et in eo monumento itu, actu, ambitu, inlatos mortuos mortuasve inferre, coronare, sacrificare, sacrificium facere ei aut qui erunt proximi recte liceat — 2) in fronte pedes. — 3) agro pedes. — 4) Arniensi tribu. — 5) Hoc monumento dolus malus et iuris consultus (vel: ius civile) abesto.

Aurelius Eutyches Stupidus greg. urb. [1] coniugi karissimae. — Maffei M. Ver. p. 127. Morc. Op. ep. II. 102.

537. Allienae T. F. Berenicae C. Vettius Polus uxori sanctissim. et C. Vettius Polus matri piissimae Patr. col. fabr. et cent. L. D. D. D. [2] — Grut. p. 322. Morcel. Op. ep. II. 98.

538. Arabia Firma, Venus Afra. Vixit annis XVII. M. III. dies tres. — Fabr. p. 267. Morc, Op. ep. II. 106.

539. Agriae Triphosae vestificae Livius Theona ab epistulis graec. scriba a lib. [3] pontificalibus coniugi sanctissimae B. D. S. M. [4] — Grut. 575,6. Fabret. 326, 457. Morcel. Op. ep. II. 97.

540. Hic sita est Amymone [5] Marci optima et pulcherrima, lanifica, pia, pudica, frugi, casta, domiseda. — Romae. Fabret. 252, 32. Morcel. Op. ep. II. p. 273.

541. D. M. Anniae Aquilinae collactaneae pientissimae, quae vixit ann. XXIX. M. XI. dies XVI. C. Iavolenus Severus B. M. [6] posuit. — Maffei M. V. p. 149. 4. Morc. St. CLXIII.

542. Aninia Hilara Cl. Arriae matri incomparabili fecit. Vixit ann. L. men. X. — Gerhard Antike Bildwerke. Tab. XXXVI.

1333. Gal. Tettienus Pardalas et Tettiena Galene tetrastylum sua pecunia fecerunt item simulacra Castoris et Pollucis municipibus Asisinatibus don. deder. et dedicatione epulum Decurionibus sing. ·X· V. Sevir. ·X· III. plebei ·X· IS. dederunt. S. C. L. D. — Assisi. Bullet. archeolog. 1839. p. 146.

§. 3. *Viarum tituli in Italia et in provinciis a Principibus, magistratibus, privatis factarum. Lapides milliarii.*

1334. Senatus populusque romanus clivom Martis pecunia publica in planitiam redigendum curavit. — Romae. Grut. p. 152. Orel. 3. Morcell. Stil. CCXXIIII. Becker. Röm. Alt. I. 512.

1335. C. Caesar August. F. Cos. vias omnes Arimini stern. [6])

---

1) vici agri Belunensis incolae, qui hodie: *Lavazzo.* — 2) dominis nostris. — 3) cum numero IIX in fine tituli coniungas, ut sit IV die mensis Octobris. Haec est coniectura Gudii: nam inscriptio fert: IVDIX MEIS. — 4) Stellatina tribu. — 5) Post Chr. 167. — 6) sternebat.

— Arimini. Grut. 149. Murat. 2006, 5. Orel. 635. Morc. Op. ep. II. 134.

1336. Ti. Claudius Caisar Aug. Ger. Pont. max. Trib. pot. VIIII. Imp. XVII Cos. IIII [1]) P. P. Censor Ⅎiam Claudiam Ⅎaleriam a Cerfennia Ostia Aterni munit idemque pontes fecit. XLIII. — Fabr. p. 473. Orel. 711.

1337. Ti. Claudius Drusi F. Caesar Aug. Germanicus Pontif. max. Tr. pot. VII Cos. IIII. Imp. XI. P. P. Censor designat. viam Claudiam novam a Forulis ad Confluentis Atternum et Tirinum per passuum XXXXVIICLXXXXII. sternendam curavit. — Civita-Tomasa. Bunsen Antichi stabilmenti Italici; Annal. archeolog. 1834. VI. p. 146.

1338. Imp. Caes. Vespasianus Aug. Pont. max. Trib. pot. VII. Imp. XVII. P. P. Censor, Cos. VII. design. VIII.
Imp. Nerva Caes. Aug. Pont. max. Trib. pot. Cos. III. Pater patriae refecit.
Imp. Caesari divi Traiani Parthici F. divi Nervae nepoti Traiano Hadriano Aug. Pontif. maxim. Trib. pot. II. Cos. II. viatores qui ipsi et Cos. et Pr. ceterisq. magistratib. apparerent et H. V. — In columna Romae translata ex Appia via in Kapitolium. Grut. p. 154.

1339. Imp. Caesar Nerva Aug. Cen. Pontif. M. Trib. potest. III. Cos. IIII P. P. viam a Tripontio ad forum Appii ex glarea silice sternendam sua pecunia incohavit Imp. Caesar Nerva divi Nervae filius Aug. Germa... Trib. potest. Cos. III. consummavit. — S. I. Morcel. Op. ep. T. II. p. 129. Orel. 780.

1340. Imp. Caes. divi Nervae F. Nerva Traianus Aug. Germanicus Dacicus Pontif. maximus Trib. potestat. XV. Imp. VI. Cos. VII. [3]) substruxionem contra labem montis fecit. — Antrodoco; Urlichs Iscrizioni di Antrodoco; Annal. arch. X. (1838.) p. 306.

1341. Imp. Caesar divi Traiani Parthici F. divi Nervae nepos Traianus Hadrianus Aug. Pont. max. Trib. pot. VII. Cos. III. viam Appiam per millia passus XVDCCL. longa vetustate amissam adiectis HS $\overline{\text{XI}}$ LVII ad HS $\overline{\text{DLXIXC}}$ quae possessores agrorum contulerunt, fecit. — De Vita Benev. p. 185. Henzen. in Annal. arch. 1845. p. 85.

1342. Imp. Caesare Traiano Hadriano Aug. III. Cos. via nova strata lapide per medium forum pecuar. a summo vico longo ad arcum iunctum Capitolio ex conlatione manipretii possessorum circa forum et negotiantium item collegia quae attingunt eidem foro VII viratu IV. ..... — Falerone. Annal. archeolog. 1839. XI. p. 49.

1343. Imp. Caes. Invictus Aug. [4]) Aquileiensium restitutor et

---

1) Post Chr. 49. — 2) Digamma Aeolicum post Claudium quoque etsi raro iuvenitur in inscriptionibus temporum Neronianorum. V. Marini Atti p. 97. Orel. — 3) legend. Cos. V. P. P. quum Traianus non ultra sextum consulatum processerit. Urlichs. — 4) M. Aurelius Antoninus intelligendus, qui legiones II et III Italicas instituit.

conditor viam quoque Gemimam a portu usque ad pontem per tirones iuventutis novae Italicae suae dilectus posterioris longi temporis labe [1]) corruptam munivit ac restituit. — Aquileiae. Grut. p. 152. Preller Region. Roms. p. 236. not.

1344. Beatissimo saeculo Dominorum nostrorum Constanti et Constantis Augustorum Senatus populusque romanus clivum Tiburtinum in planitiem redegit, curante L. Turcio Secundo Aproniani Praef. urb. fil. Asterio V. C. Correctore Flam. [2]) et Piceni. — Tibure. Murat. 463, 9. Orel. 1099.

1345. M. Aurel. Valer. Maxentius P. F. Invictus Aug. Pontif. max. Trib. potestate viam Herculiam ad pristinam faciem restituit. — Runculi in Apulia. Donat. II. p. 220, 1. Orel. 1068.

1346. M. Aquilius M. F. Gallus Procos. viam fecei ab Regio ad Capuam et in ea via ponteis omneis meiliarios tabellariosque poseivei. Hince sunt Noceriam meilia II Capuam XXCIIII. Muranum IXXIII. Cosentiam CXXIII. Valentiam CIXXX ▢ ad Fretum ad Statuam CCXXXI. ▢ Regium CCXXXVII. Suma af Capua Regium meilia CCCXXI. ▢ et eidem Praetor in Sicilia fugiteivos Italicorum conquaesivei redideique homines DCCCCXVII. eidemque primus fecei, ut de agro poblico aratoribus cederent paastores. Forum aedeisque poblicas heic fecei. — In valle Dianae, agro Atinate. Gruter. 150, 7. Romanelli Topograf. I. 297. Orel. 3308.

1347. P. Arunculeius D. F. C. Minucius C. F. Thermus II viri viam lapid. silic. ex D. D. P. P. stern. cur. idemq. prob. [3]) — Prope Soram. Bulletin. arch. 1839. p. 60. Osann in Bergk. Zeitschr. 1846. N. 68.

1348. Augustales VI vir. L. Gellius L. L. Hippolytus, L. Gellius L. L. Vernus, L. Gellius L. L. Polus viam long. P. CCXLIIX. ex D. D. ob honorem sexviratus sua pecunia silice sternendam curar. — In Foro Sempronii. Noel des Vergers Epistol. ad Letronn. Revue de philologie 1845. p. 524. Zumpt. De Augustal. p. 70.

1349. M. Consius M. L. Cerinthus Accensus velatus immunis cum sim ex voluntate mea et impensa mea clivom stravi lapide ab imo susum longum pedes CCCXL. latum cum marginibus pedes VIIII fit quod stravi milia pedum ∞ ∞ ∞ LX. iterum eundem clivom ab imo levavi et clivom medium fregi et depressi impensa mea regioni Ficulensi pago Ulmano et Transulmano Peleciano usque ad Martis et ultra. — Cesarianae. Kunstblatt. 1825. p. 87. Or. 111. Atti dell' accad. rom. T. IV. p. 258.

1350. M. Vicinus III vir pro publica commoditate viam Fla-

---

1) Gruter. *lare;* emendavit Preller. — 2) Flaminiae. — 3) lapide silice ex decreto decurionum propria pecunia sternendam curarunt iidemque probarunt.

miniam restit. [1]) L. Vicinius III vir F. C. [2]) — In lamina reperta in via Flaminia. Archaeologia T. XV. p. 389. Orel. 3309.

1351. Itus actusque est in hoce delubrum Feroniai ex hoce loco in via. poplicam campanam qua proxsimum est. — Coppito in dioescesi Aquilana. In eodem lapide titulus sepulcralis insculptus est. — Marini Iscriz. Alb. p. 91. Orel. 3315.

Lapides milliarii in Italia.

1352. M. Folvius M. F. Flacc. C. Sempronius T. F. Grac. C. Paperius C. F. Carb. III. virc. A. I. A. [3]) — Lapis milliarius Gracchanus; in agro Hirpino prope vicum Rocca di S. Felice. *Santoli* De Mephiti et vallibus Anxanti libri tres. Neapol. 1783. p. 67. 72. *Mommsen* Topografia degli Irpini, in Bullet. arch. 1847. p. 166.

1353. Imp. Caesar Augustus Imp. X Tribunicia potestate XI. [4]) DXC. [5]) — Prope Torbiam. Spitalieri Notizie sul monumento dei Trofei d'Augusto di Torbia. Torino 1842. Indeque Giornale dell' istituto Lombardo. 1843. Tom. VI. p. 431.

1354. XI. Ti. Caesar August. Pontif. maxim. Trib. pot. XXXII. — Via Laurentina. Canina della colonna migliaria undecima delle via Laurent. Bulletin dell' inst. arch. 1846. p. 120.

1355. Ti. Claudius Drusi F. Caesar Aug. Germanicus Pontifex maxumus Tribunicia potestate VI. Cos. IV. Imp. XI. P. P. Censor viam Claudiam Augustam quam Drusus pater Alpibus bello patefactis derivavit munit ab Altino usque ad flumen Danuvium. M. P. CCC. L. — Inter Feltriam et Belunum in villa Caes. Morc. Op. ep. V. p. XII. Marini Att. I. p. 77. Orel. 648. Zeitschr. für Alt. Wiss. 1830. p. 550.

X. [6])

1356. Imp. Caes. divi Nervae filius Nerva Traianus Aug. Germanicus, Dacicus Pont. max. Trib. pot. XIIII. Imp. VI. Cos. V. P. P. XVIII. silice sua pecunia stravit.

LIII. [7])

. DDD. NNN. FFF. LLL. [8]) Theodosio Arcadio et Honorio PPP. FFF. [9]) semper Auggg. bono rei pub. natis. — Terracinae. Grut. p. 1019. Fabr. De colum. Trai. p. 291. Morc. Stil. CCXXXXI.

1357. XLVII. Imp. Caesar. Divi Nervae F. Nerva Traianus Optimus Aug. Germanicus Dacicus Pontifex maxim. Trib. pot. XVIII.

---

1) restituit. — 2) faciundam curavit. — 3) clausula inscriptionis non satis liquet. Mommsen. literam E cum *vir* coniungendam censet, ut *vire.* (i. e. *vires* pro: *viri*) inde existat. Reliquae literae singnificant: agris iudicandis, adsignandis. — In parte superiore sive vertice lapidis hae literae legutur: F. P. ƎV SAIL — 4) Ante Chr. — 5) quingenta nonaginta millia passuum; puta: Roma. — 6) decimum milliarium a Foro Appii. — 7) milliarium quinquagesimum tertium ab urbe. — 8) Dominis nostris Flaviis. — 9) Piis Felicibus.

Imp. VIIII. Cos. VI. P. P. faciendam curavit. — Ferentino. Gruter. p. 190, 7. emendatius ap. Borghes. Iscrizione di Fuligno. Annali di corrisp. arch. Vol. III nov. ser. p. 332.

1358. Caes. T. Ael. Hadrianus Antoninus Aug. Pius P. M. Tr. P. VI. Cos. III. Imp. II. P. P. viam Aemiliam vetustate dilapsam operib. ampliatis restituendam cur. a Roma M. P. CLXXXVIII.

Roman. rei p.[1]) DD. NN. FF. L. Valentiniano et Valente Imp. victoriosis maximis semper Augg. M. P. CLXXXVIII. — Rimazzano; nunc Pis. in camp. sanct. Transcripsit Kramer, Bullet. archeol. 1835. p. 155.

1359. Imp. Caes. L. Sept. Severus Pius Pert. Aug. Arab. Adiab. Part. Max. Pont. max. Trib. pot. VIII. Imp. Caes. M. Aur. Antoninus Pius Fel. Aug. Part. Max. Brit. Max. Germ. Max. Pont. max. Trib. pot. XVII. Imp. III. Cos. IIII. P. P. Procos. milliaria vetustate conlabsa restitui iusserunt. — Maff. Mus. V. p. 241. Morc. Op. ep. II. 135.

1360. Imp. Caesar M. Antonius Gordianus Pius Felix Aug. Pontif. maximus, Trib. potest V. Cos. II.[2]) P. P. Procos. viam, quae a Nuceriam[3]) Salernum usque porrigitur, corruptam, providentia sua reddito ordinario vectigali tutelae eius restituit. II. — Salerni. Explicuit Mommsen in Bullettin. arch. 1847. p. 175.

1361. Imp. Caes. C. Mess. Quinto Traiano Decio P. F. Aug. P. M. Trib. pot. II. Cos. II. P. P. Restitutori Daciarum Col. Nova Apul. S.[4]) — In columna milliaria. Maffei Mus. V. p. 249. Orel. 991.

1362. Restitutor orbis Imp. Caes. L. D. Aureliano Pio Fel. invicto Aug. Pont. max. Germ. Max. Got. Max. Part. Max. Trib. P. IIII. Cos. III. P. P. P.[5]) Cos V. — Columna milliaria. Foroiuli Gall. Maffei Ant. Gall. p. 33, 2. Orel. 1030.

1363. Imp. Caes. M. Aur. Val. Maxentio P. Fel. invicto Aug. M. P.[6]) XI.

DD. NN. Iul. Cripsus et Cl.
Contantinus nobb. Caess. M. P.[6]) XI.

— Veronae. „In eodem cippo, Maxentiana dum esset Verona, prima inscriptio sculpta. Quum deinde Crispus hoc iter ageret, columnam inverterunt et Maxentii nomine in terram detruso alteri capiti Crispi et Constantini nomina inciderunt.“ Maff. Mus. Ver. 104, 2. Orel. 1067.

1364. D. N.[7]) Imp. Caes. Fl. Constantino P. F.[8]) Victori Aug. Pont. max. Trib. pot. XXIII. Imp. XXII. Cos. VII. P. P. Procos. Cons.[9]) humanarum rerum, divi Constanti filio, bono R. P. nato. M.

---

1) Ita in Bull. l. l. legendum proponitur: exemplum Krameri exhibet: *ro roman. t. t. reip.* — 2) Post Chr. 242. — 3) vitiose pro *Nuceria.* — 4) Colonia Nova Apulum sacravit. — 5) perpetuo principi. — 6) millia passuum. — 7) Domino nostro. — 8) Pio Felici — 9) conservatori humanarum rerum.

P. XV.[9]) — In lapide milliario viae Flaminiae. Don. p. 95, 101. Orel. 1080.

1365. Defensori pacis et Conservatori imperii romani D. N. Constantio Maximo Victori ac Triumfatori semper Aug. B. R. P. N, CLXXXXVII.[2])

Fundatoribus et Conservator. imperii romani DD. NN. Valentiniano et Valenti Principib. Maximis ac Triumfatorib. Augg. B. R. P. N. Impp.[3]) — Pisauri. Marm. Pisa p. 10. Orel. 1101.

1366. M. Plautius M. F. Anien.[4]) Lucanus, Ti Claudius Ti. F. Pal.[5]) Nero Aed. cur. Pr. Cens. II vir .... M. XIV. — Columna milliaria in via Tiburtina. Grut. 195, 2. Orel. 684.

1367. Ti Claudio Ti F. Cor.[6]) Bithynico Q. II vir. Aed. II vir. I. D. II vir Quinq. Praef. fabr.[7]) Hic permissu Traiani Hadr. Aug. viam passuum duum millium euntibus in Apuliam novo silice stern. C.[8]) — Nolae. Reines Cl. II., 18. Or. 3312.

1368. Via Aemilia. A Roma M. P. C. LXXXVIII.[9]) — Pisis in columna mill. Gori Inscr. T. III. p. 368.

Lapides milliarii in provinciis.

1368. Imp. Caes. C. Iul. Verus Maximinus P. F. Aug. Germ. Max. Dac. Max. Sarm. Max. Pont. max. Trib. pot. V. Imp. VII. P. P. Cos. Procos. C. Iul. Verus Maximus nobilissimus Caes. Germ. Max. Dac. Max. Sarm. Max. Princ. iuventutis filius Imp. D. N. C. Iul. Veri Maximini P. F. Aug. vias et pont. tempor. vetustat. collaps. restituer. curante Q. D ....[10]) Leg. Aug. Pr. Pr. Brac.[11]) M. P. XVIII. — Bertiandos in Lusitania. Murat. 2010. 5. Orel. 965.

1369. Nero Claudius divi Claud. Fil. Germ. Caes. N.[12]) Tib. Caes. Aug. pron. divi Augusti abn. Caes. Aug. Ger. Pont. Max. Tr. pot. Imp. Cos. a Pisor.[13]) M. L. — Prope Nerream Hispan. Grut. 154, 1.

1370. Imp. Caes. T. Ael. Anton. Aug. Pro. P. M. Tr. P. Cos. III. P. P. Avent. M. P. XXXVIII. — Prope Lousonnam. Haller Helvet. I. p. 176. Orel. 330.

1371. Imp. Caesar Divi F. Aug. Pontif. maxumus Cos. XII. Cos. designat. XIII. Imp. XIIII. Tribunicia potestate XX. — Nemausi. Mur. 220, 10. Orel. 600.

1371. Imp. Caes. Fl. Val. Constantino P. F. Aug. nepoti divi

---

1) millia passuum quindecim. — 2) bono rei publicae nato; 187 millia passuum. — 3) bono reip. natis Imperatoribus. — 4) Aniensi tribu. — 5) Palatina tribu. — 6) Cornelia tribu. — 7) Quaestori Duumviro Aedili Duumviro iuri dicundo Quinquenali Praefecto fabrorum. — 8) sternendam curavit. — 9) millia passuum 188. — 10) Q. Decio. — 11) A Bracara millia passuum XVIII — 12) Germanici Caesaris nepos. — 13) Pisoraca, hodie Pisuerga.

Maximiani Aug. nepoti divi Constantini Aug. Pii filio. XXXIIII. — In vico Cabasse in Provincia. Bouchei. Hist. Prov. Tom. I. p. 129. Orel. 1095.

1372. Imp. Caes. Nerv. Ulp. Traian. Aug. Germ. Pont. Max. Tribun. pot. Cos. II. [1]) M. P. VIII. [2]) — Columna milliaria reperta in vico Versoy prope Genevam. Spon Hist. de Geneve. T. II. p. 329. Orel. 278.

1373. Imp. Caes. M. Aurel. Antonino Aug. Pont. max. Tr. pot. XVI. Cos. III. et Imp. Caes. L. Aurelio Vero Aug. Tr. pot. Cos. II. a Col. Agripp. M. P. XXX. — Remagen. Act. Acad. Pal. IV. p. 40. Steiner. 761. Gräff 8. Lersch C. M. II. 76.

1374. Imp. Caesari Mar*co Cassianio* Latin*io Post*umo *P.* F. Invict. *August* P. M. Trib. *pot.* II. Cos. II. [3]) *D. III.* [4]) P. P. Col. N. [5]) — Spirae. Jaeger, Zweiter Jahresbericht d. hist. Vereins d. Pfalz. p. 67. suplevit et docte explicuit. Cf. Dünzer in Rhein. Jahrbb. XII. p. 158.

1375. Imp. Caes. divi Sev̄eri Pii nepoti divi Antonini Mag. [6]) Pii filio M. Aur. Severo Alexandro Pio Felici Aug. Pontifici maximo, Tribunitiae potestat. Cos. [7]) Patri patrie C. A. Aq. Ab Aq. L. IIII. [8]) — Steinbaci nunc Durlaci. Grut. 1078, 8. Schoepflin. Alsat. I. p. 560. Orel. 957. Leichtlen Forschungen I. 59. Schriften des Badner Alterthumsvereines. Baden 1845. I. 49.

1376. Imp. Caes. L. Sept. Sever. Pio Pert. Arabic. Adiab. Part. Brit. P. M. Trib. pot. III. Imp. VII. Cos. II. et Imp. Caes. M. Aur. Antonino Pio Invict. Aug. Part. Ma. Prin. M. P. M. [9]) Trib. potes. XVIII. Imp. IIII. Cos. IIII. Procos. fort. [10]) Aug. fel. Princ. Dom. in ..... [11]) Ab Aug. M. P. XLV.

A Lg. M. P. LI. [12]) — Ad vicum Wolkertshofen repert. nunc Monach. Grut. T. II. in append. 1085. correctius Hefner Die röm. Denkmäler Oberbayerns, in: Oberbayer. Archiv. VI. p. 257.

1377. Imp. Caesar Lucius Septimius Severus Pius Pertinax Aug. Arabicus, Adiab. Parthicus Maximus, Pontifex max. Trib. pot. VIIII. Imp. XII. Cos. II. [13]) P. P. Procos. et Imp. Caesar Marcus Aurel. Antoninus Pius Aug. Trib. pott. IIII. Procos. et *P. Sept. Geta nobilissimus Caesar* [14]) vias et pontes rest. Ab Aug. [15]) M. P. XXXX.

---

1) Post. Chr. 98. — 2) millia passuum octo. — 3) post Chr. 259. — 4) designato tertium. — 5) colonia Nemetensis. — 6) Magni. — 7) p. Chr. 222. — 8) Civitas Aurelia Aquensis. Ab Aquis Leugae IV. — 9) Parthico maximo, principi maximo, pontifici maximo. — 10) proconsuli fortissimo. — 11) felicissimo principi, domino indulgentissimo. — 12) Ab Augusta millia passuum XLV. a Lg. (Lauginga?) millia passuum LIIII. — 13) post Chr. 201. — 14) Peutingerus primus Getae nomen erasum male ita restituerat: *Imp. Publius Septimius Geta Antoninus;* eumque ceteri editores male sequebantur, etsi Orellius mendum suspicatus est; Hefnerus lapidem denuo examinavit et Peutingeri supplementum esse docuit, quum ante ann. 205 p. Chr. Imperatoris nomen Getae non sit tributum. — 15) ab Augusta.

— Irsee, nunc in antiquario August. Grut. p. 157. Orel. 937. v. Hefner Die röm. Denkmäler Oberb. in: Oberbayer. Archiv. VI. 204.

1378. Imp. Caes. M. Iul. Philippus invictus Pont. max. Trib. potest. Cos. P. P. et M. Iul. Philippus nobilissimus Caesar et Marcia Otacilia Sev. Augusta mat. Aug. N.[1] et castrorum. XXXII. M. P. — Budae. Sestini Viaggio p. 232. Orel. 981.

1379. Ti. Caesare Aug. F. Augusto Imperatore, Pont. max. Tr. pot. XXX. Leg. IIII. Scythic. V. Maced.[2] — Ad ripam Danubii in rupe quam legiones exciderant. Marsil. Danub. T. II p. 127. Morc. Op. ep. II. 127.

1380. Imp. Caesar divi Nervae nepos divi Traiani Parthici F. Traianus Hadrianus Aug. Pont. max. Trib. pot. VII. Cos. III. viam a Carthagine Thevesten stravit per leg.[3] III. Aug. P. Metilio Secundo Leg. Aug. Pr. Pr.[4] — Nov. Fior. cn. 1740. p. 111. Morc. Op. ep. II. 131. Marini Att. p. 773.

1381. Imp. Caes. M. Aurel. Antoninus Aug. Armeniacus et Imp. Caes. L. Aurel. Verus Aug. Armeniacus viam fluminis vi abruptam interciso monte restituerunt per Iul. Verum Leg. Pr. Pr. provinc. Syr. et amicum suum inpendiis Sabilenorum. — Prope Abilam antiquam (Suq et Barada). Lepsius, Archaeolog. Zeit. 1846. p. 279.

1382. Imperatores Caesares L. Septimius Severus Pius Pertinax Aug. Arabicus Adiabenic. Parthicus Maximus Tribunicia potest. VI Imp. XI. Cos. II.[5] Procos. P. P. et M. Aurel. Antoninus Aug. filius eius vias et milliaria per Q. Venidium Rufum Leg. Augg. Pr. Pr. Praesidem provinc. Syriae *Phoeni*ciae renovaverunt. II. — Columna duobus milliaribus a Sidone Tyrum versus. Spon. Misc. p. 270, 3. Orel. 905. Denuo exscripsit P. Ryllo Soc. Ies. Bullet. arch. 1838. p. 157, quem sequimur.

1383. Invicte Imp. Antonine Pie Felix Aug. multis annis imperes.

Imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Pius Felix Augustus Parth. Max. Brit. Max. Germ. Max. Pontifex maximus montibus imminentibus Lyco[6] flumini caesis viam delatavit per A.....[7] Antoninianam suam.[8] — Inter Berytum et Tyrum. Spon. Misc. p. 272. Hultmann. Misc. epigr. p. 400. Orel. 932. Murat. p. 458. Denuo transcripsit P. Ryllo Soc. Ies. Bullet. arch. 1838. p. 154. qui primos versus non habet.

1384. Imp. Caesar C. Iulius Verus Maximinus[9] Felix Aug. Germ. Max. Sarmat. Max. Dacicus Max. Pont. max. Trib. potest. Imp. VI.

C. Iulius Verus Maxim.[9] nobilissimus Caes. Princeps iuven-

---

1) mater Augusti nostri. — 2) legio quarta scythica quinta macedonica. — 3) legionem tertiam augustam. — 4) Legato Augusti Propraetore. — 5) 198 p. Ch. — 6) *coelo* Murat. — 7) nomen erasum. Literam A non habet Ryllo. — 8) Hultmann. intelligit *villam* Orell. *legionem.* — 9) Utriusque Maximini no-

tutis Germ. Max. Sarmat. Max. Dacicus Max. viam Karthagine usque ad fines Numidiae provinciae longa incuria corruptam adque di*lapsam* restituerunt. LXX. — Prope Thevestam. Letronne in: Revue archeol. T. I. p. 828. Iournal des sav. 1847. Octobre p. 626.

§. 4. *Inscriptiones terminales: in terminis territoria inter civitates finientibus; pomoerii; locorum publicorum; lovorum privatorum.*

1385. Sex. Atilius M. F. Saranus Procos. ex senati consulto inter Atestinos et Veicetinos fines terminosque statui iusit.[1] — Veronae. Maffei Mus. V. p. 108. Morc. Stil. CCLXI. Orel. 3110.

1386. Fin. Aq.[2] — (Ab altera parte:) Fin. Arel.[3] — Spon. Misc. p. 165. Morc. Op. II. 139.

1387. Fines inter Neditas et Corinenses derectus[4] mensuris actus iussu Meceni Gemini Leg.[5] per Aresium Maximum 7 legionis XI. principem posteriorem coh. I. et P. D. Aebutium Liberalem 7 eiusdem leg. astatum[6] posteriorem coh. I. — Novigradi in Dalmatia. Orel. 3452.

1388. DD. NN. Aetern. Impp. C. Aure. Valerio Iovio Diocletiano et M. Aur. Valerio Erculeo Maximiniano Piis Fel. semper Augg. terminus inter Pacens. et Eborens. curante P. Datiano V. P.[7] Praeside H. H. N. M. Q.[8] eorum devotissimo.

Heinc Pacenses. (In aversa parte:) Heinc Eborenses. — Prope Eboram in Hispan. Grut. p. 199.

1389. Fines vici. — Dorow p. 107. Lersch C. M. II. 75.

1390. Iussu Imperatoris Caesaris qua aratrum ductum est. — Grut. p. 199. Morc. Op. ep. II. 139.

Pomoerii.

1391. C. Marcius L. F. L. N. Censorinus et C. Asinius C. F. Gallus ex S. C. fin. pomer. termin.[9] — Romae. Grut. p. 196. Orel. 1. Becker Handb. der röm. Alterth. I. p. 105.

1392. Ti. Claudius Drusi F. Caisar Aug. Germanicus Pont. Max. Trib. pot. VIIII. Imp. XVI. Cos. IIII.[10] Censor P. P. auctis populi romani finibus pomerium ampliaℲit terminaℲitq. — Romae.

---

men in superficie excavata et magis quam reliqua inscriptionis superficies depressa insculptum est, unde concludi potest aliud ibi nomen ibidem fuisse quo eraso et area denuo polita nomen Maximinorum hunc locum occupavit. V. Letronne Iournal des sav. l. l.

1) 618 n. c. — 2) fines Aquensium. — 3) fines Arelatensium. — 4) directus. Murat. — 5) Legati. — 6) hastatum. — 7) viro perfectissimo. — 8) praeside Hispaniarum, numini maiestatique. — 9) ex senatus consulto fines pomoerii terminaverunt. Sunt consules anni n. c. 746. — 10) Post Chr. 49.

Grut. p. 196. Orel. 710. Fea Fram. di fast. p. XLI. Bunsen Beschreibung der Stadt Rom. I. p. 140i

1393. Collegium Augurum auctore Imp. Caesare divi Traiani Partici F. divi Nervae nepote Traiano Hadriano Aug. Pontif. max. Trib. pot. V. Cos. III. Procos. terminos pomerii restituendos curavit. — Grut. p. 198. Morc. Op. ep. II. 131.

1394. Pomoeri. Vesuntion. — Vesuntione (Besançon). Mercure Suisse Ianvier. 1743. p. 6. Or. 3684.

Locorum publicorum.

1395. A. Terentius M. F. Varro Lucull. [1]) Pro. Pr. terminos [2]) restituendos ex S. C. coeravit, qua P. Licinius, Ap. Claudius, C. Graccus III vir. A. D. A. I. [3]) statuerunt. — Prope Fanum. Marmor. Pis. p. 5. Orel. 570. Bullet. arch. 1847. p. 165.

1396. C. Marcius L. F. L. N. Censorinus, C. Asinius C. F. Gallus Cos. [4]) ex S. C. termin. [5]) Curator. ripar. qui primi fuerunt ex S. C. restituer. — Romae. in ripa Tiberis repert. Mus. Vatican. Fea Frammenti di fasti p. XXXVII. n. 13.

1397. C. Marcius L. F. L. N. Censorinus, C. Asinius C. F. Gallus Cos. ex S. C. termin, R. R. [6]) proximus cipp. Ped. DI. — Ibid. Fea l. l. p. XXXVII.

1398. C. Asinius. C. F. Gallus, C. Marcius L. F. L. N. Censorinus Cos. [7]) ex S. C. termin. — Romae. Atti dell' academ. roman. di archeolog. Tom. IX. p. 468.

1399. Imp. Caesar divi F. Augustus Pontifex Maximus, Tribunic. potest. XVII ex S. C. terminavit R. R. proxim. cip. ped. CLXI. — Romae in rip. Tiber. Fea Framment. di f. p. XXXIX. Becker Handbuch d. röm. Alterthümer. I. p. 105.

1400. Imp. Caesar Divi F. Augustus. IIII. P. CCXL. — In cippo iugerali mensurae causa constituto aquaeductus Caeretani. Fabr. p. 660, 511. Orel. 3319.

1401. Iussu Imp. Caesaris Augusti circa eum rivom, qui aquae ducendae causa factus est octonos ped. ager dextra sinistraque vacuus relictus est. — Venafri. Murat. p. 441. Morc. Op. II. 235.

1402. Cn. Sentius Saturninus, C. Clodius Licinius Cos. [8]) ter-

---

1) consul. u. c. 681. — 2) regionis Pisaurensis. — 3) agris dandis assignandis iudicandis. — 4) U. C. 746. — 5) terminaverunt. — 6) recta regione. — 7) u. c. 746. — 8) Consules 794 u. c. secundum Morcellium, sed Marinius Iscriz. Alb. p. 23 probavit lapidem non posse pertinere ad hunc annum, sed potius ad alium annum ante Chr. nat. quo memorati consules suffecti processerint. Orellius C. Clodium Licinium Consulem suffectum C. Caligulae non aliunde notum anni post Chr. 41. habet.

minaverunt locum publicum ab privato. — Romae. Oderic. Syllog. Inscript. p. 308. Morc. Stil. CCLXIIII. Orel. 3260.

1403. Locus adsignatus aedi Opis et Saturni L. Munatio Vero et C. Terentio Felice Curat. operum publ. — Romae. Grut. p. 26. Morc. Stil. CCLXV.

1404. L. Calpurnius Piso, M. Salvius Pr. aer. [1] aream ex S. C. a privatis publica pecunia redemptam terminavit. — Romae. Grut. p. 200. Morc. Stil. CCLXIII.

1405. Imp. Caesar M. Aurelius Antoninus Aug. Germanicus, Sarmat. et Imp. Caesar L. Aurelius Commodus Aug. Germanicus Sarmatic. hos lapides [2] constitui iusserunt. [3] propter controversias quae inter mercatores et mancipes [4] ortae erant, uti finem demonstrarent vectigali foriculiarii et ansarii [5] promercalium secundum veterem legem semel dumtaxat exigundo. [6] — Romae. Grut. 199, 6. Marini *Iscriz. Alb.* p. 28. Orel. 3347. Haubold *Monum. leg.* LXII. p. 259. Osann Syl. p. 512.

1406. Id quod intra cippos ad camp. versus soli est Caesar August. redemptum a privato publicavit. — Romae ad campum Martium. Fabr. p. 684. Morc. Stil. CCLVIII.

1407. Ex auctoritate Imp. Caesaris Vespasiani Aug. loca publica a privatis possessa T. Suedius Clemens Tribunus causis cognitis et mensuris factis rei publicae Pompeianorum restituit. — Pompeiis. Bibl. philol. Lips. 1780. Vol. II. p. 222. Orel. 3262. Gell. Pompeian. II. 195.

1408. Imp. Caesar Vespasianus Aug. Pontif. max. Tribun. potest. VI. Imp. XIIII. P. P. Cos. VI desig. VII. Censor locum vineae [7] publicae occupatum a privatis per collegium Pontificum restituit. — Fabr. p. 684. Morc. Op. II. 139. Orel. 3261.

1409. Imp. Caesar Vespasianus Aug. Cos. VIII fines locorum dicatorum Dianae Tifatinae ab Cornelio Sulla ex forma divi Augusti restituit. — Morc. Op. ep. II. 139.

1410. Ex auctoritate Imp. Caesaris divi Nervae fil. Nervae Traiani Aug. Germ. Pontificis maximi, Tribunit. potest. V. Cos. III. P. P. Ti. Iulius Ferox Curator alvei et riparum Tiberis et cloacarum urbis terminavit ripam R. R. [8] proximo cippo P. CCCLXXXVI. S. [9] — Romae. Grut. p. 198. Morc. Stil. CCLX.

1411. Ex auctoritate Imp. Caesaris Divi Traiani Parthici F. Divi Nervae nepotis Traiani Hadriani Aug. Pontif. Max. Trib. potest.

---

1) Praetores aerarii. — 2) *limides* Grut. — 3) *iussit* Gruter. — 4) *municipes* Cittadin. apud Gruter. — 5) Grutero teste alii: *forencularii et ansarii.* Fabret. Emendat. p. 2. *antarii.* Osann. coniicit: *fori culearii et ausarii.* — 6) Grut. *exigunt*... Cittadin. *exigundum.* — 7) *viniae.* Orel. qui sequitur Grut. p. 200. — 8) recta regione. — 9) pedes 386. semis.

V. Imp. IIII. Cos. III. L. Messius Rusticus Curator alvei et riparum Tiberis et cloacarum urbis RR. restituit secundum praecedentem terminationem. Prox. cipp. ped. XLIIII. — Atti dell' accadem. rom. di archeolog. Tom. IX. p. 469.

1412. Imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Aug. Pont. max. Trib. potest. XV Cos. III. Imp. Caes. L. Aurelius Verus Aug. Trib. pot. Cos.... terminos vetustate collapsos exaltaverunt proximo termino ped.... positos ex auctoritate Imp. Caes. Nervae Traiani Aug. curante A. Plaetorio ..... lote Calphurniano Curat. alvei Tiberis et riparum et cloacarum urbis. — Romae. Murat. 455, 3.

1413. Locus adsignatus ab Nigro et Cosconiano Cur. op. pub.[1] — Fab. p. 712. Morc. Op. ep. II. 139.

1414. T. Quinctius Crispinus Valerianus, C. Calpetanus Statius Rufus, C. Petronius Umbrinus, M. Cressus Frugi Curatores locor. publicor. iudicand. ex S. C. causa cognita ex privato in public. restituer. — Grut. p. 200. Morc. Stil. CCLXII.

1415. Finis inter publicum et privatum. — Murat. p. 495. Morc. Op. ep. II. 140.

1416. Lapides profanei; intus sacrum. — Fabr. p. 674. Morc. CCLXVI.

Locorum privatorum.

1417. Hic paries communis est intergerivos cum Ilisso Caesaris Aug. Diogenia. Diogeni. Caesaris Ilissus Diogenian. fecit. — Sinigaglia. Noel des Vergers, in Revue de Philologie I. p. 527.

1418. In agro P. Pacilii terminus totus est conlocat. — Sic bis in eod. termino. Marini. Vignolius p. 324. Murat. p. 491. Orel. 4333.

1419. Cippus primus defixus erat contra angulum dexteriorem monumenti Rusticelli et aberat ab trunco monumenti P. V.[2] et ab structura aquae clusaris P. VS.[3] — Romae. Fabret. p. 239. Morc. Op. II. 140.

1420. Partes introrsus ad viam Campana.[4] versus ad proxim. cippum proprius[5] in loco proprio hortoru. Cocceianorum oneri ferundo vigiliario quod est hortorum Titianorum Noniae C. F.[6] R. R. L. P. LVI.[7] — Atti dell' accadem. rom. di archeolog. Tom. IX. pag. 471. Preller Regionen Roms. p. 96. not.

1421. Inter duos parietes ambitus privat. Flavi Sabini. — Romae. Grut. p. 200. Nardin. Rom. IV, 7. Morc. Stil. CCMXXI. Preller Regionen. p. 199. not.

---

1) Curatoribus operum publicorum. — 2) pedes quinque. — 3) pedes quinque semis. — 4) Campanam. — 5) Preller supplet: *locus*. — 6) Caii filiae. — 7) recta regione longum pedes LVI.

1422. Hi termini XIX positi sunt ab Scriboniano et Pisone Frugi ex depalatione T. Flavi Vespasiani arbitri. — Romae. Fabr. p. 245. Morc. Stil. CCLXVIIII.

1423. Ab angulo qui ripam contingit usque ad viam Flaminiam Calpurniae M. F. Messalae privata. — Romae. Fabr. p. 671. Morc. Stil. CCLXVIII. Marini Iscriz. dol. n. 1159. apud Prellerum Region. p. 199. not.

1424. C. Sesti. C. F. murus totus proprius est et locus ubei is murus stat. — Romae. Don. Cl. II. 108. Morc. Stil. CCLXVII.

§. 5. *Ponderum et mensurarum inscriptiones.*

Pondera.

1425. X. Aug. T. M. V.[1]) — In pondere. Fabret. p. 524. Böckh Metrol. Unters. p. 182. 189.

1426. V. Ad Augus. temp. C. D.[2]) — In pondere aereo, quatuor punctis notato. Grut. p. 222, 2. Morc. Op. ep. III. p. 59.

1427. Ad August. temp. C. P.[3]) — In triente aereo. Grut. p. 221. Morc. Op. ep. III. p. 59. Böckh Metrol. Unters. p. 177.

1428. II.[4]) Templ. Opis Aug. — Romae in pondere aereo. Fabret. p. 524. Morc. Stil. CCCXXVI. Böckh Metrolog. Untersuch. p. 189.

1429. Tib. Claudio Caes. Aug. IV. L. Vitellio III. Cos.[5]) P. II.[6]) — Spon. Misc. 9. p. 303. Morc. Stil. CCCXXVIII.

1430. Ti. Clau. Caes. Aug. Vitel. III. Cos. exacta ad artic. cura Aed.[7]) — Herculanei. In trutina. (Rosini) Dissertat. isagog. p. 55.

1431. C. Ti. Claud. Caesar. Aug. Cos. III. pondera exacta cura Aed. — Pompeiis. Millin. Mag. Encyclop. 1818. 1. p. 111. Orel. 4343.

1432. Imp. Vesp. Aug. IIX T. Imp. Aug. F. VI. C. exacta im capito.[8]) — Pompeiis in trutina. (Rosini) Dissert. isag. p. 55. Gell. Pompeian. I. p. 43.

1433. Ad Traian. Aug. temp. C. — In pondere. Spon. Misc. erud. ant. p. 303. Böckh Metrol. Unters. p. 189.

1434. Exa. ad Casto. — In pondere. Fabret. p. 527. Böckh Metrol. Unters. p. 189.

---

1) decem pondo. Augusti (sc. auctoritate in) templo Martis Ultoris, Fabret. explicat; sed Boeckhius: Augusti tempore Magister vici. — 2) Ad Augusti templum Caesaris decreto. — 3) Ad Augusti templum Caesaris permissu. — 4) duo pondo. — 5) U. C. 800. — 6) pondo duo. — 7) Ti. Claudio Caesare Aug. Vitellio tertium Consulibus exacta ad articulos cura Aedilium. — 8) Imperatore Vespasiano Augusto octavum, Tito Imperatoris Augusti filio sextum consulibus exacta im (sic) capitolio. Apud Gellium: *in* pro *im*.

1435. Ex auctoritate Caes. M. Aurel. et L. Ver.... — Spon. Misc. p. 303. Morc. Op. ep. III. p. 59.

1436. Salvo D. N. Iulio Nepote P. F. Aug. Audax. V. C. Praefectus urbi fecit. — In pondere. Spon. Misc. p. 303. Reines. p. 330. Morc. Op. ep. II. 180.

1437. Exact. in Capet. Q. Fabio Maximo IIII. M. Claudio Marcello. P. XX. — Spon. Misc. p. 303. Morc. Op. ep. III. p. 59.

1438. V.[1]) Serviano et Varo Cos.[2]) — In pondere lapideo. Bulletin. arch. 1844. p.131.

1439. Q. Iunius L. F. Silanus Q. urb.[3]) L. Lucretius L. F. Tricipitinus Q. urb. S. C.[4]) — Reines Cl. II, 56. Morc. Stil. CCCXXIII. (In lapideo pondere.)

1440. Ex A.[5]) Q. Iuni Rustici. — In pondere lapideo. Grut. p. 221. Fabret. p. 526. Böckh Metrol. Unters. p. 175.

1441. Ex A. Q. I. R. P. V.[6]) — In pondere lapideo. Grut. p. 222. Fabret. p. 526. Böckh Metrol. Unters. p. 175.

1442. Ex auct. Q. Iun. Rustici Pr. urb.[7]) — In pondere lapideo. Grut. p. 221. Böckh. Metr. Unters. p. 175.

1443. Ex auctoritate Q. Iunii Rustici Pref. urbis. — In pondere marmoreo Monguntiaci reperto. Dorow Denkmäler p. 109. Orel. 4345.

1444. Q. Iunius Rusticus Praef. urb.[8]) — In pondere lapideo. In museo Berolinensi. Böckh Metrolog. Untersuch. p. 172.

1445. Eme. — (Ab altera parte:) Habebis. — In pondere plumbeo Herculanensi. Winckelm. Sendschreiben von d. herculan. Entdeck. Opp. Vol. II. p. 176. Ed. Eisel.

1446. Seius.[9]) — C. Gallus IIII vir. — In basi et corpore imagunculae aereae suis. Bulletin. dell' inst. arch. 1844. p. 35. 38. coll. p. 156.

1447. Ex A. Cas. — (In latere:) III. — In pondere quadrantis. Basileae. Roth. Röm. Inschr. d. K. Basel p. 19.

1448. Sol. IIII.[10]) — In lamina quadrata. von Hefner Kleine inschriftl. Denkmäler d. vereinigt. Sammlung. Oberbayer. Archiv. VII. 283.

1449. Ex auctor. — In pondere lapideo musei Berolin. Böckh Metrolog. Unters. p. 173.

---

1) quinque pondo. — 2) P. Chr. 134. — 3) Quaestor urbanus. — 4) senatus consulto. — 5) Ex auctoritate. — 6) Ex auctoritate Iunii Rustici Praefecti urbis. — 7) Ex auctoritate Q. Iunii Rustici Praefecti urbis. — 8) Post Chr. 345. — 9) vel: S. C. Ius. (senatus consulti iussu.) Guarinius pro pondere habet a Quatuorviris exacto quorum nomina ita legit: C. Eius (i. q. Heius) C. Gallus quatuorviri. — 10) solidi tres.

1450. Deae Seg. P. X.[1] — In pondere aereo collectionis Terssenianae. Boeckh. Metrol. Unters. p. 173.

1451. Exact. in C. St.[2] — In uncia ex argento. Grut. p. 222. Morc. Stil. CCCXXVII.

1452. D. D. P. P. Herc.[3] — In aereo sextario. (Rosini) Dissertat. isagog. p. 55.

1453. Anxanum. Emp. Frent.[4] L. Ario et M. Gavio Coss.[5] — (Ab altera parte:) Nund. conciliab.[6] Fisio Eusan. Feltro Rotae filio et Audo.[7] L. D. D. D.[8] — Anxani in pondere publico aereo. Romanelli Topografia T. III. p. 62. Orel. 4345.

1454. Ex iniquitatibus mensurarum et ponder. C. Septimius Candidus et P. Munatius Celer Aed. stateram aerea. et pondera decret. decur. ponenda curaverunt. — Cattolica prope Ariminum; in tabula aerea 1840 detecta. Noel des Vergers sur quelques inscriptions de l'Ombrie, in: Revue de philologie I. p. 516.

1455. C. Caesius C. F. Ouf.[9] Silvester P. P.[10] ponderarium S. P. P. S. F.[11] et charistionem aereum pos.[12] stateram et pondera quae antea resp. emit pro quibus Silvester pec. solvi iussit, mensur. liquarias antea positas a Caesio Prisco in eodem contulit. — Albacinae Fabriani. Don. p. 86. Orel. 4344.

Mensurae.

1456. Imp. Caesare Vespas VI. T.[13] Caesare Aug. F. IIII. Cos.[14] Mensurae exactae in capitolio. P. X.[15] — Inscriptio congii Farnesiani. Grut. p. 223. Fabr. p. 526. Orel. 4342. Morc. Stil. CCCXX. Boeckh Metrolog. Unters. p. 163.

1457. Mensurae ad exemplum earum quae in capitolio sunt auctore sanctissimo Aug. N.[16] nobilissimo Caes. per regiones missae Cur.[17] ... D. Simonio Iuliano Praef. V.... C. V.[18] — In modio Florentiae asservato. Fabret. p. 528. Gori Etr. Insc. III. p. 2. Orel. 4347.

1458. A. Clodius A. F. Flaccus, M. Arcaeus N. F. Arellianus Caledus D. V. I. D.[19] mensuras exaequandas ex Dec. decr.[20] — Pompeiis. Romanelli Viaggio T. I. p. 156. Orel. 4348.

---

1) .... Segusianorum pondo decem. — 2) exactae in capitolio staterae. — 3) Decurionum decreto Praefecti ponderali (vel ponderibus) Herculanensium. — 4) Emporium Frentanorum. — 5) Post Chr. 165. — 6) nundinae, conciliabulum. — 7) Homines hos pro Quatuorviris annonariis habet Romanellius; mihi potius servi publici videntur, ponderarii curam gerentes. — 8) locus datus Decurionum decreto, id est, pondus probatium Decurionum decreto. Orel. — 9) Oufentina tribu. — 10) Praefectus sive Patronus plebis. — 11) solo privato pecunia sua fecit; vel: sua pecunia poni solvi fecit. — 12) posuit. — 13) Tito. — 14) Consulibus. p. Chr. 75. — 15) pondo decem. — 16) nostro. — 17) Curatore. — 18) Praefecto urbis viro clarissimo. — 19) duumviri iuri dicundo. — 20) decurionum decreto.

1459. C. Umbrius Eudrastus Fortunatus, IIII vir, mensuras lege civitatis proprio sumtu. — Compsae in Hirpinis. Grut. p. 223. Morc. Stil. CCXXI.

1460. L. Gellius L. F. Poblicola C. Caedicius C. F. Duovir. ex S. C. pondera et metra exaequarunt, eidem de sua pecunia ponenda curarunt. — In agro Minturnano; in lapide excavato. Bullet. archeol. 1841. p. 170.

§. 6. Tituli honorarii in statuis aliisque monumentis honorariis, exceptis iis qui supra §. 1 inter opera publica urbis Romae enumerantur, et quidem:

A. Principum divorum et vivorum cum domo Augusta.

1461. C. Iulio Caesari Pont. max. Patri patriae. — Brundisii. Mur. 219. Orel. 581.

1462. Divo Iulio Augustales.
Divo Augusto Augustales.
— Herculani. Maffei Tre lettere p. 27. Orel. 610.

1463. Senatus Populusque romanus Imp. Caesari divi Iulii F. Cos. quinct. Cos. design. sex. [1]) Imp. sept. republica conservata. — Romae. In marmore Pario longo ped. IX. spisso ped. II. Gruter. p. 226, 5. Morc. Stil. LXXII. Orel. 596.

1464. S. P. Q. R. Augusto deo clupeum virtutis *dedit.* — Potentiae in fragmento tabulae marmoreae. Borghesi apud Gerhard. Archaeol. Zeitg. 1841. p. 241.

1465. Imp. Caesari Augusto divi F. Pontifici maxumo, Tribunic. potestate XV. Imp. XIII. M. Iulius regis Donni F. Cotius Praefectus ceivitatium, quae subscriptae sunt, Seguviorum, Segusinorum, Belacorum, Caturigum, Medullorum, Tebaviorum, Adanatium, Savincatium, Egdiniorum, Veaminiorum, Venisamorum, Hemeriorum, Vesubianorum, Quadiatium et ceivitates quae sub eo Praefecto fuerunt. Fornicis Segusini inscriptio. Maffei Mus. Ver. p. 324. Morc. Stil. LXXIII. Orel. 626.

1466. Imperatori Caesari divi F. Aug. Pontifici maximo, Imp. XIIII. Tribunitiae potestatis XVII. S. P. Q. R. quod eius ductu auspiciisque gentes Alpinae omnes, quae a mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium pop. rom. sunt redactae. Gentes Alpinae devictae: Triumpilini, Camuni, Venostes, Vennonetes Isarci, Breuni, Genaunes, Focunates; Vindelicorum gentes quatuor; Consuanetes, Rucinates, Licates, Catenates, Ambisuntes, Rugusci, Suanetes, Calucones, Brixentes, Leponfii, Viberi, Nantuates, Seduni, Veragri, Salassi,

1) u. c. 725.

Acitavones, Medulli, Uceni, Caturiges, Brigiani, Sogontii, Brodiontii, Nemaioni, Edenates, Esubiani, Veamini, Gallitae, Triulatti, Ectini, Vergunni, Eguituri, Nementuri, Oratelli, Nerusi, Velauni, Suetri. — In tropaeo Alpium; apud Plinium Hist. nat. III, 24. Exhibent Velser. Monum. pereg. p. 424. Gruter. p. 226. Bimard. in Murator. Thes. I. p. 77. Morcell. Stil. n. LXXXVIII. Egger Examen des hist. d'Auguste p. 225. Notizie sul monumento dei Trofei d'Augusto di Torbia del conte G. A. Spitalieri. Torino. 1842. et in Memorie dell' accadem. di Turino. Tom. V. p. 161.

1467. Augusto sacrum. Restituerunt Laurinienses [1]) pecunia sua. — (In latere dextro:) Cultores D. D. -- In ara; prope Neapolin. Grut. p. 1084. Murat. p. 1085. Avellino Bullet. Napol. 1845. XLVIII. p. 102. ubi Minervinius accuratius de hoc titulo exponit.

1468. Liviae Drusi F. Augustae matri Ti. Caesaris et Drusi Germanici Superaequani publice. — Superaequi. Murat. p. 1083. Morc. Stil. CXII. Romanelli Topograf. T. III. p. 134.

1469. Iuliae Aug. Divi F. matri Ti. Caesaris Aug. Principis et Conservatoris et Drusi Germanici M. Cornelius Proculus Pontifex Caesarum. — In Hispaniis. Grut. p. 234. Orel. 616.

1470. C. Caesari Augusti F. Pontifici, Cos. designato, Principi iuventutis. — Romae. Grut. 234. Orel. 634.

1471. L. Caesari Augusti F. Auguri Cos. designato, Principi iuventutis. — In templo Pedevenae agri Feltrensis. Murat. p. 221. Orel. 638.

1472. M. Agrippae M. F. Augusti nepoti annos nato VII A. Octavius A. F. Ligus, M. Genicilius M. F. Sabin. II. vir. [2]) — Romae. Fabr. p. 625. Morc. Op. II. p. 56.

1473. Ti. Caisari divi Aug. F. Divi Iuli N. Augusto Pont. max. Cos. V. Imp. VIII. Tribun. potest. XVIII. Pontifices Albani Q. Iulius Q. F. Fab. [3]) Rufus, C. Iulius C. F. Sca. [4]) Bassus, Ti. Iulius Tib. F. Fab. [3]) Merula, M. Iulius C. F. Fab. [3]) Senicio. — Albae in Latio. Grut. p. 235. Morc. Op. II. p. 60.

1474. Ti. Caesari divi Augusti F. divi Iulii N. Augusto Pontif. maximo Cos. IIII. [5]) Imp. VIII Trib. potest. XXXII. Augustales. Res publica [6]) restituit. — Puteolis. In basi colossi Puteolani ad romani imitationem Tiberio erecti ob restitutas XIV Asiae civitates terrae motu labefactatas, quarum nomina sub totidem figuris anaglypho opere exsculptis leguntur. Laurent. Gronovii Dissertatio in Graevii Thes. Tom. VII p. 446. Belley in Mem. de l'Acad. des Inscript. Tom. 24, 128. Orel. 687. A. W. Zumpt. De Augustalib. p. 21.

1475. Pleps urbana quinque et triginta tribuum Druso Cae-

1) Murat. male: *Taurinienses.* — 2) duumviri. — 3) Fabia tribu. — 4) Scaptia tribu. — 5) Post Chr. 30. — 6) i. e. Puteolano.

sari Ti. Aug. F. divi Augusti N. divi Iulii pronepoti, Pontifici, Auguri, Sodal. Augustal. Cos. iterum, Tribunic. potest. iter. aere conlato. — Romae. Fabr. p. 395. Morc. Op. II. 52. Orel. 3064. Marini Iscriz. Alb. p. 41.

1476. Druso *Caesari*. Ti. Aug. F. *divi Aug. N.* divi Iuli Pron. *Pontif.* Sodal. August.[1]) *Cos. II.* Tr. pot. II. XV vir *sacris fac.* civit. *Camunn.*[2]) — In Valle Camonica agri Brixiani. Murat. 224, 8. Orel. 652. Labus Epigrapfe antica emendata in Giornal. e Bibl. ital. Tom. XV, p. 112. qui quidem hunc titulum, quem tabula fracta dimidiatum esse anteriores fugerat, primus supplevit et docte explicuit.

1477. Germanico Caesari Ti. Caesaris F. divi Augusti N. C. Iulius Chimarus; idem statuas et aediculam fecit[3]), sedes marmoreas posuit. — Romae. Mur. p. 444. Donat. p. 210. Iahn, in: Archaeolog. Zeitg. 1845. p. 32. Göttling Thusnelda. Iena. 1843. p. 10.

1478. Pleps urbana quinque et tringinta tribuum Germanico Caesari Ti. Augusti F. divi Augusti N. Auguri, Flamini Augustali, Cos. iterum, Imp. iterum, aere collato. — Rom. Fabret. p. 395. Orel. 3064. Marini Iscriz. Alb. p. 41.

1479. Germanico Caesari Tib. Aug. F. divi Augusti nep. divi Iulii pronep. Auguri, Flam. August. Cos. II. Imp. II.

Tib. August. F. Caes. Auguri, Pont. max. Cos. IIII. Imp. VIII. Trib. pot. XXII.

Druso Caesari Tib. Aug. F. divi Aug. nep. divi Iulii pronep. Pontifici, Auguri.

C. Iulius C. Iulii Otvanenni F. Rufus C. Iulii Gedemonis nepos, Eposterovidi pron. Sacerdos Romae et Augusti ad aram quae est ad Confluentem, Praefectus fabrum D.[4]) — Mediolani Santonum (Saintes) in arcu triumphali. Sauvagère Recueil p. 63. Orel. 660.

1480. C. Caesar. Aug. Germanic. Imp. P. M. Tr. P. Cos.[5]) Cn. Atei. Flac. Cn. Pomp. Flac. II vir. Q. V. I. N. C.[6]) Sal. Aug.[7]) — Cordubae. Orel. 702.

1481. Ti. Claudio Drusi F. Caesari Aug. Germanico, Pontif. max. Tr. pot. VIII. Imp. XVI. Cos. II. Patri patriae, Cens. ex. testamen. Messi L. F. M. N.[8]) Senecae militis coh. XIII urbanae et dedicationi eius legavit municipib. singulis HS. IIII. N. — Herculani. Maff. M. Ver. p. 350. Morc. Op. II. 58.

1482. Ti Claudio Drusi F. Caesari Aug. Germanico, Pont. Max. Trib. pot. VIIII. Imp. XVI. Cos. IIII. Cos. design. V.[9]) P. P. Vicus Venerius. — Mediolani. Fabret. p. 194. Morc. Stil. LXXVI.

---

1) sodali Augustali. — 2) civitas Cammunorum (Valcamonica). — 3) Sic habet Murat. *effecit* Donat. unde Sillig Catal. artific. p. 149. male inter sculptores enumeravit Iulium Chimarum. Iahn. l. l. coniicit: refecit. — 4) dedicavit. — 5) Imperatori Pontifici maximo Tribunicia potestate Consuli. — 6) Quinquenales Victricis Iuliae Novae Carthaginis. — 7) Salus Augusto. — 8) Lucii filii, Marci nepotis. — 9) U. C. 803.

1483. Antoniae Augustae, matri Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici Pontif. max. L. Mammius Maximus P. S.[1]) — Herculanei. Maff. Mus. Ver. p. 350. Morc. Stil. CXIII.

1484. Agrippinae Germanici Caesaris.

Divae Drusillae Germanici Caesaris. — Velleiae. Lama p. 58. Orel. 673.

1485. Neroni Claudio Druso Ger. Cos. desig.[2]) Equester Ordo Principi iuvent. — Romae. Grut. p. 236. Morc. Stil. LXXIIII. Orel. 726.

1486. Neroni Cl. Cais. Aug. Pont. max. ob provinciam latronib. et his qui novam generi hum. superstition. inculcab. purgatam. — Marquesiae in Lusitania. Grut. 2389. Orell. 730. Doctissima de hac inscriptione est dissertatio Ern. Immanuel. Walchii fidem eius defendentis (De marmore Hispaniae antiquo. Ienae. 1750. 4. et in Donat. Supplem. Tom. I. p. 99 seqq.). Spuriam esse demonstrabat Hagenbuch. in Walchii Persecutionis Christ. Neron. in Hispania uberior explanatio. Ienae. 1753. 4

1487. Paci aeternae domus Imp. Vespasiani Caesaris Aug. liberorumq. eius sacrum. Trib. Suc. iunior.[3]) — (In latere dextro eiusdem basis quadratae:) Dedic. XV. K. Dec. L. Annio Basso, C. Caecina Pacto Cos.[4]) — (In latere sinistro quinque ordinibus totidem centuriarum ad tribum Suburanam pertinentium nomina enumerantur, singularum fere centena, sed quorum bona pars obliterata est. A capite singulorum ordinum haec nomina habentur:)

7[5]) C. Corneli Successi.
Θ P. Annius Urbanus
C. Allienus Epigonius cet.

7 Ti. Iuli Primigeni.
C. Albanius Speratus
L. Antistius Faustus cet.

7 Sex. ...ti Iuvenis.
P. Annius Ampliatus
C. ... bulius Restitutus al.

7 L. Rubri Secundi
Sex. Avonius Saturninus
L. Attius Primigenius cet.

7 M. Caeli Lesbi
M'. Otacilius Idmonimun
P. Artidius Theaden cet.

(In basis eiusdem dorso sive facie posteriori tribus ordinibus trium centuriarum nomina enumerantur singularum fere centena; sed pars eorum in ordine secundo et tertio obliterata est. A capite singularum centuriarum haec nomina habentur:)

7 Ti. Claudi Niciae.
C. Acilius Abascantus
D. Annius Crescens cet.

7 D. Roeti Secundi.
L. Albius Auctus
M. Antonius Fortunatus cet.

1) permissu senatus; vel: pecunia sua. — 2) designato an. U. C. 804. — 3) tribus Sucusana sive Suburana iuniorum. — 4) p. Ch. 70. — 5) centuria

Θ 7 Cn. Pompei Petalis
Sex. Aemilius Ampliatus.
M. Aemilius Fortunatus cet.
— In basi marmorea praegrandi, ut pote VIII—IX pedes alta Romae ad arcum Septimii effossa. Smet. fol. L. LI. Grut. p. 239—241. Orel. 740. Mommsen Die römischen Tribus. Altona. 1844. p. 77 seq.

1488. Paci August. Sacrum L. Caesilius Tarisius Tarquinites, C. Portumius Phoebus II., L. Silius Carpus, L. Statius Patroclus II., D. Novius Priscus, P. Suillius Celer, Ti. Claudius Hermetis L. Helius, P. Agrasius P. F. Marcellus, Curatores trib. Suc. iunior. S. P. D. D. [1]) permissu M. Aricini Clementis. — (In latere basis dextro:) Ponendum cur. L. Faenius Euanthes iunior. [2]) — In basi marmorea Romae ad arcum Septimii eodem tempore cum proxime praecedente basi reperta. Smet. fol. 4 vers. Grut. p. 104. Mommsen Die röm. Tribus. p. 82.

1489. Iuliae Augus. T. fil. [3]) — Triventi. Mur. 229. Orel. 762.

1490. Imp. Caesari divi Vespasiani F. Domitiano Aug. Ger. Pont. max. Trib. pot. XIII. Imp. XXII. Cons. XVI. [4]) Censori perpetuo P. P. Reg. [5]) vici Vestoriani et Calpurniani. — Neapoli. Grut. p. 245. Romanelli Topograf. Tom. III. p. 529. Orel. 768.

1491. Domitiae Cn. F. Domitiani Caesaris D. D. — Herculani. Maffei. Mus. Ver. 350. Orel. 774.

1492. Imp. Nervae Caesari Aug. III. Cos. [6]) Ti. Claudius Felix. et P. Lollius Paris Allectores Cultores Silvani idem immun. — Romae. Grut. 245. Orel. 779.

1493. S. P. Q. R. Imp. Caesari divi Nervae F. Nervae Traiano Augusto Germanico Dacico Pontif. max. Tribunicia potest. XVI. Imp. VI. P. P. optime de re publica merito domi forisque. — Romae, titulus basis in basilica Traiana repertae. Platner et Bunsen Beschr. R. III. 1. p. 288.

1494. Imp. Caesari divi Nervae F. Nervae Traiano optimo, Aug. Germanic. Dacico, Pont. max. Tr. pot. XVIIII. Imp. IX. Cos. VI. P. P. providentissimo, Principi senatus P. Q. R. quod accessum Italiae hoc etiam addito ex pecunia sua portu tutiorem navigantibus reddiderit. — In Traiani arcu ad portum Anconitanum. In latere tituli ab altera parte adscriptum legitur: Plotinae Aug. coniugi Aug. ab altera: Divae Marcianae Aug. sorori Aug. — Gruter. p. 247. Morc. Stil. LXXXXII. Orel. 792.

1495. Imp. Caesari divi Nervae filio Nervae Traiano Optimo

---

1) tribus Sucusanae iuniorum sua pecunia dant dedicant. — 2) iuniorum, supplendum videtur Mommsenio. — 3) Titi filiae. — 4) Post Chr. 93. — 5) Regio, quae quidem regio vici Vestoriani et Calp. urbis est Neapolitanae. — 6) Post Chr. 97.

Aug. Germanico Dacico, Pont Max. Trib. potest. XVIII. Imp. VII. Cos. VI. P. P. fortissimo Principi S. P. Q. R. — In arcu triumphali Beneventano. Vit. Antiq. Benevent. Tom. I. p. 253. Morc. Stil. LXXVIII. Orel. 788.

1496. S. P. Q. R. Imp. Caes. divi Traiani Parthici F. D. Nervae nep. Traiano Hadriano Aug. Pont. max. Trib. pot. II. Cos. II.[1]) qui primus[2]) omnium Principum et solus remittendo sestertium novies millies centena millia N. debitum fiscis[3]) non praesentes tantum cives suos sed et posteros eorum[4]) praestitit hac liberalitate securos. — Romae. Mazoch. 2, 1. Orell. 805. Ex Anonymo Einsidelens. Fea Framm. di fast. p. CXI. quem sequimur. Cf. Platner u. Bunsen Beschr. R. III. 2. p. 179.

1497. Imp. Caesari divi Traiani Parthici fil. divi Nervae nepoti Traiano Hadriano Aug. Pontif. maximo, Tribunic. potestat. XX. Imp. II. Cos. III. P. P. Magistri vicorum urbis regionum XIIII. — Romae in basi marmorea praegrandi. Sinistrum basis latus tres regiones, dextrum vero duas cum suis curatoribus, denunciatoribus et vicis horumque magistris continet. A tergo reliquas regiones eodem modo descriptas exspectes; nulla tamen literarum vestigia ibi supersunt, quod haec pars tituli sive casu quodam interveniente sive consulto omissa est, quia hae reliquae regiones pauciores vicos vel nullos insigniores haberent. Infra hunc vicorum indicem apposuimus, nominibus tamen magistrorum, qui unius cuiusque vici sunt quaterni, omissis; et quidem ex sinistro latere:

C. Ceionio Commodo, Sex. Vetuleno Civica Pompeiano Cos.

Reg. I.

Cur. L. Curtius L. L. Iocundus.

Denunciator: P. Helvius P. L. Hermes.

1614. Sex. Iul. Lucano II vir. civitat. Segusiavor. apparitores lib.[12]) sacerdotali. Tittius Cocillus Arada, Cettinus Casurius Atticus. — In lamina aerea reperta 1846 prope Lugdunum. Explicuit Longperrier, Memoires de la société des antiquaires de France. Tom. VIII nouv. serie. p. 262. Cf. Revue de Philologie II. p. 194.

---

1) clarissimo viro proconsuli. In lapide nonnisi *Cos.* apparet, hac parte fracta; supplevit Alfred Muret, editor l. l. — 2) Alexandrinae. Huius verbi initiales tantum literae apparent, ita ut consulto erasum esse videatur. — 3) publici coloniae Treverorum. — 4) curatori Augustalium perpetuo Augustales corporati. — 5) p. Chr. 165. — 6) Palatina tribu. — 7) Epuiti romano. — 8) consulis. — 9) coloniae. — 10) aerarii aedilicii. — 11) Morcellus, qui primus inscriptionenem edidit, habet: *Arulen.* et intelligit scolam stoicam Rustici Aruleni, de quo couferri iubet Plin. Ep. I. 5. Marinius putat inteliigendum esse numen aliquod vel collegium Ostiense nobis ignotum. — 12) librorum sacerdotalium.

1615. P. Lucilio P. F. P. N. P. pronep. Gamalae, aed. sacr. Volk. Aedili D. D.[1]) allecto gratis Decurioni, Pontifici, II vir. censoriae pot. Quinquennal.[2]) in comitis facto, Curat. pecuniae publicae exigendae et adtribuendae. *Hic* in ludos cum accepisset publice lucar, remisit et de suo erogationem fecit. *Id*em sua pecunia viam silice stravit, quae est iuncta foro ab arcu ad arcum. *Id*em epulum cum trichlinis CCXVII. colonis dedit; item prandium sua pecunia colonis Ostiesibus bis dedit. Idem aedem Volcani sua pecunia restituit. Idem aedem Veneris sua pecunia constituit. Idem aedem Fortunae sua pecunia constituit. Idem aed. Cereris sua pecunia constituit. Idem pondera ad macellum cum M. Turranio sua pecunia fecit. Idem aedem Spei sua pecunia *con*stituit. Idem tribunal in foro marmoreum fecit. Huic statua inaurata D. D. P. P.[3]) posita est, item ahenea D. D. P. P. posita *est* proxume tribunal quaes.[4]) propterea quod cum res publica praidia sua vend*eret* ob pollicitationem belli navalis HS. XV. CC. rei publicai donavit. Hunc funere publico .... soc. effer. censuerunt. — In portu Ostiensi. Don. II, 4. p. 60. Orel. 3882. qui neglexit factas a Marinio Iscriz. Alban. p. 58. n. 5. emendationes. Correctius dedit et explicuit Mommsen Analect. epigraph. Berichte der Verh. d. sächs. Ges. d. W. Philol. hist. Cl. I. p. 295.

Mavortii.

1616. Q. Flavio Maesio Egnatio Lolliano V. C. Q. K.[5]) Praetori urbano, Auguri publico populi romani Quiritium, Cons.[6]) albei Tiberis et cloacarum, Cons. operum publicum Cons. aquarum, Cons. Campaniae, Comiti Flaviali, Comiti orientis, Comiti primi ordinis et Proconsuli provinciae Africae regio portae triumphalis, Patrono dignissimo. — Puteolis, nuper admodum repert. Avellino Bullet. neapolitan. 1846. N. LXII. p. 74. Henzen Jena. Lit. Zeitg. 1847. N. 61 p. 243.

1617. Domini nostri invictissimi et venerabiles ac perpetui Augusti Theodosius et Arcadius toto orbe victores Materno Cynegio omnium virtutum viro et ad insignem laudem gloriamque progenito per omnes honorum gradus meritorum contemplatione provecto, Praefecto praetorio per orientem statuam civili habitu ad petitum primorum nobilium Alexandrinae urbis in eadem splendida urbe ad perpetuitatis famam loco celeberrimo constitui collocarique iusserunt per clarissimos Alexandrinae civitatis. — Alexandriae in Aegypto. Donat. Tom. II. p. 223. Orel. 1139.

1618. Fl. Merobaudi V. S. Com. SC.[7]) Fl. Merobaudi aeque forti et docto viro tam facere laudanda quam aliorum facta laudare praecipuo, castrensi experientia claro, facundia vel otiosiorum studia supergresso, cui a crepundiis par virtutis et eloquentiae cura, in-

---

1) decreto decurionum. — 2) duumviro censoriae potestatis quinquennali — 3) decreto decurionum pecunia publica. — 4) quaestoris. — 5) viro clarissimo, quaestori candidato. — 6) consulari. — 7) Viro spectabili Comiti. Senatus consulto.

genium ita fortitudini ut doctrinae natum stilo et gladio pariter exercuit, nec in umbra vel latebris mentis vigorem scholari tantum otio torpere passus inter arma litteris militabat et in Alpibus acuebat eloquium. Ideo illi cessit in praemium non verbena vilis nec otiosa hedera, honor capitis heliconius, sed imago aere formata, quo rari exempli viros seu in castris probatos seu optimos vatum antiquitas honorabat. Quod huic quoque cum augustissimis Roma Principibus Theodosio et Placido Valentiniano rerum dominis in foro Ulpio detulerunt remunerantes in viro antiquae nobilitatis novae gloriae vel industriam militarem vel carmen, cuius praeconio gloria triumfali crevit imperio. Dedicata IIII Kal. Aug. Conss. DD. NN. Theodosio XV. et Valentiniano IIII. [1]) — Romae. Fea Iscrizioni di monum. publ. p. 10. et Framm. di fast. p. LXVI. n. 54. Fl. Merobaudis reliquiae. Ed. Niebuhr. Praef. p. VII. Orell. 1183.

1619. Sex. Minio *Sex. F.* Ter. [2]) Silvano Aed. II vir. Quin. Patr. colon. Allif. [3]) Quaest. sac. P. alim. Quaest. Defens. rp. [4]) Praef. iterum, Curat. civitat. Atinatium, item Curat. Ligurum col. Cornelianorum contubernium Veneris Patrono ob merita eius L. D. D. D. — Guarini Tituli nonnulli Allifani, Calatini etc. Veletri 1839. Annal. dell' inst. arch. 1845. p. 59.

1620. L. Munatio Concessiano V. P. [5]) Patrono coloniae pro meritis eius erga cives munifica largitate olim honorem devitum [6]) praestantissimo viro praesens tempus exegit, quo etiam Munati Concessiani filii sui Demarchia comulatiore sumptu liberalitatis abundantia universis exibuit civibus ob ove [7]) testimonia amoris sincerissimi reg. [8]) primaria splendidissima Herculanensium Patrono mirabili statuam ponendam decrevit. — Neapoli. Fabricii Roma. Antiq. I. p. 50. Grut. p. 143. Uberius de hoc titulo tractat Rosini Dissert. isagog. I. p. 53. 98.

1621. L. Neratio L. F. Vol. [9]) Prisco. Praef. aer. Sat. [10]) Cos. Leg. Pr. Pr. in prov. Panonia Scribae quaestor. [11]) et munere functi Patrono. — Saepini in Samnio. Mommsen Da appararitoribus in Rhein. Mus. d. Philol. I. 1847. pag. 9.

1622. M. Nonio M. F. Balbo Pr. Procos. [12]) Herculanenses. — Herculanei. Dissert. isagog. ad Hercul. volum. p. 57.

1623. L. Oranio L. fil. Quir. Iusto P. P. Praef. castror. leg. III. Cyr. Laurenti Lavinati Sacer. Flamini Augustali plebs Reatina, quod is primus omnium HS. C. M. N. ad annonae comparationem municipibus suis dedit, statuamque honore contentus sua pecunia

---

1) Post Chr. 435. — 2) Terentia tribu. — 3) Quinqueviro, patrono coloniae Alifanae. — 4) Quaestori sacrae pecuniae, alimentorum quaestori, defensori rei publicae. — 5) viro perfectissimo. — 6) leg. devitatum. — 7) fortasse: ob vetera. — 8) regione. — 9) Voltinia tribu. — 10) Praefecto aerarii Saturni. — 11) quaestorii. — 12) praetori proconsuli.

posuit. L. D. D. D. — Rieti, a Mommsenio transcriptum. Henzen Jena. Lit. Zeitg. 1847. p. 251.

1624. P. Otacilio L. F. Pal. [1] Rufo pat. [2] IIII vir I. D. II QQ. [3] Flam. perpetuo divi Hadriani, ab eodem equo publ. honorato, Curatori Kalendari R. P. [4] Aeclanensium electo a divo Pio, Patrono municipi, ob eximiam munificentiam eius Ordo Dec. [5] pecunia publica ponendum cens. cuius dedicatione Dec. XIII. Aug. XII. Pop. XI. [6] dedit. — Bocino in Lucan. Gruter. p. 446. Morc. Stil. LXXXXVIIII.

1625. Fl. Peregrino Saturnino a primis adulescentiae suae annis pace belloque in republica desudanti post iuges excubias militiae Tribuno militum, Comiti ordinis primi, moderanti inlustrem sacrii [7] patrimonii comitivam, secundo urbi Praefecto, cui ob testimonium morum integritatis adquae [8] iustitiae singularis inlustris urbanae praefecturae geminam [9] dignitatem sacro iudicio aeterni Principes [10] detulerunt meritorumque insignium contemplatione ad posteritatis memoriam decorandam statuam sub auro fulgentem in foro divi Traiani erigi conlocarique iusserunt. — Romae. Reines. p. 1022. Orel. 3161. Denuo exscripsit Romae in aedibus Vaticanis Kellermann. Laterc. n. 264.

1626. L. Petronio L. F. Sab. [11] Tauro Volusiano V. [12] Cos. ordinario Praef. praet. Em. V. [13] Praef. vigul. P. V. [14] Trib. coh. primai, Praet. Protect. [15] Augg. NN. item Trib. coh. IIII. prae. Trib. coh. XI. urb. Trib. coh. III. vig. [16] Leg. X. et XIIII. Gem. [17] prov. Pannoniae superiori. itim [18] Leg. [19] Daciae, Praeposito Equitum singularior. Augg. NN. PP. [20] Leg. XXX. Ulpiae Centurioni deputato, Eq. pub. Ex V. Dec. [21] Laur. Lavin. [22] ordo Arretinorum Patrono optimo. — Arretii. Grut. 1028, 2. Gor. Etr. II. p. 189. Orel. 3100. Kellermann. Lat. n. 16.

1627. Q. Petronio Meliori viro Cos. Cur. R. P. [23] Tarquiniens. et Graviscanorum, Praefec. frum. dandi, Legat. leg. XXX Ulpiae, Curator. Purgens. et Ceretanorum, Leg. leg. VIII. Aug. Praet. Trib. pleb. Kandid. Quaest. prov. Narbon. Quaest. Sodali Aug. Claudiali, Sex. vir. Turm. Pr. Trib. laticl. leg. pr. Min. [24] X viro stlit.

---

1) Palatina tribu. — 2) Patrono vel: Patricio. — 3) Quatuorviro iuri dicundo, iterum Quinquennali. — 4) rei publicae. — 5) Decurionum. — 6) Decurionibus denarios 13, Augustalibus 12, populo 11. Sed Gudius apud Grut. habet pro his numeris numeros III. II. I. qui Zumptio praeferendi videntur. — 7) Reines. sacri. — 8) Reines. adque. — 9) Fea: geminae. — 10) Arcadius et Honorius, quum Saturninus anno 401. praefectura urbis functus sit. — 11) Sabbatina tribu. — 12) fortasse V. C. viro clarissimo. — 13) Explicant: *eminentissimo viro* Hagenbuchius; *item urbi* Gorius. — 14) Praefecto urbi, vel: perfectissimo viro. — 15) Protectori, Gorius; Protectorum, Hagenbuch. — 16) cohortis quartae praetoriae, Tribunus cohortis XI. urbanae Tribunus cohortis III vigilum. — 17) geminae. — 18) sic pro: item. — 19) legato. — 20) Praeposito. — 21) Ex quinque decuriis. — 22) Laurenti Lavinati scil. sacerdoti. Orel. — 23) curatori rei publicae. — 24) turmae praefecto, tribuno laticlavio legionis primae Minerviae.

iudicand. Ordo et cives Tarquiniensium Patrono optimo, quod rem P. foverit et thermas restituerit. — Tarquiniis. Dureau de Lamalle Sur les inscript. de Tarquinies, Annal. dell' inst. archeol. Vol. IV. p. 152.

1628. Sexto Petronio Probo V. C. Proconsuli Afiicae Praefecto praetorio quater Italiae Illyrici Africae Galliarum Consuli ordinario [1]) patri Consulum [2]) Anicius Probinus V. C. Consul ordinarius et Anicius Probus V. C. Quaestor candidatus filii munus singulari religioni debitum dedicarunt. — Romae. Grut. p. 450. Marini Iscriz. Alb. p. 59. Orel. 1130.

1629. Petronii Maximi. D. D. D. N. N. N. N. [3]) invictissimi Principes Honorius Theodosius et Constantius censores remuneratoresque virtutum Petronio Maximo V. C. Praef. urb. ob petition. senatus amplissimi populique romani statuam meritorum perenne monumentum in foro Ulpio constitui iusserunt, cum a proavis atabisq. nobilitas paribus titulorum insignibus ornatur, qui primaevus in consistorio sacro Tribunus et Notarius meruit nono decim. aetatis anno, sacrarum remunerationum per trienninm comes, post Praef. urbis aet. [5]) sex mensib. hasque omnes dignitates intra vicesimum quintum adsecutus aetatis annum publicum in se testimonium et aeternorum principum iudicium provocavit. — Romae. Grut· 449. Orel. 1140.

1630. Cn. Plaetorio VI viro Augustali, Bisellario, honorato ornamentis decurionalib. populus Abellinus [6]) aere collato, quod auxerit [7]) ex suo annonariam pecuniam HS. X. N. et vela in theatro cum omni ornatu sumptu suo dederit. L. D. D. D. — Abellae. Grut. p. 1099. A. W. Zumpt De Augustalib. p. 24.

1631. A. Platorio [8]) A. F. Serg. Nepoti Aponio Italico Maniliano C. Licinio Pollioni Cos. Auguri, Legat. Aug. Propraet. provinc. Britanniae Leg. Propr. provinc. German. inferior. Leg. Propr. provinc. Thrac. Leg. leg. I. Adiutricis, Quaest. provin. Maced. Curat. viarum Cassiae, Clodiae, Ciminiae, novae Traianae; Candidat. divi Traiani, Trib. mil. leg. XXII. Primigen. P. F. Praet. Trib. plebis, III vir capitali D. D. — Aquileiae repert. nunc Vidobonae. Labus Dissertaz. p. 35. Orel 822. Roulez Magistrats romains de la Belgique p. 24. (In: Nouveaux Memoires de l'acad. de Bruxelles. Tom. XVII.) Henzen Zwei Militärdiplome, Rhein. Jahrbücher d. Vereins für Alterth. XII. p. 67. Arneth Beschr. d. k. k. Antikencabinets. p. 30.

1632. Flavio Plaudio Severo V. C. Procos. orientis V. S. [9]) indicanti, Procons. Pr. pr. prov. Africae et V. S. iudicanti, Praef. urbi et S. V. iudicanti, iterum Comiti ord. primi intra palatium, Praef. praet. Consuli ord. Plaudius Severus V. C. filius patri religioso et

---

1) p. Chr. 371. — 2) Sex. Anicii Hermogeniani Olybrii et Sex. Anicii Probini post Chr. 395. — 3) Tres domini nostri. — 4) viro claro Praefecto urbis post Chr. 421. — 5) aeternae. — 6) Zumpt. censet legend. *Abellas.* — 7) Zumpt. coniicit: *addiderit.* — 8) sic pro: *Plaetorio.* — 9) vice sacra.

Antonia Marcianilla C. F. nurus socero sanctissimo. — Rom. Grut. p. 1094. Haubold Opusc. acad. I. p. 251.

1633. C. Plinius L. F. Ouf. [1] Caecilius Secundus Cos. Augur. Legat. Pro Pr. [2] provinciae Pont. *et Bithyniae* consulari potestate in eam provinciam et *in Thraciam ab* Imp. Caesar. Nerva Traiano Aug. German. *Dacico missus*, Curator alvei Tiberis et riparum et cloacarum urbis, Praef. aerarii Saturni, Praef. aerarii mil. Praetor, Trib. plebis, Quaestor Imp. Sevir. equitum Romanorum, Trib. milit. leg. III. Gallicae, Flamen divi T. [3] Aug. X vir stlitib. iudicand. therm.... adiectis in ornatum HS. CCC amplius intutela. [4] HS CC T. F. I. [5].... E. libertorum suorum nomin. HS XVIII. LXVI. DCLVI. rei.... increment. postea ad epulum pleb. urban. voluit pertin... amplius dedit in aliment. pueror. et puellar. pleb. urb. HS. CCC in tutelam bibliothecae HS C. — Mediolani. Grut. 454. Zachar. Excurs. lit. p. 98. Orel. 1172. Aldinii Marmor Comense in: Annal. del' instit. archeolog. 1845. p. 17.

1634. A. Plutio Epaphrodito Accenso Velato negotiatori sericario liberti patrono ob merita eius. — Gabiis, in basi statuae. Visconti Mon. Gabin. p. 136. Ed. Labus.

1635. Genio et honor. L. Pompei L. F. Pol. [6] Hereniani Eq. rom. eq. pub. [7] Q. aer. P. et alim. [8] Aedil. II viro, Curatori kalendarior. rei p. [9] collegium pastophororum Industriensium Patrono ob merita. — Maffei Mus. Ver. p. 230. F. A. Wolf Stiftung Trajans. p. 27. Memorie dell' acc. di Torin. Tom. XXXIV. p. 53.

1636. Q. Pompeio Q. F. Quir. [10] Senecioni Roscio Murenae Coelio Sex. Iulio Frontino Silio Deciano C. Iulio Eurycli Herculaneo Vibullio Pio Augustano Alpino Bellicio Sollerti Iulio Apro Ducenio Proculo Rutiliano Rufino Silio Valenti Valerio Nigro Ce. Fusco Saxaeeuritiano [11] Sosio Prisco, Pontifici, Sodali Hadrianali, Sodali Antoniniani Verioni [12], Salio Collino, Quaestori candidato, Augg. Legato, Pr. Pr. [13] Asiae, Praetori, Consuli, Proconsuli Asiae sortito, Praefecto alimentor. XX viro monetali, Seviro, Praef. feriarum latinarum, QQ. [14] Patrono municipii, Salio, Curatori fani H. V. [15] S. P. Q. T. [16] — Tibure. Spon. Misc. p. 189, 2. Orel. 2761. Henzen in Annal. dell' inst. arch. 1845. p. 47.

1637. C. Popilio C. F. Quir. Caropedoni Cos. VII viro epulon. Sodali Hadrianali, Legato Imp. Caesaris Antonini Aug. Pii, Propr.

1) Oufentina tribu. — 2) Propraetor. Murat. Alii: Proc. pr. — 3) Titi. — 4) tutelam. — 5) testamento fieri iussit. — 6) Pollia tribu. — 7) equiti romano equo publico. — 8) quaestori aerarii publici et alimentorum. — 9) rei publicae. — 10) Quirina tribu. - 11) Ita apud Henzenium legitur, qui inscriptionem emendatam se exhibere profitetur. Reliqui: *Salentiano*. — 12) Legendum vel: Antoniniano, Veriano, vel: Antoniniali, Veriali. — 13) Propraetori. — 14) Quinquennali. — 15) Herculis Victoris. — 16) senatus populusque Tiburtinus.

Germaniae super. et exercitus in ea tendentis, Curator. oper. publicor. Praef. aerar. Satur. Curatori viar. Aureliae veteris et novae Corneliae et triumphalis, Legato leg. X Fretensis a cuius cura se excusavit, Praetori, Tribuno plebis, Q. divi Hadriano Aug. in omnibus honoribus candidato Imperator. Tr. laticlavio Leg. III Cyreneicae [1], donato donis militaribus a divo Hadriano ob Iudaicam expeditionem, X viro stlitibus iudicandis, Patrono municipi, Curatori, maximi exempli Senatus P. Q. Tiburs optime de republica merito. — Grut. p. 457. Morc. Op. II. II. 52. Kellermann. Lat. du. p. 67. n. 247.

1638. P. Porcio Optat. Flam*m*ae C. P. fil. [2] Porci Optati Flammae C. V. [3] Praetoris inter Tribun. Adlecti, Quaestoris prov. Baeticae Sacerdoti Flaviali. et Titiali. iudicio domini sanctissimi et fortissimi Imp. Caes. L. Septimii Severi Pertinacis Aug. Pii exor*nati* Legati ab amplissimo *senatu* ad eundem dominum Imp. in Germaniam et Antoninum Caes. destinatum in Pannoni. missi, ob debitam pietat. memoriae eius C. Volumnius Marcellus Calianus Eq. publ. exornat. [4] posuit. — Constantine (Cirta.) Clarac Musée. livr. 13. pl. LXXV. 31.

1639. Colonia P. Publilium Ingenuum comoedum propter singularem artis prudentiam et morum probitatem. — In Asia minori prope vicum Kamaraes inter rudera urbis Parii. Exscripsit Kiepert, publici iuris fecit Franz. Annal. archaeolog. XIV. p. 152.

1640. T. Sennio Sollemni Sollem..... nini filio [5] .... amicus B. *M.* Claud. *Paul. Leg. Aug.* Pr. P. provinc. Lugd. [6] et cliens fuit; cui postea Leg. Aug. prin. .... ad legionem sext*am adse*dit, cuique salarium militiae in auro aliaque munera longe pluris missa; *f*uit cliens probatissimus Aed*ini* Iuliani Leg. Aug. provinciae lugd. qui postea Praef*ectus* praet. fuit, sicut epistula, quae ad latus scripta est, declaratur. Adsedit etiam in provincia prm. lugdnsem. [7] Valerio Floro Trib. mil. leg. III. Aug. Iudici arcae ferrar. [8]

Tres prov. Gal. [9]

primo V. [10] monum. in sua civitate posuerunt. Locum ordo civitatis Vdcss [11] lbtr. ded. P. XVIIII. [12] An. Pio et Procul. Cos. [13] — In basi marmorea reperta in vico *Vieux* prope *Caen*, quae nomine marmoris Toriniacensis (Marbre de Torigny) innotuit et nunc asservatur in urbe *Saint-Lo.* Inscriptiones binorum laterum, quae continent romanorum ma-

---

1) Cyrenaicae *Grut.* et *Morc.* — 2) Caii Porcii filio. — 3) clarissimi viri. — 4) equo publico exornatus. — 5) De tredecim versibus proxime subsequentibus non nisi paucissima verba lacera adeoque literulae supersunt, ut plane incertum sit, quidquid viri docti tentaverint. — 6) amicus bene meritus Claudii Paulini legati Augusti, propraetoris provinciae Lugdunensis. — 7) Pone vocabulum *provincia* Lambertus exhibet literas PNM. iisque provinciam primam Lugdunensem significari arbitratur; nos pro N reposuimus R. — 8) Lambert. dat *ferrar.* explicans: ferrariorum; priores editores: *frar.* — 9) tres provinciae Galliae (Narbonensis, Lugdunensis, Belgica). — 10) viro. — 11) Viducassium. — 12) libenter dedit pedum undeviginti. — 13) P. Chr. 238.

gistratuum epistolas, videlicet Claudii Paulini Propraetoris provinciae Britanniae ad Sennium Sollemnem et Aedinii Iuliani Praefecti praetorio ad Badium Comnianum, infra suo loco inseremus. Primus has tres trium laterum inscriptiones edidit Spon. Miscel. p. 282. sed admodum mendose. Secuti sunt Longuerue (Mercure de France. 1733. p. 692.), Maffei (Galliae antiquitatt. select. p. 76.) Bimard (Murator. Nov. thes. inscr. I. p. 10); docte illustravit Le Beuf (Mem. de l'Acad. des inscript. 4. Tom. XXI. p. 495.); nuper admodum accurate descripsit Eduard. Lambert (Memoire sur un piedestal antique connu sous le nom de marbre de Torigny; in: Memoires des antiquaires de Normandie. Tom. I. Caen. 1833. p. 319.).

1641. L. Sergius C. F. Aed. II vir. Salvia Postuma Sergii. (In medio arcu:)

L. Sergius L. F. Lepidus Aed. Tr. mil. leg. XXIX. Salvia Postuma Sergii de sua pecunia.

(A sinistra): Cn. Sergius C. F. Aed. II vir. Quinq.[1]) — Polae. Inscriptiones arcus. Orel. 3372.

1642. Fl. Stilichoni V. C. Fl. Stilichoni inlustrissimo viro, Magistro equitum peditumque, Comiti domesticorum, Tribuno praetoriano et ab ineunte aetate per gradus clarissimae militiae ad columen gloriae sempiternae et regiae adfinitatis evecto, progenero divi Theodosii Comiti divi Theodosii Augusti in omnibus bellis adque victoris et ab eo in adfinitatem regiam cooptato, idemque socero D. N. Honorii Augusti Africa consiliis eius et provisione liberata.[2]) Ex S. C. — Romae. Grut. p. 412. Orel. 1135.

1643. M. Tillio M. F. Ter.[3]) Rufo 7 leg. XX. Val. Vict.[4]) Ex CCC. coh. IIII Pr. P. V.[5]) Principi castror. Eq. P. exorn.[6]) et donis donato ab Imp. Severo et Antonino Augg. hasta pura corona aurea 7 coh. XII. urb. et I vig. Evoc. Augg. divor. M. Antonin. et Commodi Patrono municipi. liberti L. D. D. D. — (In sinistro latere): Dedicavit ipse X Kal. Iun. Imp. Antonino III Cos.[7]) et dedit sportulas Dec. HS XII N. plebei urb. HS VI. N. — Atinae. Grut. p. 1101. Kellerm. Lat. n. 47. Orel. 3457.

1644. C. Titio Chresimo Aug. lib.[8]) Huic Ordo decurionum, quod pro salute et indulgentia imperat. Antonini Pii Felicis Aug. et ex[9]) voluntate populi munus familiae gladiatoriae ex pecunia sua diem privatum secundum dignitatem coloniae ediderit, honorem biselli quo quis optimo exemplo in colonia Suessa habuit et ut aquae digitus in domo eius flueret commodisque publicis ac si Decurio frueretur et Titio Chresimo filio eius ob merita patris honorem De-

---

1) quinquennalis. — 2) a tyrannide Gildonis p. Chr. 399. — 3) Terentia tribu. — 4) Valentis Victricis. — 5) Ex tercenario cohortis quartae praetoriae Piae Vindicis. — 6) equo publico exornato. — 7) post Chr. 208. — 8) Ita Smet. restituit Zumpt. reliqui: *Aug. II.* quod male explicatur *Augustales iterum*, quum Augustales ut omnino omnes sacerdotes apud Romanos perpetui fuerint. — 9) *ex* omittitur apud Smet. probante Zumptio.

curionatus gratuitum decrevit Ordo Decurionatus et Augustalium et Plebs universa. — Suessae in Campania. Smet. fo. 83. Grut. p. 475. Orel. 4047. Morc. Stil. CVII. Zumpt De Augustalib. p. 31.

1645. M. Traesio M. F. Pom.[1] Fausto Sen.[2] IIII vir QQ. Potent.[3] Cur. R. P.[4] Bantinor. Cur. R. P. Atinatium ob merita eius Dec. Aug.[5] et plebs, Cur.[6] L. Proc. Rufo. Ex A. C.[7] — Prope Atinam. Bulletin. arch. 1847. p. 157.

1646. P. Tullio Varronis fil. Stel.[8] Varroni Cos. Auguri, Procos. provinc. Africae, Leg. Aug. Propr. Moesiae superioris, Curat.[9] alvei Tiberis et riparum et cloacarum urbis, Praef. aerarii Saturni, Proc. prov. Baeticae ulterioris Hispaniae, Leg. leg. XII. Fulminatae et VI. Victricis P. F.[10] Praetori, Aedili Ceriali, Quaestori urb. Tribuno milit. leg. XVI. et X viro stlitibus iudicandis, Praetori Aetruriae Quinquennali Tarquinis. P. Tullius Callistio posuit. — Tarquiniis. Dureau de Lamalle Sur les inscript. decouvertes dans les thermes de Tarquinies, Annal. dell' inst. arch. Vol. IV. 1832. p. 151. Kellermann Lat. n. 249.

1647. Sp. Turranius L. F. Sp. N. L. pron. Fab.[11] Procullus Gellianus, Praef. Fabr. II.[12] Praif. Curatorum aldei Tiberis, Praif. Pro. Pr. I. D.[13] in urbe Ladinio, Pater patratus populi Laurentis foederis ex libris Sibullinis percutiendi cum P. R.[14] sacrorum principiorum P. R. Quirit. nominisque latini, quai apud Laurentis coluntur, Flam. Dialis, Flam. Martial. Salius, Praisul, Augur, Pont. Praif. cohort. Gaitul. Tr. mil. leg. X. Loc. D. D. D.[15] — Pompeiis, in basi statuae. Romanelli Viagg. T. I. p. 451. Orel. 2276 Zumpt De Lavinio. p. 20. Accuratissime repraesentavit secundum exemplum a Mommsenio transcriptum et explicuit Henzen in censura Commentationis Zumptianae. Ien. Literat. Zeitg. 1847. Nr. 61. p. 242.

1648. M. Ulpius Aug. L. Apolaustus, maximus pantomimorum coronatus adversus histriones et omnes scenicos artifices XII.[16] — Romae. Grut. p. 331. Morc. Stil. CCLXXXXVIIII.

1649. C. Valerio C. F. Pup. Restituto cui splendidissimus ordo locum et statuam decrevit, Valeria Hygia mater honore accepto inpensam remisit. — Gadibus repert. 1830. Biblioth. Ital. Tom. 57. p. 248.

1650. L. Valerio L. F. Pudenti. Hic cum esset annorum XIII. Romae certamine sacro Iovis Capitolini lustro sexto claritate ingenii coronatus est inter poetas latinos omnibus sententiis iudicum. Huic Plebs universa municipum Histoniensium statuam aere collato decre-

---

1) Pomptina tribu. — 2) seniori. — 3) quinquennali perpetuo, subesse videtur; nam *potent.* non liquet. — 4) reipublicae. — 5) decuriones, Augustales. — 6) curante. — 7) non liquet. — 8) Stellatina tribu. — 9) curatori. — 10) piae fidelis. — 11) Lucii filius, Spurii nepos, Lucii pronepos Fabia tribu. — 12) praefectus abrum iterum. — 13) praefecto propraetore iuri dicundo. — 14) populi romani. — 15) locus datus decreto decurionum. — 16) duodecies.

vil Curat. rei p. Aeserninor. [1] dato ab Imp. optimo Antonino Aug. Pio. — Histonii sive Fasti, in foro. Murat. p. 653. Morc. Stil. CV. Orel. 2603.

1651. C. Valer. C. F. Fab. [2] Camillo, quoi publice funus Haeduorum civitas et Helvet. decreverunt et civitas Helvet. qua pagatim qua publice statuas decrevit, Iulia C. Iul. Camilli F. Festilla ex testamento. — Aventic. Haller I p. 69. Orel. 360.

1652. L. Varilio Sannae quod eius arbitr. [3] rite recte de finibus cum Veliens. actum sit limitibus constitutis civi opt. Ordo et P. [4] Petelinorum. — Petiliae in Lucania. Romanelli Topografia T. I. p. 348. Orel. 137.

1653. T. Varo Clementi Proc. [5] provinciarum Belgicae, Germaniae inferioris, Raetiae, Mauretaniae Caesariens. Lusitaniae, Ciliciae, Praef. Eq. al. Britannic. miliar. [6] Praef. auxiliorum in Mauretaniam Tingitanam ex Hispania missorum, Praef. Eq. al. II. Pannonior. Trib. mil. leg. XXX V. [7] Praef. coh. II. Gallorum Macedonicae cives Romani ex Italia et aliis provinciis in Raetia consistentes. — Poëtovione. Grut. p. 482. Orel. 485.

1654. .... *Ger*maniae infer. item Hispaniae citer. T. Fl. Dubitatus strat. [8] eius, M. Alpinius Firmanus. P. Aelius Marinus ƆƆ leg. I. Miner. [9] Praesidi sanctissimo. — Prope Bonnam. Harzheim Inscriptio Hersellensis. Colon. 1745. Hüpsch 11,33. Steiner 788. Lersch C. M. II, 2. et III. p. 114.

C. Feminarum.

1655. Accia sacerdos Veneris. Modia sacerdos Veneris. — Corfinii. Gud. p. 105. Morcel. Stil. CCCI.

1656. Aciliae M'. F. Maniliolae C. F. [10] M'. Acilii Glabrion. Sen. Cos. [11] pronepti M'. Acilii Glabrionis Cos. II. nepti M'. Acilii Faustini Cos. F. Ordo Decurion. — Allifani. Grut. p. 344. Morc. Op. II. 66.

1657. Augusiae T. F. Priscillae Sacerdoti Spei et Salutis Aug. ex D. D. [12] Gabini statuam publice ponendam curaverunt, quod post inpensas exemplo illustrium feminar. factas ob sacerdotium etiam opus portic. [13] Spei vetustate vexatum pecunia sua perfecturam se promiserit populo, cum pro salute principis Antonini Aug. Pii Patris Patriae liberorumque eius eximio ludorum spectaculo edito religioni, veste [14] donata universis, satisfecerit, cuius statuae honore

---

1) Curatori reipublicae Aeserninorum. — 2) C. Valerio Cai filio Fabia tribu. — 3) arbitrio. — 4) plebs. — 5) Proconsuli. — 6) Praefecto equitum alae Britannicae miliariae. — 7) legionis XXX Ulpiae. — 8) strator. — 9) centuriones legionis primae Minerviae. — 10) clarissimae feminae. — 11) senioris consulis. — 12) decreto decurionum. — 13) porticus. — 14) Editor Gottingensis

contenta inpensam populo remiserit. L. D. D. D. — Gabiis. Heeren Bibliothek d. alten Literat. Fasc. X. q. 7. E. Q. Visconti Mon. Gabin. p. 110. Ed. Labus. Orel. 2193.

1658. Aniciae Faltoniae Probae Amnios Pincios Anicciosque decoranti, Consulis uxori, Consulis filiae, Consulum matri Anicius Probinus V. C. [1]) Consul ordinarius et Anicius Probus V. C. Quaestor candidatus filii devincti maternis meritis dedicaverunt. — Romae. Grut. p. 352. Orel. 1132.

1659. Aureliae Crescentiae [2]), honestissimae et pudicissimae foeminae Patro. [3]), coniugi Aurelii Felicissimi Proc. E. V. [4]) Patroni municipii Trebulani Mut. [5]) ob merita et beneficia saepe in se conlata statuam ponendam eidem Tricliniares decreverunt. Dedicata natali die XVI Kal. Feb. Arriano et Papo Cos. [6]) L. D. D. D. — Fabr. p. 6999. Morc. Op. II. 68. Cf. Visconti Oper. var. II. p. 59. ed. Mediol.

1660. Caesiae Sabinae Cn. Caesi Athicti. Haec sola omnium feminarum matribus C vir. [7]) et sororibus et filiab. et omnis ordinis mulieribus municip. epulum dedit diebusq. ludorum et epuli viri sui balneum cum oleo gratuito dedit. Sorores piissimae. — Nunc Romae. Marini Iscriz. Alb. p. 60. Morcel. Stil. CXX. Orel. 3738.

1661. Campiae Severinae V. V. Max. [8]) sanctissimae cuius sinceram pudicitiam senatus comprobatam aeterna laude publice cummulavit P. Veturius Callistratus V. E. [9]) suffragio eius factus, Proc. rat. summ. privat. [10]) bibliothecarum Aug. N. et Procurator eius. — Romae. Murat. p. 172. Orel. 2236.

1662. Cantiae L. F. Saturninae Matri colon. [11]) Flaminicae divae Plotinae hic et Foro Sempronii D. D. [12]) publice. — Arimini. Grut. p. 1088. Morc. Op. II. 66.

1663. Casponia P. F. Maxima Sacerdos Cereris publica populi romani Sicula. — Castell. Inscr. Sic. Cl. III. 2. Fabr. p. 341. Morc. Stil. CCC.

1664. Clodiae L. F. Avieni matronae municipes. — Ameriae. Fabret. p. 57. Morc. Stil. CXVI.

1665. Dentriae L. F. Pollae Sacerdoti divae Augustae post mortem D. D. [13]) — Aquini. Grut. p. 321. Morc. Op. II. 70.

1666. Eumachiae L. F. sacerd. publ. fullones. — Pompeiis, in basi statuae. Gell Pompeian. I. p. 21.

---

pro *Vestae* accepit, non satis recte. Intelligenda potius est Agusia vestem universis ludorum spectatoribus dandam vovisse atque religioni suae satisfecisse i. e. quod voverat perfecisse. Ita explicat Viscontius.

1) vir clarissimus. — 2) Forcellin. in lex. s. v. tricliniaris emendandum censet: Crescentinae. — 3) patronae. — 4) procuratoris egregii viri. — 5) Mutuescae. — 6) Post Chr. 243. — 7) centumvirorum. — 8) Virgini Vestali Maximae. — 9) vir egregius. — 10) procurator rationis summarum privatarum. — 11) coloniae. — 12) decreto decurionum. — 13) decreto Decurionum.

1667. Fabia Aconia Paulina filia Ac. Catulini V. C. Expraefecti, Consulis ordinarii, uxor Vettii Agorii Praetextati, Praefecti et Consulis designati sacrata Deae Cereri. — Grut. p. 309. Morc. Stil. CCCIII.

1668. Flaviae Karae Gentiae Flamin. S. P. Q. A.[1]) ex legatis populi in honorem Fl. Kari patris eius. Statuam ei ponendam censuerunt. — Anagniae. Candidi-Dionigi Viaggi p. 22. Orel. 120.

1669. Iunoni Iuniae C. Silani F. Torquatae Sacerdoti Vestali annis LXIIII. caelesti patronae Actius L.[2]) — In museo Vatic. Grut. p. 25. Morc. Op. II. 70.

1670. Lepidiae L. F. Proculae Sacerdoti divae Faustinae Aug. et divae Matidiae Aug. D. D. P.[3]) pecunia ab ea remissa. — Arimini. Grut. p. 1088. Morc. Op. II. 69.

1671. Fl. Publiciae V. V. Max.[4]) sanctissimae et piissimae ac super omnes retro religiosissimae purissimae castissimaeque, cuius religiosam curam sacrorum et morum praedicabilem disciplinam numen quoque Vestae comprobavit Q. Veturius Memphius V. E.[5]) Fictor V. V.[6]) dignationis erga se honorisque causa plurimis in se conlatis beneficiis. Coll.[7]) V. Idus Mart. Imp. Caes...... Pio Felic. II et..... nobilissimo Caesare Cos.[8]) — Romae. Grut. p. 311. Morc. OP. II. p. 67.

1672. Publiciae M. F. Firmillae loco dat. D. D.[9]) M. Publicius Quarinius, cuius dedicatione dati sunt ab ea Decurionibus sing. HS VIII N.[10]) municipibus et incolis suis HS. IIII. N. — Vit. Inscr. Benev. p. 24. Morc. Stil. CXXI.

1673. Saeniae Cn. Fil. Balbillae Sacerdoti divae Faustinae Decuriones aere collato ob merita eius. — Cecaniae in Campania Grut. p. 322. Morc. Op. II. 66. Annal. arch. XI. p. 47.

1674. Cl. Varenillae Cl. Vareni Cos. filiae civitas Pictonum funus, locum, statuam monimentum publicum. M. Censor Pavius Leg. Aug. Pr. Pr.[11]) provinc. Aquitan. Cos. desig. maritus honore contentus sua pec. ponend. curavit. — Limoni Pictonum (Poitiers). Millin Voyage IV, 2. p. 714. Orel. 189.

1675. Fl. T. fil. Variane[12]) ob merita Crescentis Augustor. lib. patris eius, qui omnes honores municipi N.[13]) delatos sibi sincera fide gessit Dec. Populusq.[14]) — Gabiis. Visconti Mon. Gabin. p. 139. Ed. Labus.

---

1) senatus populusque Anagninus. — 2) libertus. — 3) decreto decurionum publice. — 4) virgini Vestali maximae. — 5) vir egregius. — 6) virginum Vestalium. — 7) collocata. — 8) Imperatoris et Caesaris Consulum nomina erasa sunt, quae Maximinorum patris et filii fuisse, hostium a senatu iudicatorum, suspicatur Morcellius. — 9) loco dato decreto Decurionum. — 10) sestertii octo nummi. — 11) legatus Augusti Propraetor. — 12) Flaviae Titi filiae Varianae. — 13) nostri. — 14) decuriones populusque.

1676. Variae L. F. Gestianae uxori L. Calidi L. F. Stel.[1]) Nigrini IIII vir. iur. dic. IIII. Quinq. II.[2]) Augur. Flaminis Aug.[3]) Parentis et Patroni municipi filiae L. Vari L. F. Quintiani Tribuni militum leg. II Adiutric. Tribuni militum leg. X Geminae IIII vir Quinq. Patroni municipi municipes et incolae. D. D. — Interamnae. Fabret. p. 748. Don. V. 42. Morc. Stil. CXVIIII.

1677. Viciniae A. F. Archadi, matri Baebi D. D.[4]) — Gor. Symb. Rom. Tom. I. p. 54. Viscont. Iconograph. rom. P. I, 5, 1. Morc. Op. II. 65.

Caput II.

TABULAE.

§. 1. Leges et plebiscita.

Legis Thoriae agrariae fragmenta.

1678. Tabulae aereae sena fragmenta habentur, quorum quatuor maiora singula in discissis laminarum frustis Neapoli, minora duo Viennae asservantur; septimum fragmentum in bibliotheca regia Parisiensi olim asservatum et saeculo decimo sexto descriptum nunc deperditum est. Pagina tabulae adversa, laevigata et ad scripturam recipiendam facta, legis Serviliae partem continet nitida et aequabili scriptura insculptae; a tergo tabula scabra neque primitus scripturae recipiendae destinata inscriptionem habet inaequalibus literis festinantius et negligentius insculptam, quae etsi mutilata ut nomen non appareat, legis Thoriae agrariae anno u. c. 643 latae fragmenta continere censetur. Primus horum fragmentorum partem Jacobus Mazochius (Epigrammata antiq. urbis. fol. 181.), omnia fragmenta collecta Fulvius Ursinus (apud Augustinum De legibus et senatus-consultis), ediderunt. De supplendis fragmentis bene meruit Sigonius (De antiquo iure Ital. II, 2. De iudiciis II, 27.). Quos editores secuti sunt Gruterus (Thes. p. 202.) Brissonius (De formulis II, 26), Haubold (Monument. legal. p. 10) alii, de quibus V. Klenze Fragmenta legis Serviliae. Prolegom. p. VII. et Rudorff in Savigny Zeitschrift für geschicht. Rechtswissensch. Vol. X. p. 1—24. Klenzius demum legis Serviliae fragmentis explicandis etiam ad haec legis Thoriae fragmenta male confusa in meliorem ordinem redigenda viam munivit, quam Rudorffius ingressus omnium optime eadem recensuit, coniunxit, supplevit, explicuit. (Savigny Zeitschr. l. l.) Singula verba legis Göttlingius denuo ad tabulae fragmenta et Ne-

---

1) Stellatina tribu. — 2) Quinquennali iterum. — 3) flaminis Augustalis. — 4) decreto decurionum.

apolitana et Viennensia accuratissime exegit atque de universa lege tractavit. (Fünfzehn röm. Urkunden p. 30.) Neque minus consulendus est Huschkius, qui de Rudorffii opere iudicium tulit (Richter Krit. Jahrbücher für Rechtsw. Tom. X. p. 579—620). Nos cum Eggero (Latini sermonis reliquiae. p. 207.) Rudorffii recensionem et supplementa in usum nostrum convertimus novissimis Göttlingii et Huschkii curis adhibitis. Supplementa interposita uncinis separavimus; lacunarum spatia, quae Rudorffius iusta proportione dimensus est, aequali mensura coarctavimus.

[Sp. Thorius. Sp. f. tr. pl. plebem ioure rogavit plebesque ioure scivit. Tribus.....princi]pium fuit pro tribu. Q. Fabius Q. F. primus scivit.

Pars prima. — Italia.

Caput I. [1])

Quei ager poplicus populi romanei in terram Italiam P. Muucio L. Calpur[nio cos. fuit, extra eum agrum locum, quei ager locus ex lege plebeive scito, quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, exsceptum cavitumque est nei divideretur.....de eo agro loco quem vetus possessor prove vetere possessore sibei] agrum locum sumpsit reliquitve, quod non modus maior siet, quam quantum unum hominem ex lege plebeive sc. sibei sumer[e relinquereve oporteat;

Quei ager poblicus populi romanei in terram Italiam P. Muucio L. Calpurnio cos fuit, extra eum agrum locum, quei ager locus ex lege plebeive scito, quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, exceptum cavitumque est nei divideretur,.....quod] quoieique de eo agro loco ex lege plebeive sc. III vir sortito ceivi romano

---

Sp. Thorius ... Sp. filius tribunus plebis plebem iure rogavit, plebesque iure scivit. Tribus.... principium fuit. Pro tribu Q. Fabius Quinti filius primus scivit.

Pars prima: Italia.

Caput I.

Qui ager publicus populi romani in terram Italiam P. Mucio, L. Calpurnio consulibus fuit, extra eum agrum locum, qui ager locus ex lege plebive scito, quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis rogavit, exceptum cautumque est ne divideretur ...... de eo agro loco, quem vetus possessor prove vetere possessore sibi agrum locum sumpsit reliquitve, quod non modus maior siet, quam quantum unum hominem ex lege plebive scito sibi sumere relinquereve oporteat;

Qui ager publicus populi romani in terram Italiam P. Mucio, L. Calpurnio consulibus fuit extra eum agrum locum, quei ager locus ex lege plebive scito, quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis rogavit, exceptum cautumque est ne divideretur .... quod cuique de eo agro loco ex lege plebive scito triumvir sortito civi romano dedit, ad-

---

1) Partium et capitum praescriptiones non sunt in tabula, sed ab editoribus additae.

dedit adsignavit, quod non in eo agro loco et quod (*l.* quem) v[etus possessor prove vetere possessore sibei sumpsit reliquitve ita utei s. s. est;

Quei ager poblicus populi romanei in terram Italiam P. Muucio L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum locum, quei ager locus ex lege plebeive scito, quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, exceptum cavitumque est nei divideretur, quei in eo agro loco veteri possessori prove vetere possessore ager locus re]dditus est;

Quei ager publicus populi romanei in terra Italia P. Muucio (*L.* Muucio) L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum, quei ager ex lege [plebeive sc. quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, exsceptum cavitumque est nei divideretur,..... quod eius agri locei publicei in urbem Romam est,..... quod]ve agri locei publicei in terra Italia, quod eius extra urbem Roma[1] (*l.* Romam) est, quod eius in urbem (*l.* urbe), oppido, vico est, quod eius III vir dedit assignavit[2] quod [non in eo agro loco est, quem vetus possessor prove vetere possesore sibei sumpsit reliquitve, ita utei supra scriptum est;.....

Quei ager publicus populi romanei in terra Italia P. Mucio L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum, quei ager ex] lege plebive[3] scito, quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rog., exsceptum cavitumve est nei divideretur, quod quoieique de eo agro loco agri locei

---

signavit, quod non in eo agro loco est, quem vetus possesor prove vetere possessore sibi sumpsit reliquitve ita uti supra scriptum est;

Qui ager publicus populi romani in terram Italiam P. Mucio, L. Calpurnio consulibus fuit extra eum agrum locum, qui ager locus ex lege plebive scito, quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis rogavit, exceptum cautumque ne divideretur, qui in eo agro loco veteri possessori prove vetere possessore ager locus redditus est;

Quei ager publicus populi romani in terra Italia P. Mucio, L Calpurnio consulibus fuit extra eum agrum, qui ager ex lege plebive scito, quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis rogavit, exceptum cautumque est ne divideretur :..... quod eius agri loci publici in urbem Romam est .... quodve agri loci publici in terra Italia, quod eius extra urbem Romam est, quod eius in urbe, oppido, vico est, quod eius triumvir dedit adsignavit, quod non in eo agro loco est, quem vetus possessor prove vetere possessore sibi sumpsit reliquitve ita uti supra scriptum est;.....

Qui ager publicus populi romani in terra Italia P. Mucio, L. Calpurnio consulibus fuit extra eum agrum, qui ager ex lege plebive scito, quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis rogavit, exceptum cautumve est ne divideretur, quod cuique de eo agro loco agri loci aedificii,

---

1) *Roma* et mox *urbem* etiam Göttling. in tabula legit. Sigonius: *Romam .. urbe.* — 2) *adsignavit.* Rud. — 3) *plebeive scito.* Rud.

aedific[ii, quo in agro loco oppidum coloniamve ex lege plebeive scito constituit, deduxitve conlocavitque ceivi romano nominisve latini sociumve, q]uibus [ex formula togatorum milites in terra Italia imperare solent],....... in terra Italia III vir dedit adsignavit, reliquit, inve formas tabulasve retulit referive iusit;

Ager locus omnis quei supra scriptus [est, extra eum agrum locum, quei ager locus ex lege plebeive scito, quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, except]um cavitu[mve est nei divideretur,.... privatus esto..... eiusque locei agri aedificii privati posessi]o ita utei ceterorum locorum agrorum aedificiorum privatorum est, esto; censorque, queiquomque erit, facito, utei is ager locus aedificium, quei [ex h. l. privatus factus est, in censum referatur, ita utei cetera loca agros aedificia referri oportet, uteique ex eo agro loco aedi]ficio eum, quoium [eum agrum locum aedificium, quei ex h. l. privatus factus est, ex lege plebeive scito exve h. l. esse oportet oportebitve, tributum conferre iubeat, ita utei ex ceteris locis agris aedificiis privatis conferre ious] est; neive quis facito, quo quoius eum agrum locum aedificium possesionem ex lege plebeive [scito ess]e oportet oportebitve, eum agrum l[ocum aedificium possessionem is minus oetatur fruatur habeat possideatque,..... n]eive quis de ea re ad se[natum referto, neive in senatu sententiam deicito, neive ferto, quominus is ager locos aedificium, quei ex h. l. privatus factus est, privatus siet; neive quis de ea re ad senatum referto ni]ove (*l.* neive) sententia (*l.* sententiam) deicito, neive

---

quo in agro loco oppidum coloniamve ex lege plebive scito constituit deduxitve, conlocavitque civi romano nominisve latini sociorumve, quibus ex formula togatorum milites in terra Italia imperare solent... in terra Italia triumvir dedit, adsignavit, reliquit, inve formas tabulasve retulit conferrive iussit:

ager locus omnis qui supra scriptus est extra eum agrum locum, qui ager locus ex lege plebive scito, quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis rogavit, exceptum cautumve est ne divideretur ... privatus esto .... eiusque loci agri aedificii privati possessio ita uti ceterorum locorum agrorum aedificiorum privatorum esto: censorque quicumque erit facito uti is ager locus aedificium, qui ex hac lege privatus factns est, in censum referatur ita uti cetera loca agros aedificia referri oportet, utique ex eo agro, loco, aedificio eum agrum locum aedificium qui ex hac lege privatus factus est, ex lege plebive scito exve hac lege esse oportet oportebitve, tributum conferre iubeat ita uti ex ceteris locis agris aedificiis conferre iubeat, ita uti ex ceteris locis agris aedificiis privatis conferre ius est; neve quis facito, quo cuius eum agrum locum aedificium possessionem ex lege plebive scito esse oportet oportebitve eum agrum locum aedificium possessionem is minus utatur fruatur habeat possideatque .... neve quis de ea re ad senatum referto, neve in senatu sententiam dicito, neve ferto, quo minus is ager locus aedificium, qui ex hac lege privatus factus est privatus siet; neve quis de ea re ad senatum referto neve sententiam dicito neve ferto, quo quis eorum, cuius eum

ferto, quo quis eorum, quoium eum agrum locum aedificium pos-s[e]s[io]nem [1]) ex lege plebeive scito esse oport[et oportebitve, que ager locus aedificium ex lege plebeive scito datus est, eum agrum locum aedificium possessionem minus oetatur fruatur habeat posid]-eatque, quove possesio invito m[ortuove auferatur.

Caput. II.

Quem agrum locum aedificium de eo agro loco aedificio, quei P. Mucio L. Calpurnio cos. publicus populi romanei in terra Italia fuit, X viri, quei ex lege Livia factei sunt, viasieis [2])] vicaneis, quei in terra Italia sunt, dederunt adsignarunt reliquerunt, neiquis fa-cito, quo mi*nus* ei oetantur fruantur habeant poss[ideantque, quove invito mortuove quo eorum possessio auferatur, quom ipse posses-sor heresve eius eum agrum locum aedificiu]m non abalienaverit, extra eum [agrum locum, quei ager locus ex lege plebeive sc. quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rog., exsceptum cavitumque est nei di-videretur,..... extra] que [3]) eum agrum locum, quem ex H. L. [4]) venire dari reddive oportebit.

Quei ager locus aedificium, ei quem in *vi*asieis vicanisve ex S. C. esse oportet oporteb[it]ve, [datus adsignatus relictusve erit, is ager locus aedificium privatus nei esto. neive quis ad senatum re-ferto, quo magis is ag]er locus aedificium privatus siet, quove mag*is*.... [5])

---

agrum locum aedificium possessionem ex lege plebive scito esse oportet oportebitve, qui ager locus aedificium ex lege plebive scito datus est, eum agrum locum aedificium possessionem minus utatur fruatur habeat possideatquae quove possessio invito mortuove eo auferatur.

Caput II.

Quem agrum locum aedificium de eo agro loco aedificio, qui P. Mucio, L. Calpurnio consulibus publicus populi romani in terra Italia fuit, decemviri, qui ex lege Livia facti sunt, viariis vicanis, qui in terra Italia sunt, dederunt, adsignaverunt, reliquerunt, nequis facito, quominus ii utan-tur, fruantur, habeant, possideantque, quove invito mortuove quo eorum possessio auferatur, quum ipse possessor heresve eius eum agrum locum aedificium non abalienaverit, extra eum agrum locum, qui ager locus ex lege plebive scito quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis ro-gavit exceptum cautumque ne divideretur .... extraque eum agrum locum, quem ex hac lege venire dari reddive oportebit.

Qui ager locus aedificium ei, quem in viariis vicanisve ex Senatus consulto esse oportet oportebitve, datus adsignatus relictusve erit, is ager locus aedificium privatus ne esto, neve quis ad senatum referto, quo ma-gis is ager locus aedificium privatus sit, quove magis......

---

1) *possesio-nem* Rud. — 2) viasieis ut infra pro: viariis. — 3) *que*, quod suppletur *extraque*. — 4) hac lege. — 5) Huschk. p. 590 ita supplet: quove magis censor, quei quomque erit, eum agrum locum in censum referat, ita utei cetera loca agros aedificia privata referi oportet.

[Quem agrum locum ex h. l. venire dari reddive oportebit, quo minus is ita ut]ei est, siet, ex h. l. n. r.[1])

Caput III.

Quei ager locus publicus populi romanei in terra Italia P. Muucio L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum locum, quei ager ex lege pl[ebei]ve [scito, quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rog., exsceptum cavitumque est nei divideretur, e]xtraque eum agrum quem vetus possessor ex lege plebeiv[e scito sibei agrum locum sumpsit reliquitve, quod non modus maior siet, quam quantum unum hominem sibei sumere relinquereve oporteat, quom quis ceivis romanus agri colendi cau]sa in eum agrum agri iugera non amplius XXX possidebit habetitve, is ager privatus esto.

Caput IIII.

Quei in agrum compascuom pequdes maiores non plus X pascet[2]) quai[que ex eis minus annum gnatae erunt, postea quam gnatae erunt, queive pequdes minores non plus L] pascet, quaeque ex eis minus annum gnatae erunt, post ea qu[am gnatae erunt, is pro eo numero pequdum, quae in eo agro pascentur, populo aut publicano pequniam scripturam vectigalve dare nei debeto, neive eius pequniae nomine satis] dato neive solvito.

Quem agrum locum ex hac lege venire, dari, reddive oportebit, quo minus is ita uti est, sit, ex hac lege nihil rogatur.

Caput III.

Qui ager locus publicus populi romani in terra Italia P. Mucio, L. Calpurnio consulibus fuit extra eum agrum, qui ager ex lege plebive scito, quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis rogavit, exceptum cautumque est ne divideretur, extraque eum agrum, quem vetus possessor ex lege plebive scito sibi agrum locum sumpsit reliquitve, quod non modus maior sit, quam quantum unum hominem sibi sumere relinquereve oporteat, quum quis civis romanus agri colendi causa in eum agrum agri iugera non amplius triginta possidebit habebitve, is ager privatus esto.

Caput IIII.

Qui in agrum compascuum pecudes maiores non plus decem pascet, quaeque eis minus annum gnatae erunt post ea quam gnatae erunt, quive pecudes minores non plus quinquaginta pascet, quaeque ex eis minus annum gnatae erunt post ea quam gnatae erunt, is pro eo numero pecudum, quae in eo agro pascentur, populo aut publicano pecuniam scripturam vectigalve dare ne debeto, neve eius pecuniae nomine satis dato, neve solvito.

---

1) ex hac lege nihil rogatur. — 2) *pascet* suppletur ex *pas.* quod Goettling. legit. Rudorff: *pastei.*

Caput V.

Quei ager *p*ublicus populi romanei in Italia [1]) P. Muucio L. Calpurnio cos. fuit, eius agri III vir a. d. a. ex lege plebeive scito sortito quoi ceivi rom[ano agrum locum dedit adsignavit, quod eius agri loci neque ipse possessor abalie]navit abalienaritve, neque heres eius abalienavit abalienav[eritve, de eo agro consul praetorve, quo de ea re ante eidus martias, quae post h. l. rogatum primae erunt, in ious aditum erit, ita ious deicito de]ecernito (*l.* dicernitoque], utei possessionem secundo (*l.* secundum) eum heredem eius det, quoi sorti is ager datus adsignatusve fuerit, quod eius agri non abalienatum erit ita utei s. s. [2]) est.

Caput VI.

[Quoi ceivi romano eius agri quei supra scriptus est, III vir a. d. a. [3]) veteri possesori prove vetere posses]ore possesionem dedit adsignavit reddidit, quoque [4]) (*l.* quoique) eius agri III vir [a. d. a. possessionem reliquit.... Quoique ab eo heredeve eius is ager locos testamento hereditate deditione obvenit obvenerit], queive ab eorum [5]) quo emit, quei eorum de ea re ante eidus martias primas in ious adierit ad eum, quem ex h. l. de eo agro ius deicere oportebit, is de ea re ita ious deicito d[ecernitoque, utei eius agri locei possessionem secundum eum heredemve eius d]et, quoi is ager vetere (l. veteri) prove vetere possesore datus adsignatusve [fuerit],

---

Caput V.

dices legisse, qui aduersarium ulla necessitudine attingat, quae supra scripta sint. Q. unde petitum erit, quominus.... Si ita uterque tam is, qui petet, quam is, unde petetur centenos uiros ediderit, iuraritque, tum is Praetor facito, ut is unde petetur die ... postquam eius nomen delatum erit, quos Centum is, qui petet, ex hac lege ediderit, de eis iudices quinquaginta legat, et ut is qui petet, de eis, quos Centum is unde petetur ediderit, totidem iudices legat. Si uterque, tam is qui petet, quam is cuius nomen ex hac lege delatum erit, quinquagenos iudices ex hac lege non legerit edideritue siue e... sodalitate attingat, quiue in eodem collegio sit, ex hac lege non e... eum Pr. aduersariumue moram non erit, quominus legat edatue ... em legat. Qui ita lecti erunt, ei in eam rem iudices sunto eorumque eius....

Caput IX.

Vti scripta in tabulis habeantur. Praetor, qui ex hac lege quaeret, facito ut uiros, quos is qui petet, et unde petetur ex hac lege legerint ediderint eosque patronos, quos is, qui petiuerit, et is unde petitum erit, sibi nominauerint, quiue ei qui petet, a Praetore ex hac lege dati erunt, in tabulis publicis scriptos habeat, eique qui petiuerit, et unde petitum erit, qui eorum uolet, ex tabulis publicis eorum nomina legundi semper ius potestasque esto.

Caput X.

Eidem iudices unius rei in perpetuum sint. Qui iudices ab eis ita

[ab eis ita lectei erunt], quam in rem eis iudices lectei erunt, [in eam rem in perpetuom sunto.

Caput XI.

De vadibus dandeis. Pr. quei ex h. l. quaeret, facito utei eum quoius nomen delatum erit, iudicio adfuturum certo die publice vadetur is,] quei pequniam ex [h. l. petet] tum ob eam rem quod pequniam ex h. l. ceper[it. Sei quis ex h. l. condemnatus erit, censor vadem neque senatu neque tribu mo]veto, neive equom adimito, neive quid ei eius eam rem fraudei [1]) esto, [quae supra] scripta sient. Pr. quei ex h. l. n[omen receperit, facito utei absentem condemnet, eique aqua et igni interdicat, bonaque publice possideantur eius, quei die dicto iudicio non adfuerit, et prius quam ea res iudicata erit, urbe cesse]rit aut in exilium abierit. Quoium nomen ex h. l. delatum erit, [sei eius bona non sufficient ubei prius urbe cesserit aut in exilium abierit, quam ea res iudicata erit, pr. ad quem eius nomen d]elatum erit, eam]rem ab eis item quaerito [quei vadimonium susceperint, in quantum vadimonium fuerit constitutum.

Caput XII.

Pr. sei] nomen ex h. l. ad se delatum erit facito utei ioudicium p.... [utei q]uod recte factum esse volet, dum nei quid advorsum h. l. fiat aut.... secundam, neive post h. l. rog.... con-

---

lecti erunt, quam in rem ei iudices lecti erunt, in eam rem in perpetuum sunto.

Caput XI.

De uadibus dandis. Praetor, qui ex hac lege quaeret, facito ut eum, cuius nomen delatum erit, iudicio adfuturum certo die publice uadetur is, qui pecuniam ex hac lege petet. Tum ob eam rem, quod pecuniam ex hac lege ceperit, si quis ex hac lege condemnatus erit, Censor uadem neque senatu neque tribu moueto, neue equum adimito, neue quid ei eius eam rem fraudi esto, quae supra scripta sint. Praetor, qui ex hac lege nomen receperit, facito ut absentem condemnet, eique aqua et igni interdicat, bonaque publice possideantur eius, qui die dicto iudicio non adfuerit et prius quam ea res iudicata erit urbe cesserit aut in exilium abierit. Cuius nomen ex hac lege delatum erit, si eius bona non sufficient, ubi prius urbe cesserit, aut in exilium abierit, quam ea res iudicata erit, Praetor, ad quem eius nomen delatum erit, eam rem ab eis item quaerito qui uadimonium susceperint, in quantum uadimonium fuerit constitutum.

Caput XII.

Praetor, si nomen ex hac lege ad se delatum erit, facito ut iudicium p... uti quod recte factum esse uolet, dum nequid aduersus hanc legem fiat aut... secundam neue post hanc legem rogatam conquiri in terra

---

1) *fraudei* Göttling. e tab. Klenzius: fraudi.

quaeri in terra Italia in oppedeis foreis concilia[boleis] .... [con]-ciliaboleis ubei iure deicundo praeesse solent in quibus d.... [prae]tor quei ex h. l. quaeret.... audierit, quod eius rei quaerundae censeant refere et C.... re iubeto, et quom ei (l. ea) res agetur, quam in rem quisque testis er[it, facito utei] omnes adsient testimo[nio] .... um eius fide quaerat, queive in fide eius siet maioresv[e .... ca]usam deicet, dumtaxat unum queive eius parentisve eius....ve siet de no....it secumve duxerit, dumtaxat homines IIL earum rerum [accusato]r, quae ita conquaesiverit, et sei qua tabulas libros leiterasve pop[licas].... producere proferreq[ue].... ive de ea re volet, apud pr. is praetori moram ne facito.... at.... praetor utei interroget pr. quei ex h. l. q[uaeret.... quei in ea]m rem judices erunt, antequam primum caussa d[icta erit....].... iudices quei in eam rem erunt, omnes pro rostreis in foru[m].... [vo]let utei testium quei [in] eam rem erunt, verba audiat.... eam rem minus ioudicet nisei sei quae causa erit quae eie.... [r]ecitentur, proscripta propositaque palam apud forum.... [quei ex e]is C iudices L lectei erunt, ioudex nei quis disputet v....e ioudicium adese possit, de ea re pr. quei ex h. l.[1]) [quaeret] ....ndo, quam rem pr. ex h. l. egerit sei eam rem proferet quor.... [vo]let quoius ex h. l. nominis delatio erit, ei eius rei pe[titio].... it ut eius ad se se veniat aut adferatur coram eo, quei postulaver[it.... sei

---

Italia in oppidis foris conciliabulis ... conciliabulis, ubi iure dicundo praeesse solent, in quibus d... Praetor, qui ex hac lege quaeret ... audierit quod eius rei quaerendae censeat referre, et c... re iubeto et cum ea res agetur, quam in rem quisque testis erit, facito ut omnes adsint testimonio.... um eius fide quaerat, quiue in fide eius sit, maioresue ... causam dicet, duntaxat unum quiue eius parentisue eius ... ue sit. De no ...it, secumue duxerit, duntaxat homines duo de quinquaginta earum rerum accusator quae ita conquisiuerit, et siqua tabulas libros litterasue publicas producere proferreque ... iue de ea re uolet apud Praetorem, is Praetori moram ne facito... at... Praetor uti interroget. Praetor, qui ex hac lege quaeret, ... qui in eam rem iudices erunt, antequam primum causa dicta erit.... iudices, qui in eam rem erunt, omnes pro rostris in forum... uolet uti testium, qui eam rem erunt uerba audiat... eam rem minus iudicet, nisi siqua causa erit, quae ei... recitentur proscripta proprositaque palam apud forum... qui ex eis centenis iudices quinquageni lecti erunt. Iudex nequis disputet u...e iudicium adesse possit, de ea re Praetor, qui ex hac lege quaeret, ...ndo.

Quam rem Praetor ex hac lege egerit, si eam rem proferet cui... uolet, cuius ex hac lege nominis delatio erit, ei eius rei petitio ... it, ut eius ad sese ueniat aut adferatur coram eo, qui postulauerit.... Si iudex,

---

1) Apud Mazochium hoc loco integer hic versus additur qui apud alios excidit: ex hac *re poterit facito quoius deicet nomen referre* ... let quoius ex h. l. etc. Indigitavit Th. Mommsen (Richter Krit. Jahrbüch. XI. p. 762.

iudex], quei eam rem quaeret, ex h. l. causam non nover[it].... que ea re hace lege iudicium litisque aestumatio esto, quasei sei eiu[s].... ioudicium fieri oportebit ter.... dam....bus in contione pro rostris sententia ita pronontiato fec[.... an]tequam ibunt facito iourent sese.... [sei iudex quei eam re]m quaeret ex h. l. causam non noverit pr. quei ex h. l. q[uaeret].... multam suprema delea .... aturum esse iudice[m].... [q]uoquis suae alteri[us] sententiae certior siet, quod.... que die deferatur isque quaestor.... satione primo, quo.... [sei iudex quei eam rem qu]aeret causam non noverit quei eorum ioudex.... re dixerit praetor [qui] ex h. l. quaeret ita pronon[tiato... iudices in co]nsilium quomodo eant pr. quei ex h. l. n[omen receperit.... pr. quei ex hace l. quaeret] dicat eis H. S. N. CCIↃↃ quotiensquomque amplius bis in uno iu[dicio....], queiquomque aderunt, iudicare....

Caput XIII.

[De] reis quomodo iudicetur. Ubi duae partes iudicum, quei ader[unt] [1]) ....m quam ob rem et quantum pequ[niae] ...rem agito. Tum praetor quom soveis viatoribus apparitoribusque, nei[quis iudex ad rem iudicandam adsiet, facito, quei semel a iudicio exclusus fuerit, facitoque utei viatores apparitoresque tam eos iudices, quei a partibus reiecti fuerint, quam eo]s quei iudicare negarint, semovant [2]) [a sententiis ferendis.... singulos quos]que iudices, is prae-

---

qui eam rem quaeret, ex hac lege causam non nouerit, ... deque ea re hac lege iudicium litisque aestimatio est, quasi si eius ... iudicium fieri oportebit ter... dam... bus in contione pro rostris sententia ita pronuntiato fec... antequam ibunt, facito iurent sese ... si iudex, qui eam rem quaeret ex hac lege causam non nouerit, Praetor, qui ex hac lege quaeret, ... multam suprema delea ... aturum esse iudicem... quoquis suae alterius sententiae certior sit, quod... que die deferatur isque Quaestor... satione primo quo... si iudex, qui eam rem quaeret, causam non nouerit, qui eorum iudex... re dixerit, Praetor, qui ex hac lege quaeret, ita pronuntiato.... Iudices in consilium quomodo eant. Praetor, qui ex hac lege nomen receperit,... Praetor, qui ex hac lege quaeret, dicat eis HS. N. CCCIↃↃↃ quotiescunque amplius bis in uno iudicio... quicunque aderunt iudicare....

Caput XIII.

De reis quomodo iudicetur. Vbi duae partes iudicum qui ader ...m, quam ob rem et quantum pecuniae ... rem agito. Tum Praetor cum suis uiatoribus apparito ribusque nequis iudex ad rem iudicandam adsit facito qui semel a iudicio exclusus fuerit, facitoque ut uiatores apparitoresque tam eos iudicees, qui a partibus reiecti fuerint, quam eos, qui iudicare negarint, semouant a sententiis ferendis.... Singulos quosque iudices is Prae-

---

1) Utrum legendum: *qui aderunt*, an: *qui aderant?* Klenz. — 2) *semovan.* Göttl.

tor sorticolam unam buxeam longam digitos IIII la[tam digitos.... ceraque obductam, quoi vel A vel C vel N L inscriptum fuerit, coniicere iubeto. Ut ita iudices coniecíant sorticolas, praetor quei ex h. l. quaeret, sitellam afferri iubeto longam digitos.... latam digitos....] XX, quo ioudices[1]) sorticolas conieciant..... eamque sortem ex hace lege apertam, bracioque aperto literam digiteis opertam pala[m unusquisque iudex in sitellam deiicito...] ra parti C in manu palam dato a.... cunda causa ad sitellam sorti veniet, is in eam sitellam manum demittito tam devexam populo..... Ioudicium.... [sor]tem quei in eos ceteros singilatim.... [Con]demno ubei nihil scriptum erit, seine sufragio ex qua sorti pronontiarit, eam sortem proxsumo iud[ici].... dito.

Caput XIV.

De r[eo comperendinando. Si de eo qui ex hace lege accusatus erit, maior pars iudicum] sententiam [N L tu]lerit, is ei[us rei ex hace lege comperendinatus esto..... Si in secunda actione reus solus adsit, quod praevaricationis causa factum non erit, is ex hace lege eius rei absolutus esto.

Caput XV.

De reo condemnan[do. Ex iudicum sententiis] sei plurumae[2]) erunt Condemno, pr. qu[i ex hace lege quaeret, ex tabellis a iudicibus latis palam pronontiato].

---

tor sorticulam unam buxeam longam digitos IIII latam digitos ... ceraque obductam, cui uel A. uel C. uel NL. inscriptum fuerit, coniicere iubeto. Vt ita iudices coniiciant sorticulas, Praetor, qui ex hac lege quaeret, sitellam afferri iubeto longam digitos ... latam digitos .. XX, quo iudices sorticulas coniiciant. eamqne sortem ex hac lege apertam, brachioque aperto litteram digitis opertam, palam unusquisque iudex in sitellam deiicito... ra parte Centum in manu palam dato a... cunda causa ad sitellam sorti ueniet, is in eam sitellam manum demittito tam deuexam populo... iudicium ... sortem, qui in eos ceteros singulatim... condemno ubi nihil scriptum erit sine suffragio; ex qua sorte pronuntiarit, eam sortem proximo addito.

Caput XIV.

De reo comperendinando. Si de eo qui ex hacce lege accusatus erit, maior pars iudicum sententiam Non liquet tulerit, is eius rei ex hacce lege comperendinatus esto... Si in secunda actione reus solus adsit, quod praevaricationis causa factum non erit, is ex hacce lege eius rei absolutus esto.

Caput XV.

De reo condemnando. Ex iudicum sententiis, si plurimae erunt, Condemno, Praetor, qui ex hace lege quaeret, ex tabellis a iudicibus latis palam pronuntiato.

---

1) *ioudices* quod Ursin. idem Göttling. in tab. legit. Klenzius e schedis Bluhm. *iudices*. — 2) *plurume* post Ursinum etiam Göttling. legit; Klenzius: *plurumae*.

Caput XVI.

[De] reo ap[solvendo. Ex iudicum sententiis sei plurimae erunt Apsolvo, pr. quei ex hace lege quaeret, ex tabelis a iudicibus latis palam pronontiato. Sei quis ita ex hac lege condemnatus aut| apsolutus erit, quom eo h. l. [1]), nisei quod postea fecerit, aut nisei quod praevaricationis caussa factum erit, aut ni[sei de litibus] aestumandis, aut nisei de sanctioni hoiusce legis, actio nei e[sto].

Caput XVII.

[De praedibus dandeis. Sei quis ita ex hace lege de pecunia ablata capta coacta conciliata avorsave condemnatus erit, et iudex, quei eam rem quaesierit quaestori, quei aerarium provinciam optinuerit, indicaverit] eum, quei ex h. l. condemnatus erit, q. praedes facito det de consili maioris partis sententia, quanti eis censuer[unt; si] praedes datei non erunt, bona eius facito puplice possideantur con[quaeranturque.... Quei ita conquaesiverit, quantum is de bonis eius quei ex hace lege condemnatus fuerit, invenerit, id quaestori quei aerarium provinciam optinuerit], scriptum transdito. Quaestor accipito et in taboleis popliceis scriptum habeto.

Caput XVIII.

De leitibus aestumandeis. [Sei quis ex] hace lege condemnatus erit ab eo quod quisque petet, quoius ex hace lege pe[qunia

---

Caput XVI.

De reo absoluendo. Ex iudicum sententiis si plurimae erunt, Absoluo, Praetor, qui ex hac lege quaeret, ex tabellis a iudicibus latis palam pronuntiato. Siquis ita ex hac lege condemnatus aut absolutus erit cum eo hac lege nisi quod postea fecerit, aut nisi quod praeuaricationis causa factum erit, aut nisi de litibus aestimandis, aut nisi de sanctione huiusce legis actio ne esto.

Caput XVII.

De praedibus dandis. Siquis ita ex hac lege de pecunia ablata capta coacta conciliata auersaue condemnatus erit et iudex, qui eam rem quaesierit Quaestori, qui aerarium prouinciam obtinuerit, indicauerit eum, qui ex hac lege condemnatus erit, Quaestor praedes facito det de consilii maioris partis sententia, quanti ei censuerunt; si praedes dati non erunt, bona eius facito publice possideantur conquiranturque.... Qui ita conquisiuerit, quantum is de bonis eius, qui ex hac lege condemnatus fuerit inuenerit, id Quaestori, qui aerarium prouinciam obtinuerit scriptum tradito; Quaestor accipito et in tabulis publicis scriptum habeto.

Caput XVIII.

De litibus aestimandis. Siquis ex hac lege condemnatus erit, ab eo, quod quisque petet cuius ex hac lege pecunia capta coacta ablata

---

1) Pro h. l. quod Klenzius restituit tabula mendose: F. L.

capta coacta ablata conciliata avorsave reddenda erit, id leitibus singulis aestumatis, iudices quei ex hace lege lectei erunt, in certam summam redigunto, ita tamen utei aestumetur quod ante hance legem rogatam convincitur captum coactum ab]latum avorsum conciliatumve esse, ea res omnis simpli; caeteras res omnis quo[d] post hance legem rogatam co[nvincit]ur captum coactum ablatum avorsum conciliatumve esse, dupli; idque ad qu[aestorem quoi aerarium provincia obvenerit, redigunto. Sei quis ita iudicei quei eam rem quaesierit consilioque eius maiorei parti satisfecerit, regis populeive ceivisve suei nomine eorum ad quos ea pequnia pervenerit], parentisve suei quoive ipse parensve suos heres siet, litem aestumatam esse, queive eiei iudici consilioque eius maiorei pa[rti sa]tis fecerit, regis populeive ceivisve suei nomine litem aestumatam esse sibei, qu[um eo amplius actio de ea re nei esto.

Caput XIX.

De pequnia solvenda. Sei quis ceivis romanus ex hace lege pequniam ab aliquo petiverit, quei ita satis fecerit, iudex quei eam rem quaesierit, facito utei eiei pequnia quae ex] hace lege in aerario posita erit, ob eam rem quod eo nomine lis aestumata erit, in triduo proxsumo quo ita satis[fecerit], ex hace lege solvatur. Neive quis iudex neive quaestor facito sciens dolo m[alo quominus in triduo proxsumo quo ita satis fecerit, solvatur.... Sei iudex quei eam rem quaesierit, queive iudex facere iussus fuerit utei ad quaestorem redigeretur ea pequnia], ex hac lege pequniam omnem ad quae-

---

conciliata auersaue reddenda erit, id litibus singulis aestimatis iudices, qui ex hac lege lecti erunt in certam summam redigunto ita tamen, ut aestimetur, quod ante hanc legem rogatam conuincitur captum coactum ablatum auersum conciliatumue esse, ea res omnis simpli, ceteras res, quod post hanc legem rogatam conuincitur captum coactum ablatum auersum conciliatumue esse, dupli, idque ad Quaestorem, cui aerarium prouincia obuenerit redigunto. Siquis ita iudici, qui eam rem quaesierit, consilioque eius maiori parti satis fecerit, regis populiue ciuisue sui nomine eorum ad quos ea pecunia peruenerit parentisue sui, cuiue ipse parensue suus heres sit, litem aestimatam esse, quiue ei iudici consilioque eius maiori parti satis fecerit regis populiue ciuisue sui nomine litem aestimatam esse sibi, cum eo amplius actio de ea re ne esto.

Caput XIX.

De pecunia soluenda. Siquis ciuis Romanus ex hac lege pecuniam ab aliquo petiuerit, qui ita satis fecerit, iudex, qui eam rem quaesierit, facito ut ei pecunia, quae ex hac lege in aerario posita erit, ob eam rem, quod eo nomine lis aestimata erit, in triduo proximo, quo ita satis fecerit, ex hac lege soluatur, neue quis iudex neue Quaestor facito sciens dolo malo quo minus in triduo proximo, quo ita satis fecerit, soluatur.... Si iudex, qui eam rem quaesierit, quiue iudex facere iussus fuerit ut ad Quaestorem redigeretur ea pecunia, ex hac lege pecuniam omnem ad

storem redigere non potuerit, tum in diebus X proxumeis, quibus [si potue]rit redacta erit, iudex quei eam rem quaesierit, queive iudex ex hace lege fac[ere iussus fuerit utei ad quaestorem redigeretur ea pequnia, facito utei eiei quei petet, solvatur. Sei regis populeive nomine lis aestumata erit, praetor quei ex hace lege quaeret, facito utei dies edatur, qua ubei primum] lites aestumatae erunt, quoius regis populeive nomine lis aestumata erit, legatei adessent, dum nei longius C dies edat [sol]uto servando. Ubei ea dies venerit qua die iusci erunt adesse, iudex quei [eam rem quaesierit, eos recipito eosque ad praetorem ducito, quei ex hace lege quaeret. Tum praetor pequniam, quae in aerario ex hace lege posita erit, eorum nomine quorum is quei ex hace lege condemnatus erit, litem aestumatam esse satis] fecerit, ei[s] primo quoque die quaestorem solvere iubeto, quaestorque eam pequniam eis sed fraude sua solvito, [quantum] in aerario siet. Quod eorum nomine quei non aderit, tributus factus.... praetor ex hace lege tribuendei causa prodeixerit, is utei quod recte factum esse volet, facito, quomodo prode[ixerit ma]iore parte diei ad eum diem donec solutum erit, apud forum palam, ubei de plano l[egi recte possitur, proscriptum propositumque habeto].... fecerit di[es prox]umos ex ea die, qua tributus factus erit, apud forum palam, ubei de plano recte legi possitur, proscri[ptum].... post quinquenium populei fiet, quae pequnia ex hace lege in aerarium posita erit, quod in anneis q....[1]) eandem pro-

---

Quaestorem redigere non potuerit, tum in diebus X proximis, quibus si potuerit redacta erit, iudex qui eam rem quaesierit, quiue iudex ex hac lege facere iussus fuerit, ut ad Quaestorem redigeretur ea pecunia, facito ut ei qui petet soluatur. Si regis populiue nomine lis aestimata erit, Praetor qui ex hac lege quaeret facito ut dies edatur, qua, ubi primum lites aestimatae erunt, cuius regis populiue nomine lis aestimata erit, legati adsint, dum ne longius C dies edat soluto seruando. Vbi ea dies uenerit, qua die iussi erunt adesse, iudex qui eam rem quaesierit, eos recipito, eosque ad Praetorem ducito, qui ex hac lege quaeret. Tum praetor pecuniam, quae in aerario ex hac lege posita erit, eorum nomine, quorum is qui ex hac lege condemnatus erit litem aestimatam esse satis fecerit, eis primo quoque die Quaestorem soluere iubeto, Quaestorque eam pecuniam eis sine fraude sua soluito quantum in aerario sit. Quod eorum nomine, qui non aderit tributus factus... Praetor ex hac lege tribuendi causa prodixerit, is uti quod recte factum esse uolet facito quomodo prodixerit maiore parte diei ad eum diem, donec solutum erit, apud forum palam, ubi de plano legi recte possit, proscriptum propositumque habeto... fecerit dies .. proximus, ex ea die, qua tributus factus erit, apud forum palam, ubi de plano recte legi possit, proscriptum... post quinquennium populi fiet. Quae pecunia ex hac lege in aerarium posita erit quod in annis q... eandem

---

1) Literam Q post *anneis* admodum incertam dicit Goettling.

vin[ci]am habebit, eis faciunto utei quod recte factum esse volet, quod eius is reus non solverit, ab eis pr. [quei ex h. l. quaeret, facito utei primo quo]que die pequnia exigatur.

Caput XX.

Pequnia in fiscis opsignetur. Quaequomque pequnia ex hace lege ad q[uaestorem redacta fuerit, ... quoi] quis praetor litis aestumaverit, et unde ea pequnia redacta siet, quantumque in eo fisco siet, Quaestor queiquom[que aerarium provinciam optinebit, utei quod] recte factum esse volet, facito in diebus V proxumeis quibusquomque eiei aerarium provincia obvenerit, [utei quoi] pequniam ex hace lege quod sine malo pequlat[u] fiat, pr. quei ex hace lege quaeret, darei solvi iu[s]erit, id quaestor [queiquomque aerarium vel urbanam pro]vinciam optinebit, sed fraude sua extra ordinem dato solvitoque, quaestor moram nei facito. Q[uaestor....

Caput XXI.

Nei quis iudicio impedimentum faciat. Quod] ex hace lege iudic[i]um fieri oportebit, quom ex hace lege fieri oportebit, nei quis magistratus prove magistratu prove [quo inperio potestateve erit, facito quo]minus setiusve [1]) fiat iudiceturve; neive quis eum quei ex hace lege iudicium exercebit, neive eum que[i iudex eam

---

prouinciam habebit, ei faciunto uti quod recte factum esse uolet. Quod eius is reus non soluerit, ab eis Praetor, qui ex hac lege quaeret, facito ut primo quoque die pecunia exigatur.

Caput XX.

Pecunia in fiscis obsignentur. Quaecunquae pecunia ex hac lege ad Quaestorem redacta fuerit cui quis Praetor lites aestimauerit et unde ea pecunia redacta sit quantumque in eo fisco sit, Quaestor, quicunque aerarium prouinciam obtinebit, uti quod recte factum esse uolet, facito in diebus quinque proximis, quibuscunque ei aerarium obuenerit, ut cui pecuniam ex hac lege quod sine malo peculatu fiat, Praetor qui ex hacce lege quaeret dari solui iusserit, id Quaestor quicunque aerarium uel urbanam prouinciam obtinebit, sine fraude sua extra ordinem dato soluitoque. Quaestor moram ne facito. Quaestor....

Caput XXI.

Nequis iudicio impedimentum faciat. Quod ex hac lege iudicium fieri oportebit, cum ex hac lege fieri oportebit, nequis magistratus proue magistratu proue quo imperio potestateue erit facito, quo minus seciusue fiat, iudiceturue; neue quis eum, qui ex hac lege iudicium exercebit, neue eum, qui iudex eam rem quaeret, neue eos, qui iudices patroniue teste-

---

1) *setiusve* litera t scriptum omnes exhibent, quanquam Göttling. eius literae scripturam satis claram esse negat.

rem quaeret, neive eos quei iudices patronive testesve in eam rem ex h. l. erunt, neive eum quei ex h. l. petet, eumve unde petetur, quo die in iudicio adesse iussi erunt, avocato neive] avocarier iubeto, neive abducito neive abducier iubeto, neive facito quo quis eorum minus ad id iudicium adesse poss[it, quove quoi eorum minus in eo iudicio verba deicere] verba audeire in consilium eire iudicare liceat, neive iudicium dimitere iubeto, nisei quom senatus [iure convenerit, aut nisei quom calata erunt comitia, aut nisei quom omnes Quirites ad conventionem in comitia centuriata iure vocabuntur, extra quam sei quid in saturam feretur, aut nisei quom] tribus intro vocabuntur, extra quam sei quid in saturam feretur. Sei is praetor quei ex hace lege quaeret, sei[ve queiquomque quaestor quoi aerarium vel urbana provinc]ia obvenerit iudiciove inperiove abierit abdicaverit mortuosve erit antequam ea omnia ioudica[ta solutaque ex hace lege fuerint, quae iudicari solvique oportet, pr. quei post illum ex hace lege quaeret, queive quaestor post illum aerarium provinciam optinebit, is utei quod recte factum] esse volet, facito utei ea omnia quod ex hace lege factum non erit faciunt, fiantque quae ex hace lege fieri oport[et]. Sei [quod ex h. l. fieri oportet factum non erit, de ea re] praetori quaestorique omnium rerum, quod ex hace lege factum non erit, siremps lex esto, qua[sei apud eos ea res acta esset.

Caput XXII.

Sei ioudicium] fuit fueritve ex lege quam L. Cal[p]urnius L.

---

sue in eam rem ex hac lege erunt, neue eum, qui ex hac lege petet, eumue unde petetur, quo die in iudicio adesse iussi erunt, auocato neue auocari iubeto, neue abducito neue abduci iubeto, neue facito quo quis eorum minus ad id iudicium adesse possit, quoue cui eorum minus in eo iudicio uerba dicere uerba audire in consilium ire, iudicare liceat; neue iudicium dimittere iubeto nisi cum senatus iure conuenerit, aut nisi cum calata erunt comitia, aut nisi cum omnes Quirites ad conuentionem in comitia centuriata iure uocabuntur, extra quam siquid in saturam feretur, aut nisi cum tribus intro uocabuntur, extra quam siquid in saturam feretur. Si is Praetor qui ex hac lege quaeret siue quicunque Quaestor, cui aerarium uel urbana prouincia obuenerit, iudicioue inperioue abierit, abdicauerit mortuusue erit ante quam ea omnia iudicata solutaque ex hac lege fuerint, quae iudicari soluique oportet, Praetor qui post illum ex hac lege quaeret, quiue Quaestor post illum aerarium prouinciam optinebit, is uti quod recte factum esse uolet facito, ut ea omnia quod ex hac lege factum non erit faciant, fiantque quae ex hac lege fieri oportet. Si quod ex hac lege fieri oportet factum non erit, de ea re Praetori Quaestorique omnium rerum, quod ex hac lege factum non erit, siremps lex esto quasi apud eos ea res acta esset.

Caput XXII.

Si iudicium fuit fueritue ex lege quam L. Calpurnius L. F. Trib.

f. tr. pl. rogavit, exve lege quam M. Iunius D. f. tr. pl. rogavit, quei eorum eo [iudicio condemnatus est eritve, quo] magis de ea re eius nomen ex hace lege de[feratur], quove mag[is] de ea re quom [eo ex hace lege ioudicium ioudicatio litisque aestumatio siet] .... erit, quom eis hace lege actio nei esto.

De praevaricatione. Praetor quei ex hace lege quaeret, qua de re ei prae[varic.... ad eam rem i]udicandam adfuerint, quei vivent, eorum maiorei parti satisfactum erit, nomen quod ex....

Caput XXIII.

De ceivitate danda. Sei quis eor[u]m quei ceivis romanus non erit, ex hace lege alterei nomen [de pequnia capta coacta ablata conciliata avorsave ad praetor]em quoius ex hace lege quaestio erit, detolerit, et is eo iudicio hace lege condemnatus erit, tu[m eis quei ex hace lege alterei nomen de pequnia capta coacta ablata conciliata avorsave detolerit, quom uxore liberisque, sei eis ceiveis romanei non erunt], ceivis romanus ex hace lege fiet, nepotesque [ia]m eiei filio gnateis ceiveis romanei iustei sunto, [quom eis commercium et conubium ex ioure Quiritium esto, munerisque poplici capiendi ious esto, sufragium in tribu]m ferunto inque ea[m] tribum censento, militiaeque eis vocatio esto, aera stipendiaque [omnia merita sunto. Neiqui magistratus prove magistratu prove quo imperio potestateve erit, facito quominus ita siet. Quominus ea quae in hoc capite scripta sunt, ita sient fiant, eius hace lege] nihilum rogato.

---

pleb. rogauit, exue lege quam M. Iunius D. F. Trib. Pleb. rogauit, qui eorum eo iudicio condemnatus est eritue, quo magis de ea re eius nomen ex hac lege deferatur quoue magis de ea re cum eo ex hac lege iudicium iudicatio litisque aestimatio sit erit, cum eis hac lege iudicium iudicatio litisque aestimatio sit erit, cum eis hac lege actio ne esto.

De praeuaricatione. Praetor, qui ex hac lege quaeret, qua de re ei praeuaric ...m rem iudicandam adfuerit, qui uiuent eorum maiori parti satis factum erit, nomen, quod ex....

Caput XXIII.

De ciuitate danda. Siquis eorum, qui ciuis Romanus non erit, ex hac lege alteri nomen de pecunia capta coacta ablata conciliata auersaue ad Praetorem, cuius ex hac lege quaestio erit, detulerit, et is eo iudicio hac lege condemnatus erit, tum is, qui ex hac lege alteri nomen de pecunia capta coacta ablata conciliata auersaue detulerit, cum uxore liberisque, si ii ciues Romani non erunt, ciuis Romanus ex hac lege fiet, nepotesque iam ei filio nati ciues Romani iusti sunto, cum eis commercium et conubium ex iure Quiritium esto, munerisque publici capiendi ius esto, suffragium in tribum ferunto inque eam tribum censento, militiaeque eis uocatio esto, aera stipendiaque omnia merita sunto. Nequi magistratus proue magistratu, proue quo imperio potestateue erit, facito quominus ita sit. Quo minus ea, quae in hoc capite scripta sunt, ita sint fiant, eius hac lege nihilum rogato.

Caput XXIV.

De provocation[e].... eque danda. Sei quis eorum quei.... [quaes]tor praetor aedilisve non fuerint, ad praetorem quoius ex hace lege quaestio erit, [nomen alteri ex hace lege detolerit, et is eo ioudicio hace lege condemnatus erit...], eius militiae murerisque poplici in su.... utilitate iudex deinceps faciat.... [Sei pr. quei ex hace lege quaeret, seive quaestor quoi aerarium] vel urbana provincia obvenerit, eo magistratu iudiciove imperiove abierit abdicaveritve [mortuosve erit,.... quaestor quei post eum aerarium] provinciam habebit, is utei qu[od recte factum esse vo]let, facito utei ea omnia [fiant.... quasi a]pud eum ea res acta esset, deque ea re eiei praeto[ri] quaestor[i] omnium rerum quod ex [hace lege factum non erit, siremps lex esto.

.... iud]icium fuit fueritve ex lege [quam L. Calpurnius L. f.] tribunus plebei rogavit, [exve lege quam M. Iunius D. f. tribunus plebei rogavit, quei eorum eo iudicio condem]natus est eritve, quo magis de ea re eius nomen hace lege deferatur, quove magis de e[a re ....]t ante quam ea res.... sanctio....m rem ioudicandam adfuer[int], qui vivent, eorum maiori parti satis fecerit.... Sei [quis eorum quei] nei.... [ad praetorem quoius e]x hace lege quaestio erit, detuler[it et is] eo ioudicio hace lege condemnatus erit, tum eis qu[ei ex hace lege nomen detolerit .... militiaeque ei]s vocatio esto, aera stipendiaq[ue] omnia merita sunto [1]); nei qui

---

Caput XXIV.

De prouocatione... eque danda. Siquis eorum, qui...tor Praetor Aedilisue non fuerint, ad Praetorem, cuius ex hac lege quaestio erit, nomen alteri ex hac lege detulerit, et is eo iudicio hac lege condemnatus erit, eius militiae munerisque publici in su... utilitate. Iudex deinceps faciat... Si Praetor, qui ex hac lege quaeret, siue Quaestor, cui aerarium uel urbana prouincia obuenerit, eo magistratu iudicioue imperioue abierit abdicaueritue mortuusue erit, Quaestor qui post eum aerarium prouinciam habebit, is, uti quod recte factum esse uolet, facito ut ea omnia fiant quasi apud eum ea res acta esset, deque ea re ei Praetori Quaestori omnium rerum, quod ex hac lege factum non erit, siremps lex esto. ...iudicium fuit fueritue ex lege, quam L. Calpurnius L. filius tribunus plebis rogauit, exue lege, quam M. Iunius D. filius tribunus plebis rogauit, qui eorum, eo iudicio condemnatus est eritue, quo magis de ea re eius nomen hac lege deferatur, quoue magis de e ...t ante quam ea res... sanctio ...m rem iudicandam adfuerint, qui uiuent eorum maiori parti satis fecerit ...Siquis eorum, qui... ne... ad Praetorem, cuius ex hac lege quaestio erit, detulerit, et is eo iudicio hac lege condemnatus erit, tum is qui ex hac lege nomen detulerit, ... militiaeque eis uocatio esto, aera stipendiaque om-

---

1) emendavit Klenz. In tabula: *sunt.*

magis[str]atus pr[ove magistratu prove quo imperio potestateve erit, facito quo minus ita siet .... condem]natus erit tum quei eiu[s nomen] detolerit, quoius eorum opera ma.... repetetur, de ea re eius....o utrum velit vel in sua ceivitat[e] ....bere liceto. [Sei quis cei]vis romanus ex hace lege alt[erei nomen detulerit] .... quoi ex hace [lege .... iudi]catio erit esseve oport[et .... pe]regrinos ious .... atei....

---

nia merita sunto. Nequi magistratus proue magistratu proue quo imperio potestateue erit, facito quo minus ita sit.... condemnatus erit, tum qui eius nomen detulerit, cuius eorum opera ma... repetetur, de ea re eius ...o utrum uelit uel in sua ciuitate ...bere liceto. Siquis ciuis Romanus ex hac lege alteri nomen detulerit, ... Cui ex hac lege ... catio erit esseue oportet peregrinos ius... ati....

Plebiscitum de Thermensibus maioribus Pisidis.

1680. Tabula aenea Neapoli in museo Borbonico asservatur, duabus columnis inscripta. Non integrum plebiscitum continet, ut ex praescriptione mutilata apparet, quae supra utramque columnam procurrens in proxime sequenti tabula nunc amissa ad finem perducta erat. Declarantur Thermenses maiores Pisidae hac tabula liberi amici sociique populi romani. Primus edidit Aldus Manutius De Orthogr. lat. rat. p. 470; secuti sunt Sigonius De antiquo iure provinc. I, 10. Gruterus Thes. inscript. p. 500. Muratorius Nov. Thes. Tom. II. p. 982. alii ad Dirksenium usque, qui egregio commentario illustravit (Versuche für Kritik u. Auslegung der Quellen des röm. Rechts. p. 137 seqq.). Post Dirksenium ediderunt Haubold. Monument. legal. p. 134. Egger latini sermon. reliq. p. 278. Denuo ad tabulam exegit et de universa lege exposuit Göttling Fünfzehn röm. Urkunden p. 12. Dirksenius plebiscitum anno u c. 681 (L. Gellio, Cn. Lentulo coss.) assignat, anno 690 Göttlingius, qui quidem hanc tabulam instrumentum originarium esse e rubrica sinistrorsus suprascripta a prioribus editoribus neglecta concludit.

L. de Thermesi. Pisid. Mai. [1])

C. Antonius MF. CN. Corne........

C. Fundanius CF. Tr. pl. de S. S. plebem....

Preimus scivit.....[2])

Quei Thermeses maiores Peisidae fuerunt, queique eorum le-

---

1) Lex de Thermensibus Pisidis maioribus. — 2) Priorès ante Göttlingium editores cum DESS. legerent puncto inter utramque literam S omisso ita intellexerunt: C. Antonius Marci filius, Cn. Cornelius, C. Fundanius Cai filius, Tribuni plebis designati. Sed Göttlingius, qui in tabula literas S puncto seiunctas perspexit, ita supplet: C. Antonius Marci filius, Caii nepos Cornelia (i. e. tribu) Consul ad senatum retulit, C. Fundanius Caii filius Tribunus plebis de senatus sententia plebem ioure rogavit, plebsque ioure scivit. Principium fuit tribus.... pro tribu preimus scivit......

gibus Thermesium maiorum [1]) Pisidarum aute k. april., quae fuerunt L. Gellio [2]) Cn. Lentulo coss., Thermeses maiores Pisidae facti sunt, queique ab [3]) ieis prognati sunt erunt, iei omnes postereique eorum Thermeses maiores Peisidae leiberi amicei socieique populei romani sunto, eique legibus sueis ita utunto, itaque ieis omnibus sueis legibus Thermensis [4]) maioribus Pisideis utei liceto, quod advorsus hanc legem non fiat.

Quei agri quae loca aedificia publica preivatave Thermensium maiorum Pisidarum intra fineis eorum sunt fueruntve [5]) ieis consolibus, quei supra scriptei sunt, quodque earum rerum ieis consulibus iei habuerunt possiderunt [6]) usei fructeive sunt, quae de ieis rebus [locata non sunt utei] an[tea habeant possideant], quaeque de iis rebus [agreis loceis aedificieis locata sunt] haec ne [locent]ur [sancitum est santione q]uae facta est [ex lege rogata L. Gellio Cn. Lentulo Coss. e]a omnia The[rmeses maiores Peisidae habeant] possideant ieisque [rebus loceis agreis aedificieis u]tantur fruantur ita utei an[te bellum Mitridatis quod] preimum fuit habuerunt [possederunt usei fructei]ve sunt. [7])

Quae Thermensium maiorum Pisidarum publica preivatave praeter loca agros aedificia sunt fueruntve ante bellum Mitridatis, quod preimum factum est, quodque earum rerum iei antea habuerunt possederunt usei fructeive sunt, quod eius ipsei sua volutate ab se non abalienarunt, ea omnia Thermensium maiorum Pisidarum uti sunt fuerunt, ita sunto, itemque ieis ea omnia habere possidere uutei frueique liceto.

Quos Thermenses maiores Pisidae leiberos servosve bello Mitridatis ameiserunt, magistratus pr[ove] magistratu, quoia de ea re iurisdictio erit, qu[um] de ea re in ious aditum erit, ita de ea re ious deicunto iudicia recuperationes [8]) danto utei iei eos recuperare possint.

Nei quis magistratus prove magistratu legatus nev[e] quis alius meilites in oppidum Thermesium maiorum hiemandi caussa introducito, neive facito quo quis eo meilites introducat, quove ibei meilites hiement, nisei senatus nominatim utei Thermesium maiorum Pisidarum in hibernacula meilites deducantur decreverit; neive quis magistratus prove magistratu legatus neu quis alius neive inperato

---

1) *maiorem* tabula mendose. Editores alii *Peisidae*, alii *Pisidae*. Tabula: *Peisidae* et mox altera scriptione *Pisidarum*. — 2) *L. Callio*. Murat. — 3) spatium inter *ab* et *iis* relictum est ob aeris aliquod impedimentum, neque quidquam excidit. Göttling. Pro *queique* Muratorius: *queive*. — 4) mendose pro Thermensibus. — 5) *fuerunt*. Murat. — 6) *possederunt* Murat. Litera I in *possiderunt* non satis clare scribitur. Göttling. — 7) Lacerum locum Muratorius ita ut in textum recepimus restituit, praeterquam quod pro *haec ne* Murator exhibet *ac ne*; tabula dat: *hac ne*. Pro *locentur* tabula habet: *locentce*. — 8) *recuperationes* clara scriptura in tabula est, ut coniectura Sellii (Die Recuperatio der Römer p. 329) *iudicia recuperatoria* non indigeamus: nam *iudicia recuperationes* idem est quod: *iudicia vel recuperationes*. Göttling.

17*

quoquid magis iei dent, praebeant, ab ieisve auferatur, nisei quod eos ex lege Portia dare praebere oportet oportebit.

Quae leges quodque ius quaeque consuetudo L. Marcio Sex. Iulio coss. inter civeis Romanos et Termenses maiores Pisidas fuit, eaedem leges eidemque ious eademque consuetudo inter ceives romanos et Termenses maiores Pisidas esto; quodque quibusque in rebus loceis agreis aedificieis oppideis iouris Termensium maiorum Pisidarum ieis consulibus, quei supra scriptei sunt, fuit. quod eius praeter loca agros aedificia ipsei sua voluntate ab se non abalienarunt, idem in iisdem rebus loceis agreis aedificieis oppideis Termensium maiorum Pisidarum ious esto, et quo minus ea, quae in hoc capite scripta sunt, ita sint fiant, eius hac lege nihilum rogatur. Quam legem portorieis terrestribus maritimeisque Termenses maiores Phisidae capiundeis intra suos fineis deixserint, ea lex ieis portorieis capiundeis esto, dum nei quid portori ab ieis capiatur, quei publica populi romani vectigalia redempta habebunt, quos per eorum fineis publicanei ex eo vectigali transportabunt.

Lex de scribis viatoribus et praeconibus sive de XX quaestoribus.

1681. Huius legis partem continet tabula aerea Neapoli in museo Borbonico asservata, binis columnis inscripta, quae sinistrorsus in summa margine hanc rubricam insculptam prae se fert: VIII DE XX Q. Quam inscriptionem omnes editores priores praeter unum Augustinum praetermiserunt; atque is quidem intelligit, Mommsenio nunc adstipulante, octavam tabulam de lege L. Cornelii Sullae, qua numerus quaestorum ad vicenos usque auctus est (Tacit. Annal. XI, 22.). Sed quum plebiscitum esse appareat, Sulla contra tributis comitiis omnem legum ferendarum potestatem ademerit, Göttlingius legis Titiae de quaestoribus a Cicerone commemoratae (pro Murena. c. 8.) partem hac tabula contineri censet, atque programma sive rubricam, cuius partem priorem cum antecedente tabula periisse censet, ita supplet: L. DE OFF. PRIM. VIII DE XX Q. i. e. lex de officio primorum octo de viginti quaestoribus. Octo autem quaestorum in Italia munere suo fungentium officia separatim hac lege constitui, quia reliquorum duodecim quaestorum officia classicorum sive militarium a consulibus et praetoribus regerentur.

Universae autem de quaestoribus legis haec tabula nonnisi partem eamque minoris momenti continet, de quaestorum apparitoribus legendis, scribis, viatoribus, praeconibus. Corneliae legis fragmentum esse novis argumentis comprobat Th. Mommsen in Bergk et Caesar Zeitschrift für d. Alterth. W. 1846. N. 14.

Ediderunt primus Sigonius De antiquo iure civium rom. II, 9. 15. deinde: Fulv. Ursinus apud Augustin. De legib. n. XVI. XVII. Gruter. p. 628. Murat. Nov. thes. T. II. p. 581. Haubold Monum. legal. p. 85. Egger Lat. sermon. reliq. p. 285. Göttling Fünfzehn Urkund. p. 7. Quibus editoribus addendus est Mommsen Ad legem de scribis etc. Kiloniae. 1843.

(Cf. Richter Jahrb. Tom. XV. p. 475.) et Göttling. Lex de scribis, praeconibus quaestoriis. Ien. 1844. 4.

....Principium fuit pro tribu....

Q. urb. [1] quei aerarium provinciam optinebit, eam mercedem deferto, quaestorque quei aerarium provinciam optinebit, eam pequniam [2] ei scribae scribeisque heredive eius solvito, idque ei sine fraude sua facere liceto, quod sine malo pequlatu fiat. olleisque hominibus eam pecuniam capere liceto.

Cos. quei nunc sunt, iei ante k. decembreis [3] primas de eis quei cives romanei sunt, viatorem unum legunto, quei in ea decuria viator appareat, quam decuriam viatorum ex noneis decembribus primeis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Eidem cos. ante k. decembr. primas de eis quei cives romanei sunt, praeconem unum legunto. quei in ea decuria praeco appareat, quam decuriam praeconum ex noneis decembribus primeis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Deinde eidem consul. ante k. decembreis primas viatorem unum legunto, quei in ea decuria viator appareat, quam decuriam viatorum ex noneis decembribus secundeis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit; eidemque cos. ante k. decembreis primas praeconem unum legunto, qui in ea decuria praeco appareat, quam decuriam praeconum ex noneis decembribus secundeis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Deinde eidem cos. ante k. decembreis primas viatorem unum legunto, quei in ea decuria viator appareat, quam decuriam viatorum ex noneis decembribus tertieis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit; eidemque cos. ante k. decembreis primas praeconem unum legunto. quei in ea decuria praeco appareat, quam decuriam praeconum ex noneis decembribus tertieis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit: eosque viatores eosque praeconeis omneis, quos eo ordine dignos arbitrabuntur, legunto. Quam in quisque decuriam ita viator lectus erit, is in ea decuria viator esto item utei ceteri eius decuriae viatores erunt; quamque in quisque decuriam ita praeco lectus erit, is in ea decuria praeco esto ita utei ceteri eius decuriae praecones erunt, sirempsque eis viatoribus, deque eis viatoribus q. [4] omnium rerum iuus lexque esto, quasei sei ei viatores in eam decuriam in tribus viatoribus antea lectei sublectei essent. Quam in quisque decuriam eorum ex hac lege viator lectus erit, sirempsque eis praeconibus, deque eis praeconibus quaestori omnium rerum iuus lexque esto, quasei sei ei praecones in eam decuriam in tribus praeconibus antea lectei sublectei essent, quam in quisque decuriam eorum ex hac lege praeco lectus erit.

Quosquomque quaestores ex lege plebeive scito viatores legere

1) quaestor urbanus. — 2) *pecuniam.* Sigon. — 3) *Decembris.* Sigon. — 4) quaestoriis. Sigonius male: *viatoribusq. omnium.*

sublegere oportebit, ei quaestores eo iure ea lege viatores IIII legunto sublegunto, quo iure qua lege quei nunc sunt, viatores III legerunt sublegerunt; quosque quomque quaestores ex lege plebeive scito praecones sublegere oportebit [1]), ei quaestores eo iure ea lege praecones IIII legunto sublegunto, quo iure qua lege quaestores quei nunc sunt, praecones III legerunt sublegerunt, dumni [2]) quem in eis viatoribus praeconibus legundeis sublegundeis in eius viatoris praeconis locum viatorem praeconem legant sublegant, quoius in locum per leges plebeive scita viatorem praeconem legei sublegei [3]) non licebit; itaque de eis quattuor viatoribus quaestor queiquomque erit viatores sumito habeto, utei ante hanc legem rogatam de tribus viatoribus viatores habere sumere solitei sunt; itaque de eis quattuor praeconibus quaestor queiquomque erit praecones sumito habeto, utei ante hanc legem rogatam de tribus praeconibus praecones habere sumere solitei sunt. Itemque eis viatoribus praeconibus qui ex hac lege lectei erunt, vicarium dare subdere ius esto licetoque, uti ceteris viatoribus praeconibus, qua in quisque decuria est, vicarium dare subdere iuus erit licebitque; itemque quaestor. [4]) ab ieis vicarios accipiunto, utei a cetereis viatoribus praeconibus vicarios accipei oportebit.

Viatores praecones quei ex hac lege lectei sublectei erunt, iis viatoribus praeconibus magistratus prove mag. mercedis item tantundem dato, quantum ei viatori praeconei darei oporteret, sei is viator de tribus viatoribus isque praeco de tribus praeconibus esset, quei ante hanc legem rogatam utei legerentur, institutei sunt.

Quas in decurias viatorum praeconum consul ex hac lege viatores praecones legerit, quorum viatorum praeconum nomina in eis decurieis ad aedem Saturni in pariete intra caveas proxume ante hanc legem....

Tabula Heracleensis.

1682. Prope Heracleam antiquam in litore sinus Tarentini binae laminae aeneae anno 1732 sunt repertae, unius communis tabulae fragmenta, in adversa parte polita et ad scripturam recipiendam primitus destinata graecis literis insculptae, in aversa parte latinis; quarum laminarum altera in Britanniam aliquando delata aeris Britannici nomen, altera Neapolin delata aeris Neapolitani nomine insigniuntur, nunc utraeque laminae in unam tabulam conglutinatae Heracleensis tabulae sive (tabularum Hecleensium) nomen sortitam, Neapoli in museo Borbonico asservantur. Superior tabulae lamina, quae aeris Britannici nomine appellatur, a capite truncata, plura continet ad urbis Romae frumentationes, vias, loca publica

---

1) *oportebat* Sigon. — 2) *dumni* coniunctim tabula; *dum ni* separatim Sigon. *dum in* mendose Haubold. — 3) *sublegei* Sigon. — 4) *quaestores*, quod plene scriptum exhibet Sigon. Mox. Haubold et Egger vitiose: *accipiundo*.

tuenda spectantia septuaginta quatuor versibus conscripta; lamina inferior sive aes Neapolitanum centum sexaginta tribus versibus constans, proxime antecedentia perpetuo tenore continuat et absolvit, sed maximam sui partem legem continet de magistratibus et decurionatu in municipiis et coloniis civium romanorum constituendis. Haec tam disparium rerum coniunctio Mazochium adduxit, ut legum romanarum Digestum municipiorum in usum compositum haberet, vel legem aliquam saturam, id est, legem multis aliis legibus confertam. Quam posteriorem sententiam Savinius (Zeitschrift für gesch. Rechtswiss. Vol. IX. p. 300—378. „Der römische Volksbeschluss der Tafel von Heraclea") ita comprobat, ut universa causa luculenter illustrata legem saturam esse statuat a Iulio Caesare latam, cuius potior pars sit lex Iulia municipalis, anno u. c. 709 assignandam. Göttlingius, qui nuper de eadem re exposuit ut legem Iuliam municipalem tabula contineri agnoscit, ita quae in tabula legem Iuliam antecedunt an unam communem legem saturam efficiant eodem anno cum lege municipali datam, pluribus rationibus addubitat, adque ad Mazochii sententiam accedens hac tabula leges diversas contineri diversis temporibus latas sed omnes ad municipia regenda vel necessarias vel perutiles, ideoque coniunctas arbitratur. Puchta (Institut. I. p. 386) eumque sequens Reinius (Pauly Realencyclopaed. IV. p. 978) unam legem municipalem simplicem non saturam habent, neque diversas leges eadem tabula comprehensas.

Ediderunt superiorem partem sive aes Britannicum: Mich. Maittaire (Antiquae inscriptiones duae. Lond. 1736. fol.); F. C. Conradi (Libri III Parergorum. Helmstadt. 1738. p. 350 seqq.); F. Maffei (Osservazioni letterarie. Verona. 1788. Tom. III. p. 265. Museum Veron. p. 437); Muratorius (Thes. inscr. Tom. II. p. 582.); H. E. Dirksen (Civilist. Abhandlungen. Tom. II. p. 144.); inferiorem partem sive aes Neapolitanum. Dirksen (Observationes ad tabulae Heracl. partem alteram. Berolin. 1817.) Utrumque fragmentum: A. S. Mazochius (Comentarii in tabulas Heracleenses. Neapol. 1754. fol. P. I. et II. G.). G. Hugo (Civilist. Magazin. Tom. III. p. 340); L. Marezoll (Fragmentum legis romanae in aversa tabulae Heracleensis parte. Göttingae. 1816. 8.); Haubold (Monum. legal. p. 98.); Egger (Latin. sermon. reliquiae p. 296); Göttling (Funfzehn Urkund. p. 59). Capitum distributio ab editoribus addita est.

Caput I.

Quem h. l. ad cos. profiterei oportebit, sei is, quom eum profiterei oportebit, Romae non erit, tum quei eius necotia curabit, is eadem [1]) omnia, quae eum, quoius necotia curabit, sei Romae

---

Caput I.

Quem hac lege ad consulem profiteri oportebit, si is quum eum profiteri oportebit, Romae non erit, tum qui eius negotia curabit, is eadem

1) *eaedem* tabula Göttling; priores edd. *eafdem.*

esset, h. l. profiterei oportebit [1]), item isdemque diebus ad cos. profitemino.

Quem h. l. ad cos. profiterei oportebit, sei is pup., seive ea vq erit, tum quei eius pup. vqve tutor erit, item eademque omnia in iisdem diebus ad cos. profitemino, ita utei et quae, quibusque diibus, eum eamve, sei pup. vqve non est, h. l. profiterei oporteret.

Sei cos. atque [2]) h. l. professiones fierei oportebit Romae non erit, tum is, quem profiterei oportebit, quod eum profiterei oportebit, ad pr. urb., aut, sei is Romae non erit, ad eum pr. quei inter peregrinos ius deicet, profitemino, ita utei eum ad cos., sei tum Romae esset, h. l. profiterei oporteret.

Sei ex iis cos. et pr., ad quos h. l. professiones fieri oportibit, nemo eorum Romae erit, tum is quem profiterei oportebit, et [3]) quod eum [4]) profiterei oportebit. ad tr. pl. profitemino, ita utei eum ad cos. pr. urb. eumque quei inter peregrinos ius deicet, sei tum Romae esset, h. l. profiterei oporteret.

Quod quemquem h. l. profiterei oportebit, is apud quem ea professio fiet eiusque [5]) profitebitur nomen, et ea quae professus

---

omnia, quae eum, cuius negotia curabit, si Romae esset, hac lege profiteri oporteret, item iisdemque diebus ad consulem profitetor.

Quem hac lege ad consulem profiteri oportebit, si is pupillus, sive ea pupilla erit, tum qui eius pupilli pupillaeve tutor erit, item eademque omnia, in iisdem diebus ad consulem profitetor, ita, uti et quae, quibusque diebus, eum eamve, si pupillus pupillave non esset, hac lege profiteri oporteret.

Si consul, ad quem hac lege professiones fieri oportebit, Romae non erit, tum is, quem profiteri oportebit, quod eum profiteri oportebit, ad praetorem urbanum, aut, si is Romae non erit, ad eum praetorem, qui inter peregrinos ius dicet, profitetor, ita, uti eum ad consulem, si tum Romae esset, hac lege profiteri oporteret. Si ex iis consulibus et praetoribus, ad quos hac lege professiones fieri oportebit, nemo eorum Romae erit, tum is, quem profiteri oportebit quod eum profiteri oportebit, ad tribunum plebis profitetor, ita uti eum ad consulem, praetorem urbanum, eumve qui inter peregrinos ius dicet, si tum Romae esset, hac lege profiteri oporteret.

Quod quemquem hac lege profiteri oportebit, is, apud quem ea professio fiet (et) eius, qui profitebitur, nomen, et ea, quae professus

---

1) *oportebit* tabula et omnes editores. sed haud dubie oratione indirecta coniunctivum flagitante, corrigendum esse in: *oporteret* demonstrant proxime sequentes versus. Marez. — 2) *atque ad quem* h. l. corrigendum censet Maittaire. — 3) Pro *et* necnecessario Marezoll emendaturus est: *uti et.* — 4(Maittaire: *eum eum*, quod ipse corrigit *eum tum*; Conradius: *eum eam.* Sed tabula secundum Göttlingium: *eum* simplice vice. — 5) Marezoll coniicit: *eiusque quei* vel *et eius quei.*

erit, et quo die professus sit, in tabulas publicas referunda curato, eademque omnia, quae, uteique in tabulas rettulerit, ita in tabulam, in album referunda, idque apud forum[1], et, quom frumentum populo dabitur, ibei ubei frumentum populo dabitur, cottidie maiorem partem diei propositum habeto, u. d. p. r. l. p.

Queiquomque frumentum populo dabunt, damdumve curabit, neique eorum, quorum nomina h. l. ad cos. pr. tr. pl. in tabula, in albo posita[2] erunt, frumentum dato, neve dare iubeto, neve sinito. Quei adversus ea eorum quei frumentum dederit, is in tr. m. I. HS IƆƆƆ[3] populo dare damas esto, eiusque pecuniae, quei volet, petitio esto.

Caput II.

Quae viae in urbem Rom. propiusve u. R. p.[4], ubei continente habitabitur, sunt erunt, quoius ante aedificium earum quae viae erunt, is eam viam, arbitratu eius aed., quoi ea pars urbis h. l. obvenerit, tueatur, isque aed. curato, uti quorum ante aedificium erit, quamque viam h. l. quemque tueri oportebit, ei omnes arbitratu eius tueantur, neve eo loco aq.[5] consistat, quominus commode populus ea via utatur.

---

erit, et quo die professus sit, in tabulas publicas referunda curato, eademque omnia, quae, uti que in tabulas retulerit, ita in tabulam, in album referunda, idque apud forum, et, quum frumentum populo dabitur, ibi, ubi frumentum populo dabitur, quotidie maiorem partem diei propositum habeto, unde de plano recte legi possit.

Quicunque frumentum populo dabunt, dandumve curabit, ne cui eorum, quorum nomina hac lege a Consule, praetore, tribuno plebis in tabula, in albo proposita erunt, frumentum dato, neve dare iubeto, neve sinito.

Qui adversus ea, eorum cui frumentum dederit, is in tritici modium unum sestertios quingentos populo dare damnas esto, eiusque pecuniae (ei) qui volet, petitio esto.

Caput II.

Quae viae in urbe Roma, propiusve urbem Romam passus mille, ubi continenti habitabitur, sunt, erunt, cuius ante aedificium earum quae viae erunt, is eam viam, arbitratu eius aedilis, cui ea pars urbis hac lege obvenerit, tueatur, isque aedilis curato, uti, quorum ante aedificium erit, quamque viam hac lege quemque tueri oportebit, ei omnes, arbitratu eius tueantur, neve eo loco aqua consistat, quo minus commode populus ea via utatur.

---

1) tabula mendose: *eorum*. — 2) tabula: *pposita*: priores edd. *proposita*. — 3) Notas Maffeius explicat: *intra mensem unum sestertios quingentos;* Conradius: *in tritici modium unum sestertios quingentos,* probante Marezollio. Numerum ex Göttlingii exemplo dedimus. Marezoll. Dirksen: HS. Ꝥ. Egger: HS. D. — 4) Post literam P. supplendum est M. ut intelligatur: passus mille. Eadem verba quae hoc capite ineunte sunt, infra scripta habentur, sed siglis expressa addita litera M. Maittaire explicat literam P. alio sensu: propiusve urbem romani populi. — 5) tabula mendose: AO.

Aed. cur. aed. pl. quei nunc sunt, queiquomque post h. l. factei, creati erunt, eumve mag. inierint, ici in diebus V proxumeis, quibus eo mag. designatei erunt eumve mag. inierint, inter se paranto aut sortiunto, qua in partei urbis quisque eorum vias publicas in urbem Roma. propiusve. u. R. p., reficiundas, sternendas curet, eiusque rei procurationem habeat.[1]) Quae pars quoique aed. ita h. l. obvenerit, eius aed. in eis loceis, quae in ea partei erunt, viarum reficiendarum, tuendarum procuratio esto, utei h. l. oportebit.

Quae viam pep.[2]) aedem sacram, it. aedificium locumve publicum, et inter aedificium privatum est erit, eius viae partem dimidiam is aed., quoi ea pars urbis obvenerit, in qua parte ea aedis sacra erit, seive aedilicium publicum, seive locus publicus, tuendam locato.

Quemquomque ante suum aedificium viam publicam h. l. tueri oportebit, quei eorum eam viam, arbitratu eius aed., quoius oportuerit, non tuebitur, eam viam aed., quoius arbitratu eam tuerei oportuerit, tuendam locato; isque aed. diebus ne minus X, antequam locet, apud forum, ante tribunale suom, propositum habeto, quam viam tuendam, et quo die locaturus sit, ei quorum ante aedificium ea via sit, eisque quorum ante aedificium ea via erit, procuratoribusve eorum, domum denuncietur facito, se eam viam locaturum,

---

Aedilis curulis, aedilis plebis, qui nunc sunt, quicunque post hanc legem facti, creati erunt, eumve magistratum inierint, ii in diebus quinque proxumis, quibus ei magistratui designati erunt, eumve magistratum inierint, inter se(com)paranto aut sortiunto, qua in parte urbis quisque eorum vias publicas in urbe Roma, propiusve urbem Romam passus mille, reficiundas, sternendas curet, eiusque rei procurationem habeat. Quae pars cuique aedili ita hac lege obvenerit, eius aedilis in iis locis, quae in ea parte erunt, viarum reficiendarum, tuendarum procuratio esto, uti hac lege oportebit.

Quae via inter aedem sacram, item aedificium locumve publicum, et inter aedificium privatum est, erit, eius viae partem dimidiam is aedilis, cui ea pars urbis obvenerit, in qua parte ea aedes sacra erit, sive aedificium publicum, sive locus publicus, tuendam locato.

Quemcunque ante suum aedificium viam publicam hac lege tueri oportebit, qui eorum eam viam, arbitratu eius aedilis, cuius oportuerit, non tuebitur, eam viam aedilis, cuius arbitratu eam tueri oportuerit, tuendam locato, isque aedilis diebus ne minus decem, antequam locet, apud forum, ante tribunale suum, propositum habeto, quam viam tuendam, et quo die locaturus sit, et quorum ante aedificium ea via erit, procuratoribusve eorum, domum denuncietur facito, se eam viam locaturum, et

---

1) tabula mendose: HABFAT. Editores priores ante Göttling. *habiat.* — 2) Ita tab. teste Göttling. priores: *pip.* pro *pep.* Sculptoris mendum subest, quod Maittaire corrigit: *quae via iter aed. sacr.* Fortasse scribendum: *quae via prope aed. sacr.*

et quo die locaturus sit; eamque locationem palam in foro [1] per q. urb., eumve quei aerario praerit, facito. Quamta pecunia eam viam locaverit, tamtae pecuniae eum eosque [2], quorum ante aedificium ea via erit, proportioni quantum quoiuque ante aedificium viae in longitudine et in latitudine erit, q. urb. queive aerario praerit, in tabulas publicas pecuniae factae referundum curato. [3] Ei, quoii eam viam tuemdam redemerit, tantae pecuniae eum eosve adtribuito, sine d. m. Sei is quei adtributus erit, eam pecuniam diebus XXX proxumiis, quibus ipse aut procurator eius sciet adtributionem factam esse, ei quoi adtributus erit, non solverit, neque satisfecerit, is quantae pecuniae adtributus erit, tantam pecuniam et eius dimidium ei [4] quoi adtributus erit, dare dibito [5], inque eam rim is, quoquomque de ea re aditum erit, iudicem iudiciumve ita dato, utei de pecunia credita ... iudiciumque dari oportebit.

Quam viam h. l. tuemdam locari oportebit, aed. quem eam viam tuendam locare oportebit, is eam viam per q. urb. queive aerario praerit, tuemdam locato, utei eam viam arbitratu eius quei eam viam locandam curaverit, tueatur. Quantam pecuniam ita quaeque via locata erit, t. p. q. urb. queive aerario praerit, redemtorei,

---

quo die locaturus sit: eamque locationem palam in foro per quaestorem urbanum, eumve qui aerario praeerit, facito. Quanta pecunia eam viam locaverit, tantae pecuniae eum, eosve, quorum ante aedificium ea via erit, pro portione quantum cuiusque ante aedificium viae in longitudine et in latitudine erit, quaestor urbanus, queive aerario praeerit, in tabulas publicas pecuniae factae referundum (referundos) curato. Ei, qui eam viam tuendam redemerit, tantae pecuniae eum eosve adtribuito, sine dolo malo. Si is, qui adtributus erit, eam pecuniam diebus triginta proxumis, quibus ipse aut procurator eius sciet, adtributionem factam esse, ei, cui adtributus erit, non solverit, neque satis fecerit, is, quantae pecuniae adtributus erit, dare debeto, inque eam rem is, quocunque de ea re aditum erit, iudicem iudiciumque ita dato, uti de pecunia credita (iudicem) iudiciumque dari oportebit.

Quam viam hac lege tuendam locari oportebit, aedilis, quem eam viam tuendam locare oportebit, is eam viam per quaestorem urbanum, quive aerario praeerit, tuendam locato, uti eam viam arbitratu eius, qui eam viam locandam curaverit, tueatur. Quanta pecunia ita quaeque via locata erit, tantam pecuniam quaestor urbanus, quive aerario praeerit, redem-

---

1) Tabula: *in fopo.* Pro antiqua forma literae R Conradus literam P habet, sed cum haec antiquior literae R forma alibi certa nusquam in tabula inveniatur, mendum potius habebitur. — 2) tab. *osque.* Emendavit Conrad. Sed Marezoll. corrigi malit: *eosve*, ut paulo infra legitur. — 3) tabula: *cupato*, ut mox aeque mendose: OVII pro *quoii* et IVEMDAM pro *tuemdam.* — 4) tabula: LI mendose pro: *ei.* Göttling. Priores edd. ii. — 5) tabula: dapedibito.

quoi e lece locationis dari oportebit, heredeive eius dandam adtribuendam curato.

Quominus aed. et IIII vir. vieis in urbem purgandeis, II vir. vieis extra propiusve urbem Romam passus purgandeis, queiquomque erunt, vias publicas purgandas curent, eiusque rei potestatem habeant, ita utei legibus pl. ve sc. s. [ve] c. oportet oportebit, eum h. l. n. r.

Quoius ante aedificium semita in loco erit, is eam semitam, eo aedificio perpetuo lapidibus perpetueis integreis continentem, constratam recte habeto, arbitratu eius aed., quoius in ea parte h. l. viarum procurator erit.

Caput III.

Quae viae in u. R. sunt, erunt, intra ea loca, ubi continenti habetabetur, nequis in ieis vieis post k. ianuar. primas, plostrum [1]) interdiu post solem ortum, neve ante horam X diei, ducito agito, nisi quod aedium sacrarum deorum inmortalium causa aedificandarum [2]) operisve publice faciumdei causa advehi portari oportebit, aut quod ex urbe exve ieis loceis, earum rerum, quae publice demolienda loca [3]) erunt, publice exportarei oportebit, et quarum rerum caussa plostra h. l. certeis hominibus, certeis de causeis, acere

---

tori, cui e lege locationis dari oportebit, heredive eius dandam, attribuendam curato.

Quo minus aediles et quatuorviri viis in urbe purgandis, duumviri viis extra propiusve urbem Romam passus mille purgandis, quicunque erunt, vias publicas purgandas curent, eiusque rei potestatem habeant, ita uti legibus plebisve scitis, senatusve consultis oportet, oportebit, eorum hac lege nihil rogatur.

Cuius ante aedificium semita in loco erit, is eam semitam, ei aedificio perpetuo lapidibus perpetuis integris continentem, constratam recte habeto, arbitratu eius aedilis, cuius in ea parte, hac lege, viarum procuratio erit.

Caput III.

Quae viae in urbe Roma sunt, erunt, intra ea loca, ubi continenti habitabitur, ne quis in iis viis post Kalendas Ianuarias primas, plostrum interdiu, post solem ortum, neve ante horam decimam diei, ducito, agito, nisi quod aedium sacrarum, deorum immortalium causa, aedificandarum, operisve publice faciundi causa advehi, portari oportebit, aut quod ex urbe, exve iis locis, earum rerum, quae publice demolienda loca erunt, publice exportari oportebit, et quarum rerum causa plostra hac lege certis hominibus, certis de causis, agere, ducere licebit: (ut:) quibus diebus

---

1) Sic tab. Priores editores: *plosrum*. — 2) tabula: *aedificandarunt*, sed litera T erasa. — 3) Hugo emendandum coniicit: *quae publice demoliendae locatae erunt*, eumque sequitur Dirksen.

ducere licebit; quibus diebus virgines Vestales, rex sacrorum, flamines, plostreis in urbe, sacrorum publicorum p. r. caussa, vehi oportebit; quaeque plostra triumphi caussa, quo die quisque triumphavit, ducei oportebit; quaeque plostra ludorum, quei Romae aut urbei Romae publice feient, inve pompam ludeis circiensibus, ducei agei opus erit; quove minus earum rerum causa, eisque diebus plostra interdiu in urbe ducantur agantur, e. h. l. n. r.

Quae plostra noctu in urbem inducta erunt, quominus ea plostra inania, aut stercoris exportandei caussa, post solem ortum h. X diei, bubus iumenteisve iuncta in u. R. et ab u. R. p. M. esse liceat, e. h. l. n. r.

Caput IV.

Quae loca publica porticusve publicae in u. R. p. ve. u. R. p. M.[1]) sunt erunt, quorum locorum quoiusque porticus aedilium eorumve mag., quei vieis loceisque publiceis. u. R. p. ve. u. R. p. M. purgandeis praerunt, lecibus procuratio est erit, neiquis in ieis loceis, inve ieis porticibus quid in aedificatum inmolitomve habeto, neve ea loca porticumve quam possideto, neve eorum quod saeptum clausumve habeto, quominus eis loceis porticibusque populus utatur pateantve, nisi quibus uteique leg. pl. ve. sc. s. ve. c. concessum, permissumve est. Quibus loceis ex lege locationis, quam censor

---

virgines Vestales, regem sacrorum, flamines, plostris in urbe, sacrorum publicorum populi Romani causa, vehi oportebit, quaeque plostra triumphi causa, quo die quisque triumphabit. duci oportebit, quaeque plostra ludorum, qui Romae aut urbi Romae publice fient, inve pompam ludis circensibus, duci, agi opus erit; quove minus earum rerum causa, eisque diebus plostra interdiu in urbe ducantur, agantur, eorum hac lege nihil rogatur.

Quae plostra noctu in urbem inducta erunt, quo minus ea plostra inania, aut stercoris exportandi causa, post solem ortum horis decem diei bobus iumentisve iuncta in urbe Roma et ab urbe Roma passus mille esse liceat, eorum hac lege nihil rogatur.

Caput IV.

Quae loca publica porticusque publicae in urbe Roma propiusve urbem Romam passus mille sunt, erunt, quorum locorum, cuiusque porticus aedilium eorumve magistratuum, qui viis locisque publicis urbis Romae propiusve urbem Romam passus mille purgandis praeerunt, legibus procuratio est, erit, ne quis in iis locis, inve iis porticibus quid inaedificatum inmolitumve habeto, neve ea loca porticumve quam possideto, neve eorum quod septum clausumve habeto, quo minus eis locis porticibusque populus utatur pateantve, nisi quibus utique legibus, plebisvescitis, senatusve consultis concessum, permissumve est.

---

1) signum numeri millenarii ab aliis praetermissum legit in tabula Göttling.

aliusve quis mag. publiceis vectigalibus ultrove tributeis fruendeis tuendisve dixet dixerit, eis quei ea fruenda tuendave conducta[1] habebunt[2], ut utei fruei liceat, utei ea ab eis custodiantur, cautum est, ei quominus eis loceis utantur fruantur ita utei quoque eorum ex lege locationis eidem utei fruei licebit, ex h. l. n. r.

Quos ludos quisque Romae p. ve u. R. p. M. faciet, quominus ei eorum ludorum caussa scaenam pulpitum ceteraque quae ad eos ludos opus erunt, in loco publico ponere statuere, eisque diebus, quibus eos faciet, loco publico utei liceat, e h. l. n. r.

Quei scribae librarei magistratibus apparebunt, ei quominus loceis publiceis ubei is[3] quisque eorum apparebunt, iuserit, apparendi caussa utantur, e. h. l. n. r.

Quae loca serveis publiceis ab cens. habitandei utendei caussa adtributa sunt, ei quominus eis loceis utantur, e. h. l. n. r.

Caput V.

Queiquomque in municipieis coloneis praefectureis foreis conciliabuleis c. r. II vir. IIII vir. erunt, aliove quo nomine mag. potestatemve, suffracio[4] eorum, quei quoiusque municipia coloniae prae-

---

Quibus locis ex lege locationis, quam censor aliusve quis magistratus publicis vectigalibus ultrove tributis fruendis tuendisve dixit, dixerit, eis qui ea fruenda tuendave conducta habebunt, ut uti frui liceat, uti ea ab iis custodiantur, cautum est, ii quo minus eis locis utantur, fruantur ita uti cuique eorum ex lege locationis iisdem uti frui licebit, ex hac lege nihil rogatur.

Quos ludos quisque Romae propiusve urbem Romam passus mille faciet, quo minus ei, eorum ludorum causa, scenam, pulpitum ceteraque, quae ad eos ludos opus erunt, in loco publico ponere, statuere, eisque diebus, quibus eos faciet, loco publico uti liceat, ex hac lege nihil rogatur.

Qui scribae librarii magistratibus apparebunt, ii quo minus locis publicis, ubi is, cuicunque eorum apparebunt, iusserit, apparendi causa utantur, ex hac lege nihil rogatur.

Quae loca servis publicis ab Censore habitandi, utendi causa adtributa sunt, ii quo minus eis locis utantur, ex hac lege nihil rogatur.

Caput V.

Quicunque in municipiis, coloniis, praefecturis, foris, conciliabulis civium Romanorum duumviri, quatuorviri erunt, aliove quo nomine magistratum potestatemque suffragio eorum, qui cuiusque municipii, coloniae,

---

1) Prior. add. *condula.* sed tabula hoc mendo caret. Göttling. — 2) Hactenus aes Britannicum. Sequitur aes Neapolitanum. — 3) Mazoch IS accipit pro: *iis,* ut sensus sit: ubi iis (i. e. magistratibus) quisque eorum (i. e. scribarum) apparebunt. Marezollius corrigendum arbitratur: *quoique* (i. e. cuique) pro *quisque.* — 4) tabula mendose: *sueracio* pro: *suffragio*; ut paulo infra *foro* pro *fori.*

fecturae foro conciliabuli erunt, habebunt, nei quis eorum que[1]) in eo municipio coloniae praefecturat foro conciliabulo, senatum decuriones conscriptosve lecito, neve sublecito, neve coaptato[2]), neve recitandos curato, nisi in demortuei damnateive locum, eiusve quei confessus erit se senatorem decurionem conscreiptumve ibei h. l. esse non licere.

Caput VI.

Quei minor annos XXX natus est erit nei quis eorum post k. ianuar. secundas in municipio colonia praefectura, II vir. IIII vir. neve quem alium mag. petito neve capito neve gerito, nisei quei eorum stipendia equo in lecione III, aut pedestria in legione VI fecerit, quae stipendia in castreis inve provincia maiorem partem sui quoiusque anni fecerit, aut bina semestria, quae ei pro sinculeis anneis procedere oporteat, aut ei vacatio[3]) rei militaris lecibus pl. ve sc. exve foidere erit, quoqirca eum inveitum merere non oporteat. Neve quis que praeconium dissignationem libitinamve faciet, dum eorum quid faciet, in municipio colonia prafectura, II vir. IIII vir. aliumve quem mac. petito neve capito neve gerito neve habeto, neve ibei senator neve decurio, neve conscriptus esto, neve sen-

---

praefectura, fori, conciliabuli erunt, habebunt, ne quis eorum (ali)quem in eo municipio, colonia, praefectura, foro, conciliabulo, (in) senatum, decuriones, conscriptosve legito, neve sublegito neve cooptato, neve recitandos curato, nisi in demortui, damnative locum, eiusve, qui confessus erit, se senatorem, decurionem, conscriptumve ibi hac lege esse non licere.

Caput VI.

Qui minor annos triginta natus est, erit, ne quis eorum post Kalendas Ianuarias secundas in municipio, colonia, praefectura, duumviratum, quatuorviratum, neve quem alium magistratum petito, neve capito, neve gerito, nisi qui eorum stipendia equo in legione tria aut pedestria in legione sex fecerit, quae stipendia in castris, inve provincia maiorem partem sui cuiusque anni fecerit, aut bina semestria, quae ei pro singulis annuis procedere oporteat, aut ei vacatio rei militaris legibus plebisvescitis exve foedere erit, quocirca eum invitum merere non oporteat. Neve quis qui praeconium, dissignationem, libitinamve faciet, in municipio colonia, praefectura duumviratum, quatuorviratum aliumve quem magistratum petito, neve capito, neve gerito, neve habeto, neve ibi senator, neve decurio, neve conscriptus esto, neve sententiam dicito. Qui eorum ex

---

1) Pro *eorum que* Mazoch. restituendum censet: *eorum quem* vel *eorum quos*; quarum emendationum priorem praefert Marezoll. — 2) pro *cooptato;* quamquam Mazoch. p. 405 hanc lectionem *coaptato* confessi erroris damnare non audet. Paulo superius Marezollio ante vocem *senatum* praepositio *in* male excidisse videtur, atque Mazochii interpretatio *senatum* accipientis pro: *senatores* nimis quaesita. — 3) tabula mendose: *vocatio.*

tentiam dicito. Quei eorum ex eis quei s. s. s., adversus ea fecerit, is HS IↃↃↃ p. d. d. e., eiusque pecuniae, quei volet, petitio esto.

Caput VII.

Quiquomque in municipio coloniae praefectura post k. quict. prim. comitia II vir. IIII vir. aleive quoi mag. rogando subrogandove habebit, is ne quem, quei minor aneis [1]) natus est erit, II vir. III vir. quei [2]) ibei alium mag. hapeat, renuntiato, neve renuntiarei iubeto, nisi quei stipendia equo in lecione III, aut stipindia pedestria in lecione VI fecerit, quae stipendia in castreis inve provincia maiorem partem sui quoiusque anni fecerit, aut bina semestria, qua ei pro singuleis annueis procedere oporteat, cum eo quod ei lecibus, pl. ve sc., procedere oportebit, aut ei vacatio [3]) rei militaris legibus pl. ve sc. exve foedere erit, quocirca eum invitum merere non oporteat. Neve eum, quei praeconium, dissicnationem libitinanve faciet, dum eorum quid faciet, II vir. III vir. queive ibei mac. sit, renuntiato, neve in senatum neve in decurionum conscriptorum numero legito sublecito coptato. neve sententiam rocato, neve dicere ferre iubeto sc. d. m. Quei adversus ea fecerit, is HS IↃↃↃ p. d. d. esto, eiusque pecuniae, quei volet, petitio esto.

---

iis, qui supra scripti sunt, adversus ea fecerit, is sestertios DↃↃ populo dare damnas esto, eiusque pecuniae (eius) qui volet, petitio esto.

Caput VII.

Quicunque in municipio, colonia, praefectura post Kalendas Quinctiles primas comitia duumviris, quatuorviris, aliive cui magistratui rogando, subrogandove, habebit, is ne quem, qui minor annis (triginta) natus est, erit, duumvirum, quatuorvirum, quive ibi alium magistratum habeat, renuntiato, neve renuntiari iubeto, nisi qui stipendia equo, in legione tria, aut stipendia pedestria, in legione, sex fecerit, quae stipendia in castris, inve provincia maiorem partem sui cuiusque anni fecerit, aut bina semestria, quae ei pro singulis annuis procedere oporteat, cum eo, quod ei legibus, plebisvescitis, procedere oportebit, aut ei vacatio rei militaris legibus, plebisvescitis, exve foedere erit, quocirca eum invitum merere non oporteat, neve eum, qui praeconium, dissignationem, libitinamve faciet, dum eorum quid faciet, duumvirum, quatuorvirum, quive ibi magistratus sit, renuntiato, neve in senatum, neve in decurionum, conscriptorum numerum legito, neve dicere, neve ferre iubeto, sciens dolo malo. Qui adversus ea fecerit, is sestertios DↃↃ populo dare damnas esto, eiusque pecuniae, qui volet, petitio esto.

---

1) Supple e cap. proxime antecedente numerum XXX. — 2) Haud dubie legendum: *queive ibei*, quod et sensus postulare videtur et iisdem verbis infra legitur. — 3) tabula iterum mendose: *vocatio.*

Caput VIII.

Quae municipia colonia praefectura fora conciliabula c. r. sunt erunt, nequis in eorum quo municipio colonia praefectura [1]) conciliabulo senatu decurionibus conscripteisque esto, neve quoe ibi in eo ordine sentemtiam deicere ferre liceto, quei furtei, quod ipse fecit fecerit, condemnatus pactusve est erit, queive iudicio fiducio [2]), pro socio, tutelae, mandatei, iniuriarum, deve d. m. condemnatus est erit, queive lece Plaetoria [3]) ob eamve rem quod adversus eam lecem fecet fecerit, condemnatus est erit, queive depucnandei caussa auctoratus est erit, fuit fuerit, queive in iure abiuraverit [4]), bonamve copiam iuravit iuraverit; quei sponsoribus creditoribusve sueis renunciavit renuntiaverit se soldum solvere non posse, aut cum eis pactus est erit se soldum solvere non posse; prove quo datum depensum est erit, quoiusve bona ex edicto eius qu. i. d. [5]) praefuit praefuerit, praeterquam sei quoius, quom pupillus esset, reive publicae caussa abesset, neque d. m. fecit [6]) fecerit, quo macis r. p. c. a. possessa proscriptave sunt erunt; queive iudicio publico Romae condemnatus est erit, quocirca eum in Italia esse non liceat, neque in intecrum restitutus est erit, queive in eo municipio colonia prae-

---

Caput VIII.

Quae municipia, coloniae, praefecturae, fora, conciliabula Civium Romanorum sunt, erunt, ne quis in eorum quo municipio, colonia, praefectura, foro, conciliabulo, in senatu, decurionibus, conscriptisque esto, neve cui ibi in eo ordine sententiam dicere, ferre liceto, qui furti, quod ipse fecit, fecerit, condemnatus pactusve est, erit, quive iudicio fiduciae, pro socio, tutelae, mandati, iniuriarum, deve dolo malo condemnatus est, erit, quive lege Plaetoria, ob eamve rem, quod adversus eam legem fecit, fecerit, condemnatus est, erit, quive depugnandi causa auctoratus est, erit, fuit, fuerit, quive in iure (abiuravit) abiuraverit, bonamve copiam iuravit, iuraverit, qui sponsoribus creditoribusque suis renuntiavit, renuntiaverit, se solidum solvere non posse, prove quo datum, depensum est, erit, cuiusque bona ex edicto eius, qui iuri dicundo praefuit, praefuerit, praeterquam si cuius, quum pupillus esset, reive publicae causa abesset, neque dolo malo (fecit?), fecerit, quo magis reipublicae causa abesset (sc. possessa proscriptave sint) possessa proscriptave sunt, erunt, quive iudicio publico Romae condemnatus est, erit, quocirca eum in Italia esse non liceat, neque in integrum restitutus est, erit, quive in eo municipio, colonia, praefectura, foro, conciliabulo, cuius erit, iudicio publico condem-

1) Omittitur: *foro.* — 2) *fiduciae* Mazoch. Nisi forte antiqua olim forma fuerit: *fiducium.* Marezoll. — 3) *Plaetoria* Mazoch. Sed licet literam l alia litera praecesserit, quaenam ea fuerit, non amplius clare perspicitur. Göttling. — 4) Sculptoris vitio ante *abiuraverit* vocem *abiuravit* omissam esse suspicatur Marezoll. — 5) In tabula coniunctim: *quid.* — 6) Vocem *fecit* delendam esse suspicatur Marezoll.

fectura foro conciliabulo, quoius erit, iudicio publico condemnatus est erit, quemve k. praevaricationis caussa accussasse fecisseve quod iudicatum est erit, queive aput exercitum incnominiae caussa ordo ademptus est erit, quemve imperator incnominiae caussa ab exercitu decedere iuset iuserit, queive ob caput c. r. referundum[1]) pecuniam praemium aliudve quid cepid ceperit, queive corpori quaestum fecit fecerit, queive lanistaturam artemve ludicram[2]) fecit fecerit, queive lenocinium faciet. Quei adversus ea in municipio colonia praefecturave foro conciliabulo [in] decurionibus conscripteisve fuerit sententiamve dixerit, is HS IϽϽϽ p. d. d. esto, eiusque pecuniae, quei volet, petitio esto.

Caput IX.

Quoi h. l. in municipio colonia praefectura foro conciliabulo senatorem decurionem conscriptum esse, inque eo ordine sentemtiam dicere ferre non licebit, neiquis, quei in eo municipio colonia praefectura foro conciliabulo senatum decuriones conscriptos habebit, eum in senatum decuriones conscriptos ire iubeto sc. d. m., neve eum ibei sentemtiam rogato, neive dicere neive ferre iubeto sc. d. m., neve quis quei in eo municipio colonia praefectura foro conciliabulo sufragio eorum maxumam potestatem habebit, eorum quem ibei in senatum decuriones conscriptos ire, neve in eo numero esse,

---

natus est, erit, quemve calumniae, praevaricationis causa accusasse fecisseve quod, iudicatum est, erit, cuive apud exercitum ignominiae causa ordo ademtus est, erit, quemve imperator ignominiae causa ab exercitu decedere iussit, iusserit, quive ob caput civis Romani deferundum, pecuniam, praemium, aliudve quid cepit, ceperit, quive corpore quaestum fecit, fecerit, quive lanistaturam, artemve ludicram fecit, fecerit, quive lenocinium faciet. Qui adversus ea in municipio, colonia, praefectura, foro, conciliabulo (in) decurionibus conscriptisve fuerit, sententiamve dixerit, is sestertios DϽϽ populo dare damnas esto, eiusque pecuniae, qui volet, petitio esto.

Caput XI.

Cui hac lege in municipio, colonia, praefectura, foro, conciliabulo senatorem, decurionem, conscriptum esse, inque eo ordine sententiam dicere, ferre non licebit, ne quis, qui in eo municipio, colonia, praefectura, foro, conciliabulo senatum, decuriones, conscriptos habebit, eum in senatum, decuriones, conscriptos ire iubeto sciens, dolo malo; neve eum ibi sententiam rogato, neve dicere, neve ferre iubeto, sciens, dolo malo, neve quis, qui in eo municipio, colonia, praefectura, foro, conciliabulo, suffragio eorum maximam potestatem habebit, eorum quem ibi in senatum, decuriones, conscriptos, ire, neve in eo numero esse, neve sententiam ibi dicere ferreve

---

1) *deferundum* legendum suspicatur Marezoll. — 2) Tabula: *ludicam*.

nive sentemtiam ibei dicere ferreve sinito sc. d. m., neve quis eius rationem comiticis conciliove creatum est [1]), renuntiato; neve quis, quei ibei mag. potestatemve habebit, eum cum senatu decurionibus conscriptis [2]) spectare, neive in convivio publico esse sineto sc. d. m.

Caput X.

Quibus h. l. in municipio colonia praefectura foro conciliabulo in sinatum dicurionibus conscripteis esse non licebit, ni quis eorum in municipio colonia praefectura foro conciliabulo II vir. IIII vir. aliamve quam potestatem, ex quo honore in eum ordinem perveniat, petito neve capito, neve quis eorum ludeis, cumve gladiatores ibei pucnabunt, in loco senatorio decurionum conscriptorum sedito, neve spectato, neve convivium publicum is [3]) inito, neive quis, quei adversus ea creatus renuntiatus erit, ibei II vir IIII vir esto, neve ibei mag. potestatemve habeto. Qui [4]) adversus ea fecerit, is HS. IƆƆƆ p. d. d. esto, eiusque pecuniae, quei volet, petitio esto.

Caput XI.

Quae municipia coloniae praefecturae c. r. in Italia sunt erunt, quei in eis municipieis coloneis praefectureis maximum mag. maximamve potestatem ibei habebit [5]), tum cum censor aliusve quis mag.

---

sinitio sciens, dolo malo, neve quis eius rationem comitiis conciliove (habeto, neve?) creatum esse, renunciato, neve quis, qui ibi magistratum potestatemve habebit, eum cum senatu, decurionibus, conscriptis spectare, neve in convivio publico esse sinito sciens, dolo malo.

Caput X.

Quibus hac lege in municipio, colonia, praefectura, foro, conciliabulo, in senatu, decurionibus, conscriptis esse non licebit, ne quis eorum in municipio, colonia, praefectura, foro, conciliabulo duumviratum, quatuorviratum, aliamve quam potestatem, ex quo honore in eum ordinem perveniat, petito, neve capito, neve quis eorum ludis, cumve gladiatores ibi pugnabunt, in loco senatorio, decurionum, conscriptorum sedeto, neve spectato, neve convivium publicum cum iis inito, neve quis, qui adversus ea creatus, renuntiatus erit, ibi duumvir, quatuorvir esto, neve ibi magistratum potestatemve habeto. Qui adversus ea fecerit, is sestertios DƆƆ populo dare damnas esto, eiusque pecuniae, qui volet, petitio esto.

Caput XI.

Quae municipia, coloniae, praefecturae civium Romanorum in Italia sunt, erunt, qui in iis municipiis, coloniis, praefecturis maximum magistratum, maximamve potestatem ibi habebit, tum quum Censor, aliusve

---

1) Locum manifesto errore corruptum Mazochius ita restituit: neve quis eius rationem comitieis conciliove habeto, neve „creatus est" renunciato. — 2) Tabula vitiose: *conscriptes*. — 3) *publicum cum iis* Mazoch. emendandum arbitratur. In sequentibus verbis tabula mendose: *creatum renuntiatum*. — 4) tabula: *quif*. — 5) *habebit* Göttling. Priores edd. *habibit*.

Romae populi censum aget, is diebus LX proxumeis, quibus sciet Romai cinsum populi agi, omnium municipium colonorum suorum, queique eius praefecturae erunt, q. c. r. erunt, censum agunto, eorumque nomina, praenomina, patres aut patronos, tribus, cocnomina, et quot annos quisque eorum habet, et rationem pecuniae, ex formula census, quae Romae ab eo qui tum censum populi acturus erit, proposita erit, ab ieis [1]) iurateis accipito, eaque omnia in tabulas publicas sui municipi referunda curato, eosque libros per legatos, quos maior pars decurionum conscriptorum ad eam rem legarei mittei cinsuerint, tum cum ea res [2]) consuleretur, ad eos quei Romae censum agent, mittito, curatoque utei, quam amplius dies LX reliquei erunt, antequam diem ei, queiquomque Romae censum agent [3]), finem populi cesendi faciant, eos adeant, librosque eius municipi coloniae praefecturae edant; isque censor seive quis alius mag. censum populi aget, diebus V proxumeis, quibus legatei eius municipi coloniae praefecturae adierint, eos libros census, quei ab ieis legateis dabuntur, accipito s. d. m., exque ieis libreis, quae ibei scripta erunt, in tabulas publicas referunda curato, easque tabulas eodem loco, ubei ceterae tabulae publicae erunt, in quibus census populi perscriptus erit, condenda [4]) curato. Qui pluribus in municipieis coloneis praefectureis domicilium habebit, et is Romae census

---

quis magistratus Romae populi censum aget, is diebus sexaginta proxumis, quibus sciet Romae censum populi agi, omnium municipum, colonorum suorum, quique eius praefecturae erunt, qui cives Romani erunt, censum agito, eorumque nomina, praenomina, patres aut patronos, tribus, cognomina, et quot annos quisque habet, et rationem pecuniae, ex formula census, quae Romae ab eo, qui tum censum populi acturus erit, proposita erit, ab iis iuratis accipito, eaque omnia in tabulas publicas sui municipii referunda curato, eosque libros per legatos, quos maior pars decurionum, conscriptorum, ad eam rem legari, mitti censuerint, tum cum ea res consuleretur, ad eos, qui Romae censum agent, mittito curatoque, uti quum amplius dies sexaginta reliqui erunt, antequam diem ii, quicunque Romae censum agent, finem populi censendi facient, eos adeant, librosque eius municipii, coloniae, praefecturae edant; isque censor, sive quis alius magistratus censum populi aget, diebus quinque proxumis, quibus legati eius municipii, coloniae, praefecturae adierint, eos libros census, qui ab iis legatis dabuntur, accipito sine dolo malo, exque iis libris, quae ibi scripta erunt, in tabulas publicas referunda curato, easque tabulas eodem loco, ubi ceterae tabulae publicae erunt, in quibus census populi perscriptus erit, condendas curato. Qui pluribus in municipiis, coloniis, praefecturis domicilium habebit, et is Romae census erit, quo magis

---

1) *ab ieis* Göttling. *ar ieis.* Mazoch. — 2) Tabula: EAS PIS. — 3) Tabula: *agei.* — 4) Legendum videtur: *condendas;* quanquam eiusmodi in antiquis legibus scribendis negligentia interdum reperitur. Marezoll.

erit, quo magis in municipio colonia praefectura h. l. censeatur, e. h. l. n. r.

Caput XII.

Quei lege pl. ve. sc., permissus est fuit [1], utei leges in municipio fundano, municipibusve eius municipi daret, sei quis is [2] post h. l. r., in eo anno proxsumo, quo h. l. populus iuserit, ad eas leges [3] municipieis fundanos item teneto, utei oporteret, sei eai res ab eo tum, quom primum leges eis municipibus lege pl. ve sc. dedit, ad eas leces additae, commutatae conrectae essent, neve quis intercedeto, neve quid facito, quominus ea rata sint, quoveminus municipis fundanos teneat eisque optemperetur.

---

in municipio, colonia, praefectura, hac lege censeatur, eorum hac lege nihil rogatur.

Caput XII.

Qui lege plebisvescito, permissus est, fuit, uti leges in municipio fundano, municipibusve eius municipii daret, si quid is post hanc legem rogatam, in eo anno proxumo, quo hanc legem populus iusserit, ad eas leges addiderit, commutaverit, correxerit, municipes fundanos item teneto, uti oporteret, si eae res ab eo tum, quum primum leges iis municipibus lege plebisvescito dedit, ad eas leges additae, commutatae, correctae essent, neve quis intercedito, neve quid facito, quo minus ea rata sint, quove minus municipes fundanos teneant, iisque obtemperetur.

Lex Rubria De Gallia cisalpina.

1683. Tabula aenea anno 1760 in ruderibus Velliatensis civitatis (Macinessi in agro Placentino) eruta, prope ad locum ubi tabula Traiani alimentaria reperta est, in Museo Parmensi asservatur. Scriptura duabus columnis distincta insculpta est, inter quas in superiori tabulae margine, numerus IIII insculptus apparet; unde colligitur, quartam hanc legis tabulam esse, tres antecedentes tabulas subsequentem. Neque hac quarta tabula lex absolvitur. Continentur hac tabula clausula capitis XIX, capita XX, XXI, XXII integra, atque capitis XXIII initium. Agitur ibi de iudicandi ratione, qualis esse debeat in Galliae cisalpinae oppidis, et quidem in causis de novi operis nunciatione, de damno infecto, de pecunia certa credita, de aliis rebus creditis, de familia herciscunda. Pertinere hoc fragmentum ad legem Rubriam, quae in tabulae ipsius capite XX nominatur, plerisque persuasum est, etsi sunt qui negent, qua de re ut de argumento legis in universum in primis consulendus est Puchta (Ueber den Inhalt der lex Rubria, in: Savigny Zeitschr. für gesch. Rechtswiss. Vol. X. pag. 195 seq. coll. Ibid. vol. XI. p. 53).

---

1) *fuit* emendavit Mazoch. tabula: EVIT. — 2) Quanquam hanc lectionem Mazoch. defendit, tamen malim restituere levissima mutatione: *sei quid is.* — 3) Sculptoris negligentia hoc loco exciderunt verba: *addiderit, commutaverit, conrexerit*, uti ex proxime sequentibus verbis: (*additae, commutatae, conrectae essent*) patet.

Ediderunt et explicarunt: Jo. Rayn. Carli Antichita Italiche. 1788. Tom. I. p. 135; Joseph. Poggio 1790. fol.; Caiet. Marinius (Atti de' frat. arval. P. I. p. 107.); Hugo Civilist. Magaz. Tom. II. p. 431. H. E. Dirksen Dissertatio inauguralis proponens observationes ad selecta legis Galliae cisalp. capita. Berolin. 1821. 4.; Pietro de Lama Tavola legislativa della Gallia cisalpina. Parma. 1820. Haubold Monum. leg. p. 144. Huschke De act. formulis ex lege Rubria. Vratisl. 1832. Egger Latin. sermon. reliq. p. 308. Heimbach Observationes iuris rom. (Lips. 1834). p. 30 seqq. p. 50 seqq. Burchardi De lege Rubria. Kil. 1839.

.... iussum iudicatumve erit, id ratum ne esto; quodque quis quequomq. d. e. r. decernet, interdiicetve, seive sponsionem fierei iudicarive [1]) iubebit, iudiciumve quod d. e. r. dabit, is in id decretum interdictum sponsionem iudicium exceptionem addito addive [2]) iubeto: q. d. r. operis novi nuntiationem II vir. IIII vir. praefectusve eius municipei non remeisserit.

XX.

Qua de re quisque et a quo, in Gallia Cisalpeina, dannei infectei ex formula restipularei satisve accipere volet, et ab eo quei ibei i. d., postulaverit, idque non k. k. se facere iuraverit, tum is quo d. e. r. in ius aditum erit, eum quei in ius eductus erit, d. e. r. ex formula repromittere, et sei satis darei debebit, satis dare iubeto, decernito. Quei eorum ita non repromeisserit aut non satis dederit, si quid interim damni datum factumve ex ea re aut ob e. r. eove nomine erit, quam ob rem, utei dannei infectei repromissio satisve datio fieret, postulatum erit, tum mag., prove mag., II vir

---

... iussum iudicatumue erit, id ratum ne esto; quodque quisque cunque de ea re decernet, interdicetue, siue sponsionem fieri iudicariue iubebit, iudiciumue quod de ea re dabit, is in id decretum, interdictum, sponsionem, iudicium, exceptionem addito, addiue iubeto: „Qua de re operis noui nuntiationem Duumuir, Quatuoruir, Praefectusue eius municipii non remiserit.“

XX.

Qua de re quisque et a quo, in Gallia Cis-Alpina, damni infecti ex formula restipulari satisue accipere volet, et ab eo, qui ibi ius dicet, postulauerit, idque non calumniae caussa se facere iurauerit, tum is, quo de ea re in ius aditum erit, eum, qui in ius eductus erit, de ea re ex formula repromittere, et si satisdari debebit, satisdare iubeto, decernito.

Qui eorum ita non repromiserit, aut non satisdederit, si quid interim damni datum, factumue ex ea re, aut ob eam rem, eoue nomine, erit, quam ob rem, uti damni infecti repromissio satisuedatio fieret, postulatum erit, tum Magistratus Prouemagistratu, Duumvir, Quatuorvir, Prae-

---

1) tabula vitiose: *iudicaritve.* — 2) tab. *addi/.*, emendavit *Carl.*

IIIIvir praefec. ve, quoquomque d. e. r. in ius aditum erit, d. e. r. ita ius deicito iudicia dato iudicareque [1]) iubeto cogito, proinde atque sei d. e. r., quom ita postulatum esset, damn[ei] infectei ex formula recte repromissum satisve datum esset. D. [e. r.], quod ita iudicium datum, iudicareve iussum iudicatumve erit,.... [i]us ratumque esto, dum in ea verba, sei damnei infectei repromissum non erit, iudicium det, itaque iudicare iubeat: i. f. s. [2]) antequam id iudicium q. d. r. a., factum est, Q. Licinius damni infectei, eo nomine q. d. r. a., eam stipulationem, quam is quei Romae inter peregreinos ius deicet, in albo propositam habet, L. Seio repromeississet, tum quicquid eum Q. Licinium ex ea stipulatione L. Seio d. f. oporteret ex f. b., d. f. [3]) HS ... e. i. Q. Licinium L. Seio. Sei ex decreto IIvir, IIIIvir praefec. ve, ex lege Rubria [4]) seive id pl. ve sc. est, decreverit, Q. Licinius, eo nomine qua d. r. a., L. Seio damnei infectei repromittere noluit, c. s. n. p. a. [5]) Aut sei damnei infectei satis datum non erit, in ea verba iudicium det: i. f. s. antequam id iudicium det q. d. r. a., factum est, Q. Licinius damnei infectei, eo nomine q. d. r. a., ea stipulatione, quam is quei Romae

---

fectusue, quocunque de ea re in ius aditum erit, de ea re ita ius dicito, iudicia dato, iudicarique iubeto, cogito, proinde atque si de ea re, quum ita postulatum esset, damni infecti ex formula recta repromissum satisue datum esset.

De ea re, quod ita iudicium datum, iudicareue iussum, iudicatumue erit, ius ratumque esto, dum in ea verba, si damni infecti repromissum non erit, iudicium det, itaque iudicare iubeat: „Iudex fiat si, antequam id iudicium, qua de re agitur, factum est, Quintus Licinius damni infecti, eo nomine, qua de re agitur, eam stipulationem, quam is, qui Romae inter peregrinos ius dicet, in albo propositam habet, Lucio Seio repromisisset, tum quidquid eum Q. Licinium ex ea stipulatione L. Seio dare facere oporteret ex fide bona, dare facere sestertios ... eum iube Q. Licinium L. Seio.“

„Si ex decreto Duumuiri, Quatuoruiri, Praefectiue Mutinensis, quod eius Duumir, Quatuoruir, Praefectusue, ex Lege Rubria siue id Plebisuescitum est, decreuerit, Q. Licinius, eo nomine, qua de re agitur, L. Seio damni infecti repromittere noluit Condemna; Si Non Paret Absolve.“ Aut si damni infecti satisdatum non erit, in ea verba iudicium det: „(Iudex fiat, si,) antequam id iudicium, qua de re agitur, factum est, Q. Licinius damni infecti, eo nomine, qua de re agitur, ea stipulatione, quam is, qui

---

1) *iudicareique. Carl.* — 2) *Hugo* F in E mutato interpretatur: iudex esto; si etc. Postea retractavit coniecturam (Beiträge zur civilist. Bücherkenntniss Tom. II. p. 129) et proposuit explicationem: iudicium fiat. — 3) tabula: Γ pro F (facere). — 4) Hic est locus, cuius interpunctio multum valet ad definiendum legis huius nomen, praeut verba *ex lege Rubria* cum antecedentibus (praefectusve ex lege Rubria) an cum proxime sequentibus (ex lege Rubria decreverit) coniunxeris. Nos posteriorem sententiam, quam Puchta tuetur, secuti sumus. — 5) De harum notarum explicatione V. Hugo Beiträge l. l.

inter peregrinos ius deicet, in albo propositam habet, L. Seio satis dedisset, tum q. q. eum Q. Licinium ex ea stipulatione L. Seio d. f. oporteret ex f. b. d. f. e. i. Q. Licinium [1]) L. Seio, sei ex decreto IIvir. IIIIvir. praef. ve Mutinensis, quod eius is IIvir IIIIvir praefec., ex lege Rubria seive id pl. ve sc. est, decreverit, Q. Licinius, eo nomine q. d. r. a., L. Seio, damnei infectei satis dare noluit, c. s. n. p. a. Dum IIvir IIIIvir i. d. praefec. ve. d. e. r. ius ita deicet curetve, utei ea nomina et municipium colonia locus, in eo iudicio, quod ex ieis, quae proxume s. s., accipientur includentur concipiantur, quae includei concipei s. d. m. oporteret, debebitve, ne quid ei, quei d. e. r. aget petetve, captionei ob e. r. aut eo nomine esse possit. Neive ea nomina, qua [2]) in earum qua formula quae s. s. s., aut Mutina, in eo iudicio includei concipei curet, nisei iei quos inter id iudicium accipietur leisve contestabitur, ieis nominibus fuerint, quae in earum qua formula s. s. est, et nisei sei Mutinae ea res agetur. Neive quis mag. prove mag., neive quis pro quo imperio potestateve erit, intercedito, neive quid aliud facito, quo minus d. e. r. ita iudicium detur iudiceturque.

XXI.

A quoquomq. pecunia certa credita, signata forma p. p. r.,

Romae inter peregrinos ius dicet, in albo propositam habet, L. Seio satis dedisset, tum, quidquid eum Q. Licinium ex ea stipulatione L. Seio dare facere oporteret ex fide bona, dare facere eum iube Q. Licinium L. Seio, si ex decreto Duumuiri, Quatuoruiri, Praefectiue Mutinensis, quod eius is Duumuir, Quatuoruir, Praefectus, ex Lege Rubria siue id Plebisue scitum est, decreuerit, Q. Licinius, eo nomine, qua de re agitur, L. Seio damni infecti satisdare noluit Condemna; si non paret, Absolve."

Dum Duumuir, Quatuoruir Iuri Dicundo, Praefectusue de ea re ius ita dicat, curetue, uti ea nomina et municipium, colonia, locus, in eo iudicio, quod ex iis, quae proxime scripta sunt, accipiantur, includantur, concipiantur, quae includi, concipi sine dolo malo oportebit, debebitue, ne quid ei, qui de ea re aget, petetue, captioni ob eam rem, aut eo nomine, esse possit.

Neue ea nomina, qua in earum qua formula quae supra scripta sunt, aut Mutina, in eo iudicio includi, concipi curet, nisi ii, quos inter id iudicium accipietur, lisue contestabitur, iis nominibus fuerint, quae in earum qua formula supra scripta (sunt,) et nisi si Mutinae ea res agetur.

Neue quis Magistratus, Prouemagistratu, neue quis, pro quo imperio potestateue erit, intercedito, neue quid aliud facito, quo minus de ea re ita iudicium detur iudiceturque.

XXI.

A quocunque pecunia certa credita, signata forma publica Populi

---

1) Tabula mendose *Licinius* pro: *Q. Licinium.* — 2) sic tab. pro: *quae.*

in eorum quo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve [1]), quae sunt eruntve in Gallia Cisalpeina, petetur, quae res non pluris HS XV erit, sei is eam pecuniam in iure, apud eum quei ibei i. d. p., ei quei eam petet, aut ei quoius nomine ab eo petetur, d. o. debereve se confessus erit, neque id quod confessus erit, solvet satisve faciet, aut se sponsione iudicioque uteive oportebit, non defendet; seive is ibei d. e. r. in iure non responderit, neque d. e. r. sponsionem faciet, neque iudicio, utei oportebit, se defendet: tum de eo, a quo ea pecunia peteita erit, deque eo, quoi eam pecuniam d. o., s. res lex ius caussaque o. o. r. esto, atque utei esset, esseve oporteret, sei is, quei ita confessus erit d. e. r. non responderit, aut se sposione iudicioque, utei oportebit, non defenderit, eius pecuniae iei quei eam suo nomine petierit, quoive eam d. o., ex iudicieis dateis, iudicareve recte iusseis, iure lege damnatus esset fuisset. Quoique quomque IIvir, IIIIvir, praefec.ve ubei i. d. p., is eum quei ita quid confessus erit, neque id solvet satisve faciet, eum quei sei sponsione iudiciove, uteive oportebit, non defenderit, aut in iure non responderit, neque id solvet, satisve faciet, t. p., quanta ea pecunia

---

Romani, in eorum quo oppido, municipio, colonia, praefectura, foro, vico, conciliabulo, castelloue, quae sunt, eruntue, in Gallia CisAlpina, petetur, quae res non pluris sestertium quindecim millia erit, si is eam pecuniam in iure, apud eum, qui ibi iuri dicundo praeerit, ei, qui eam petet, aut ei cuius nomine ab eo petetur, dare oportere, debereue se confessus erit, neque id, quod confessus erit, soluet, satisue faciet, aut se sponsione, iudicioque, utiue oportebit, non defendet, siue is ibi de ea re in iure non responderit, neque de ea re sponsionem faciet, neque iudicio, uti oportebit, se defendet: tum de eo, a quo ea pecunia petita erit, deque eo, cui eam pecuniam dare oportebit, sirems res, lex, ius, caussaque omnibus omnium rerum esto, atque uti esset, esseue oporteret, si is, qui ita confessus erit, aut de ea re non responderit, aut se sponsione iudicioque, uti oportebit, non defenderit, eius pecuniae ei, qui eam suo nomine petierit, cuiue eam dare oportebit, ex iudiciis datis, iudicareue recte iussis, iure, lege damnatus esset, fuisset.

Quique cunque Duumuir, Quatuoruir, Praefectusue ibi iuri dicundo praeerit, is eum, qui ita quid confessus erit, neque id soluet, satisue faciet, eum, qui se sponsione iudicioue, utiue oportebit, non defenderit, aut in iure non responderit, neque id solvet, satisuefaciet, tantae pecuniae,

---

1) Carlius ita interpretatur: quolibet oppido, municipio, colonia, praefectura, foro, vico, conventu, conciliabulo, trinundinove. *Marinius* (Atti. Tom. II. p. 571): in eorum quo oppido, municipio, colonia, praefectura, foro, vico, castello, conciliabulo, triviove. *Hugo* in adnotatt. ad h. l. Marinium sequitur, excepto ultimo TVE, quod pro: terminove accipit; sed posthac (Rechtsgesch. Ed. IV.) sententia mutata *tribuve* legendum esse censet. Dirksen siglas C. TVE ita interpectandas arbitratur: *castellove*, litera T posteriori C addita, ut facilius a priori C (conciliabulo) discerneretur.

erit, de qua tum inter eos ambigetur, dum t. [HS] XV, s. f. s. duci iubeto; queique eorum quem, ad quem ea res pertinebit, duxserit, id ei fraudi poenaeve ne esto; quodque ita factum actum iussum erit, id ius ratumque esto. Quominus in eum, quei ita vadimonium Romam, ex decreto eius quei ibei i. d. p., non promeisserit, aut vindicem locupletem ita non dederit, ob e. r. iudicium recup. is quei ibei i. d. p., ex h. l. det iudicareique d. e. r. ibei curet, ex h. l. n. r.

XXII.

A quo quid praeter pecuniam certam creditam, signatam forma p. p. r., in eorum quo o. m. c. p. f.[1]) v. c. c. t. ve, quae sunt eruntve in Gallia cis Alpeis, petetur quodve quom eo agetur, quae res non pluris HS XV erit, et sei ea res erit, de qua re omnei pecunia ibei ius deicei iudiciave darei ex h. l. d. o., sei is eam rem, quae ita ab eo petetur, quomque eo agetur, ei quei eam petet, deve ea re aget, aut iei, quoius nomine ab eo petetur, quomve eo agetur in iure apud eum, quei ibei i. d. p., d. f.[2]) p. restituereve oportere, aut se debere, eiusve[3]) eam rem esse, aut se eam habere, eamve rem de qua arguetur, se fecisse, obligatumve se eius

---

quanta ea pecunia erit, de qua tum inter eos ambigetur, duntaxat (sertertium) quindecim millia, sine fraude sua duci iubeto; quique eorum quem, ad quem ea res pertinebit, duxerit, id ei fraudi poenaeuè ne esto; quodque ita factum, actum, iussum erit, id ius ratumque esto.

Quo minus in eum, qui ita vadimonium Romam, ex decreto eius, qui ibi iuri dicundo praeerit, non promiserit, aut vindicem locupletem ita non dederit, ob eam rem iudicium recuperatorium is, qui ibi iuri dicundo praeerit, ex hac lege det, iudicarique de ea re ibi curet, ex hac lege nihil rogatur.

XXII.

A quo quid praeter pecuniam certam creditam, signatam forma publica Populi Romani, in eorum quo oppido, municipio, colonia, praefectura, foro, vico, conciliabulo, castelloue, quae sunt, eruntue, in Gallia cis Alpes, petetur, quodue cum eo agetur, quae res non pluris sestertium quindecim millia erit, et si ea res erit, de qua re omni pecunia ibi ius dici, iudiciaue dari ex hac lege debebit oportebit, si is eam rem, quae ita ab eo petetur, deue ea re cum eo agetur, ei, qui eam petet, deue ea re aget, aut ei, cuius nomine ab eo petetur, cumque eo agetur in iure, apud eum, qui ibi iuri dicundo praeerit, dare, facere, praestare, restituereue oportere, aut se debere, eiusue eam rem esse, ant se eam

---

1) tabula mendose: E habet pro F. — 2) tabula habet iterum E pro F. Hugo literam E explicat: *edere.* Sed Marinius l. l. mendose scriptum esse censet propter formulam usitatissimam: dare facere praestare. — 3) *eiusque.* Carl.

rei noxsiaeve esse, confessus erit deixeritve[1]), neque d. e. r. satis, utei oportebit, faciet, aut, sei sponsionem fierei oportebit, sponsionem non faciet, non restituet, neque se iudicio, utei oportebit, defendet, aut sei d. e. r. in iure nihil responderit, neque d. e. r. se iudicio, utei oportebit, defendet: tum de eo, a quo ea res ita petetur, quomve eo d. e. r. ita agetur, deque eo quoi eam rem d. f. p. restitui satisve d. e. r. fierei oportebit, s. l. r. i. c. q. o. o. r. e., atque utei esset esseve oporteret, sei is quei ita quid earum rerum confessus erit, aut d. e. r. non responderit, neq. se iudicio, utei oportebit, defenderit, de ieis rebus Romae apud pr. eumve quei de ieis rebus Romae i. d. p. esset in iure confessus esset, aut ibei d. e. r. nihil respondisset, aut iudicio se non defendisset. Pr. isve quei d. e. r. Romae i. d. p., in eum et in heredem eius, d. e. r. omnibus ita ius deicito decernito, eosque duci, bona eorum possideri proscreibeive veneireque iubeto, ac sei is heresve eius d. e. r. in iure apud eum pr. eumve quei Romae i. d. p. praeesse[t], confessus esset, aut d. e. r. nihil respondisse[t], neque se iudicio, utei oportuisset, defendisset; dum nequis d. e. r. nisei pr. isve quei Romae i. d. p., eorum quoius bona possiderei proscreibei veneire, duceique eum iubeat.

---

habere, eamue rem, de qua arguetur, se fecisse, obligatumue se eius rei, noxiaeue esse, confessus erit, dixeritue, neque de ea re satis, uti oportebit, faciet, aut, si sponsionem fieri oportebit, sponsionem non faciet, non restituet, neque se iudicio, uti oportebit, defendet, aut si de ea re in iure nihil responderit, neque de ea re se iudicio, uti oportebit, defendet: tum de eo, a quo ea res ita petetur, cumue eo de ea re ita agetur, deque eo, cui eam rem dari, fieri, praestari, restitui, satisue de ea re fieri oportebit, sirems lex, res, ius, caussaque omnibus omnium rerum esto, atque uti esset, esseue oporteret, si is, qui ita quid earum rerum confessus erit, aut de ea re non responderit, neque se iudicio, uti oportebit, defenderit, de iis rebus Romae apud Praetorem, eumue, qui de iis rebus Romae iuri dicundo praeesset, in iure confessus esset, aut ibi de ea re nihil respondisset, aut iudicio se non defendisset.

Praetor, isue, qui de ea re Romae iuri dicundo praeerit, in eum, et in heredem eius, de ea re omnibus ita ius dicito, decernito, eosque duci, bona eorum possideri, proscribiue, venireque iubeto, ac si is, heresue eius, de ea re in iure apud eum Praetorem, eumue, qui Romae iuri dicundo poterit praeesse, confessus esset, aut de ea re nihil respondisset, neque se iudicio, uti oportuisset, defendisset; dum ne quis de ea re nisi Praetor, isue, qui Romae iuri dicundo praeerit, eorum cuius bona possideri, proscribi, venire, ducique eum iubeat.

---

1) *dixeritque.* Carl.

XXIII.

Queiquomque in eorum quo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve, quae in Gallia Cisalpeina sunt erunt, i. d. p., is inter eos quei de familia [1]) erciscunda deividunda iudicium sibei darei reddeive, in eorum quo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve, quae s. s. s., postulaverint, ita ius deicito decernito iudicia dato iudicare iubeto, utei in eo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve in quo is quoius....

XXIII.

Quicunque in eorum quo oppido, municipio, colonia, praefectura, foro, vico, conciliabulo, castelloue, quae in Gallia Cisalpina sunt, erunt, iuri dicundo praeerit, is inter eos, qui de familia herciscunda, diuidunda, iudicium sibi dari, reddiue, in eorum quo oppido, municipio, colonia, praefectura, foro, vico, conciliabulo, castelloue, quae supra scripta sunt, postulauerint, ita ius dicito, decernito, iudicia dato, iudicare iubeto, uti in eo oppido, municipio, colonia, praefectura, foro, vico, conciliabulo, castellove, in quo is, cuius...

Tabula Bantina.

1684. In parte aversa tabulae aeneae prope Lucaniae civitatem cui nomen est Oppido anno 1793 repertae, cuius adversa pars decretum Bantinorum sive Bantiae Oppidi osca lingua scriptum continet, legis romanae fragmentum insculptum legitur. Argumentum legis et nomen incertum est, quippe cuius nihil praeter sanctionem in legis clausula additam relinquatur. Klenzius legis Aciliae de repetundis fragmentum esse censet; Huschkius (Schneider Krit. Jahrbücher 1842. p. 291) legis Liviae de ambitu; Zumptius (De legibus iudiciisque repetund. Berol. 1845. p. 25) legis alicuius agrariae; Göttlingius legis alicuius iudiciariae, fortasse Plautiae. Ediderunt hanc tabulae Bantinae partem latinam: Marini Att. arval. P. II. p. 569; Rosini Dissertatio isagogic. ad Herculanens. volumina p. 38; Guarini Commentar. in veterum monumenta nonnulla. Neapol. 1820. n. 4 et 5; Dirksen Beiträge zur Kunde des röm. Rechtes. p. 118; inprimis Klenze (Rheinisch. Museum für Philologie. 1828. I. Heft p. 28. et in Klenzii Dissertationib. philolog. Ed. Lachmann. Berol. 1839. p. 1—21.), cuius quidem supplementa Haubold. Monument. legal. p. 74. et Egger Reliq. sermon. p. 250. adhibuerunt, sicut et nos adhibemus. Denuo fragmenti verba ad tabulam aeneam Neapoli asservatam exegit Göttlingius (Funfzehn röm. Urkund. pag. 44) idemque de universis rei causis exposuit. Nuper admodum postquam Avellinus particulis binis a se inventis hoc fragmentum auxit, a Mommsenio (Nachträge zu den oskischen Studien in: Savigny Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss. XIII. 7. p. 362) publici iuris factis, Rudorffius hoc legis fragmentum denuo excussit et supplementis sarcire studuit, quae cum Klenzii supplementis coniuncta in usum nostrum convertimus (V. Savigny Zeitschrift. XV. 2. p. 238 et 271.).

---

1) tab. mendose: *familiae.*

Caput I.

...E. in poplico ioudicio ne sei[1].... O. neive quis mag. testumonium poplice eid[em sinito den]ontiari.... dato neive is in poplico luuci praetextam nei[ve] soleas habeto. Neive quis [mag. prove mag. prove quo inperio potestateve erit que]iquomque comitia conciliumve habebit eum sufragium ferre nei sinito.

Caput II.

[Sei ioudex], quei ex hace lege plebeive scito factus erit, senatorve fecerit gesseritve, quo ex hace lege [minus fiant, quae fieri oportet, quaeve eum ex H. L.] facere oportuerit oportebitve non fecerit D. M.[2] seive advorsus hance legem fecerit [gesseritve sciens D. M. is populo HS... D. D. esto.]

Eam pequniam qui volet magistratus exigito.

Sei postulabit, quei petet, Pr.[3] recuperatores, [ni fecerit, quae eum ex hace lege facere opor]teat dato, iubetoque eum sei ita pariat[4] condumnari populo, facitoque ioudicetur.

Sei condemnatus [fuerit, ut de pequnia solvenda satis] ad Q. urb.[5] det, aut bona eius poplice possideantur facito.

Sei quis mag. multam inrogare volet [quanti videbitur dum minoris] partus[6] familias taxsat liceto, eique omnium rerum siremps lexs esto quasei sei is haace lege [condemnatus fuisset.

Caput III.

Cos. pr,[7] — — — que]i nunc est, is in diebus V proxumeis quibus queique eorum siet h. l.[8] popolum plebemve [ioussisse iouranto]. — — Dic. cos. pr. mag. eq. cens. aid. tr. pl. q. IIIvir cap. IIIvir a. d. a.[9] ioudex ex h. l. plebive scito [factus, queicomque eorum p]osthac factus erit, eis in diebus V proxsumeis quibus quisque eorum mag. inperiumve inierit, iouranto. [.... In ae]de Castorus palam luci in forum vorsus, et eidem in diebus V apud q.[10] iouranto per Iovem deosque [Penateis, sese quae ex h. l. oport]ebit facturum neque sese advorsum h. l. facturum scientem

---

1) *nesei* tabula habet, Marinio et Göttlingio testibus; Klenz. *nesep.* Proxime sequens caput II. cum Rudorffii supplementis dedimus. Klenzius hunc in modum supplebat: *Sei quis ioudex queiquomque ex hac leg*e plebeive scito factus erit senatorve fecerit gesseritve quo ex hace lege *minus fiant quae fieri oportet quaeve fieri oportu*erit oportebitve, non fecerit sciens d. m., seive advorsus hance legem fecerit *gesseritve sciens dolo malo, ei multa esto .... eamque pecuniam q*uei volet magistratus exsigito; sei postulabit quei petet, pr. recuperatores *dato .... facito*que eum sei ita pariat condumnari popul. facitoque iudicetur. Sei condemnatus *fuerit ut pequnia redigatur* ad q. urb. aut bona eius poplice possideantur facito; sei quis mag. multam inrogare volet, *apud populum*, *dum minoris* partus familias taxsat liceto, eiq. omnium rerum siremps lexs esto, quasei sei is haace lege *condemnatus fuerit.* — 2) dolo malo; mox: dare damnas. — 3) praetor. — 4) Sic tab. *pareat.* Klenz. — 5) quaestorem urbanum. — 6) pro: *partis* ut infra *Castorus* pro *Castoris.* — 7) consul. praetor. — 8) hac lege. — 9) dictator, consul, praetor, magister equitum, censor, aidilis, tribunus plebis, quaestor, triumvir capitalis, triumvir agris dandis assignandis. — 10) quaestorem.

d. m., neque seese facturum neque intercesurum [ne ex h. l. fiant quae oportet. Qu|ei ex h.l . non iouraverit, is magistratum inperiumve nei petito, neive gerito neive habeto, neive in senatu |si adfuerit sententiam dicere e|um quis sinito, neive eum censor in senatum legito. Quei ex h. l. ioudicaverit, is facito apud q. urb. [nomen eius quei iouraverit sc|riptum siet quaestorque ea nomina accipito et eos quei ex h. l. apud sed iourarint facito in tabolis [popliceis scriptos habeat.

Caput IV.

Senatores quei sententi|am deixerint post hance legem rogatam, eis in diebus X proxsumeis quibus quisque [eorum sciet h. l. popolum plebemve ioussisse, i|ouranto apud quaestorem ad aerarium palam luci per Iovem de|osqu|e Penate|is sese quae oportebit facturum — — neque se|se advorsum hance legem facturum esse neque esse [facturum] .... se hoice leegei ....

In alio eiusdem tabulae frustulo:

.... iius ena....ium deicip.... oem....

Nova fragmenta ab Avellino reperta haec sunt, quorum prius verba ad versus tabulae 3—9, (ex nostra distributione ad cap. I et II) pertinentia continet; alterum ultimos tabulae Bantinae versus subsequi videtur.

1)... rato.. to mag. qu... elinquito... quei ex hace leg... h. l. facere oportui... eam pequniam o... teat dato iubeto... det...

2).. deosque.. quo minus sei... anodniuraver... e quis magistratus.. ti in taboleis pop.... inum nondin.. is erit vv...

Fragmentum sanctionem legis ignotae in qua de inferiis agitur continens.

1685. Laminae aeneae insculptum est, in alveo Tiberis inventae, quae nunc in museo Borbonico asservatur. Ediderunt: Murator. Nov. Thesaur. Tom. II. p. 576. Kleuze in Prolegom. ad Leg. Servil. p. XX. Haubold Monum. legal. p. 83. Egger Lat. serm. reliq. p. 360. Denuo verba ad tabulam recensuit et quam Muratorius pleniora edidit Goettling. Funfzehn Urkund. p. 22. Supplementa sunt Muratorii.

...... [Quiri|tium comprehensum [eundem] [1]) per pr...... .... eorum qui quoque anno inferiarum sacra [2])........... [possessionem d]andam adtribuendam curent..... tet [3]) agito facito neve quid adversus hanc rog[ationem fiat]. Siquis adversus hanc rogationem fecerit] sciens D. M. [4]) ei multa esto HS IXI eiusque pecuni]am quaestori quei aerarium provinciam obtinebit] populi iudicio petere vel in sacrum iudicare [5]) licet|o. Siquis adversus alias rogatio-

1) *comprensum* Murat. De libertis sermo esse videtur: primum enim hunc versum ita restituerim: quem ex iure Quiritium comprehensum... eundem per praetorem. Göttling. — 2) *sacra* e tabula addidit Göttling. — 2) Murator. qui legit ...*eet* ita supplet: praetor quei inter cives ius deicet. Sed Göttling. in tabula legi ....*tet*, non: ..*cet*. — 4) dolo malo. — 5) Egger coniicit legendum: *vindicare*.

nes] huius rogationis ergo fecerit, quodque ex earum [rogationum aliqua eum facere oportebit n]on fecerit, id ei fraudi, multae, poene ne esto. [Nequis hanc rogationem abrogato, neve huic rog]ationi obrogato, neve de hac rogatione derogato.... [posse]ssionem factum non erit quod aliter rogatum e[rit...] H. L. N. R.[1])

Lex regia Vespasiani.

1686. Tabula aenea medio saeculo XIV. Romae inventa, in museo Capitolino nunc adservata magnitudine et crassitie atque grandi literarum mensura insignis, continet, ut nunc fere inter omnes convenit, (V. Niebuhr Röm. Gesch. I. p. 381.) fragmentum legis curiatae de imperio Vespasiani, cuius generis leges postquam comitia curiata re vera desierunt inani tantum eorum specie per triginta lictores triginta curias referentes retenta, formam senatus consultorum induerunt. Quapropter hoc monumentum etiam inter senatus consulta numerari possit. Plurimi ediderunt et exposuerunt, inter quos potiores hi fere sunt: Franciscus de Albertinis De mirabilib. novae et veteris urbis Romae. 1510. II, 5. n. 16; Iacob. Mazochius in Epigrammat. antiq. urbis fol. 14. Gruterus in Corp. Inscript. p. 242. Leopold. Metastasius in libro singulari De lege regia seu tabula aenea Capitolina. Rom. 1757. I. A. G. Cramer in Comment. de vita Vespasiani. 1785. p. 20. Franc. Guascus in Musei Capitolini Inscript. Romae. 1775. Tom. III. p. 246. Orellius in Collect. inscriptt. T. I. p. 567. Haubold Monum. leg. p. 221. Göttling. Fünfzehn röm. Urkund. pag. 20. In Taciti Operum editionibus compluribus additum habetur ut Ernesti, Broterii, Oberlini. Etiam aliorum de hoc legis fragmento scripta potiora indicat Rein in Pauly Encyclop. reali Vol. IV. p. 995. s. v. lex regia.

...Foedusque cum quibus volet facere liceat ita uti licuit divo Aug. Ti. Iulio Caesari Aug. Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico; utique ei senatum habere, relationem facere, remittere, senatus consulta per relationem discessionemque facere liceat ita uti licuit divo Aug. Ti. Iulio Caesari Aug. Ti Claudio Caesari Aug. Germanico; utique cum ex voluntate auctoritateve, iussu mandatuve eius praesenteve eo senatus habebitur, omnium rerum ius perinde habeatur, servetur, ac si e lege senatus edictus esset habereturque; utique quos magistratum, potestatem, imperium, curationemve cuius rei petentes senatui populoque romano commendaverit, quibusve suffragationem suam dederit, promiserit, eorum comitiis quibusque extra ordinem ratio habeatur; utique ei fines pomerii proferre, promovere, cum ex republica censebit esse, liceat ita uti licuit Ti. Claudio Caesari Aug. Germanico; utique quaecumque ex usu rei publicae, maiestate divinarum, humrum[2]), publicarum privatarum-

1) hac lege nihil rogatur. — 2) Ita Göttling. legit; *humarum* Guasc. utrumque pro: *humanarum*.

que rerum esse censebit, ei agere, facere, ius potestasque sit ita uti divo Aug. Tiberioque Iulio Caesari Aug. Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico fuit; utique quibus legibus pebeique scitis scriptum fuit ne divus Aug. Tiberiusque Iulius Caesar Aug. Tiberiusque Claudius Caesar Aug. Germanicus tenerentur, iis legibus plebisque scitis Imp. Caesar Vespasianus solutus sit; quaeque ex quaque lege, rogatione divum Aug. Tiberiumve Iulium Caesarem Aug. Tiberiumve Claudium Caesarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Caesari Vespasiano Aug. facere liceat; utique quae ante hanc legem rogatam acta, gesta, decreta, imperata ab Imperatore Caesare Vespasiano Aug. iussu mandatuque eius a quoque sunt, ea perinde iusta rataque sint ac si populi plebisve iussu acta essent.

Sanctio.

Siquis huiusce legis ergo adversus leges, rogationes plebisque scita, senatusve consulta fecit, fecerit, sive quod eum ex lege, rogatione plebisve scito S. ve C. [1]) facere oportebit non fecerit huius legis ergo, id ei ne fraudi esto, neve quit [2]) ob eam rem populo dare debeto, neve cui de ea re actio neve iudicatio esto, neve neve quis de ea re apud ... [3]) agi sinito.

Legis incertae fragmentum.

1687. Adservatur in museo Florentino, superstes in aere. Editum (sed satis mendose) in Gorii Inscriptt. antiq. I. 88; tum in Blumii Iter Italic. Tom. II. p. 87. Haubold Monum. legal. p. 299. Egger Sermon. reliq. p. 361.

Col. I.

In res singulas HS X CIↃ [4]) D. D. E. [5]) isque locus ubi quis adversus ea humatus sepultusve erit, purus et religione solutus esto, eumque S. F. S. [6]) qui tenet exarato. Ne quis alvos apium...

Col. II.

eius C. ita uti lege Aem[ilia cautum] [7]) est D. D. ad pr. [8]) de ea re refe[rre] [9]) edicereque debeto eam [rem]...

§. 2. *Senatus consulta.*

Senatus consultum sive Edictum de Bacchanalibus.

1688. Tabulae aeneae insculptum est repertae anno 1640 in vico quodam Calabriae (Terra di Teriolo), hinc Neapolin et postremum in museum

---

1) senatusve consulto. — 2) pro: *quid.* — 3) In exemplo Göttlingiano vestigia literae S significantur minimo intervallo a verbo *agi* separatae. Quapropter *apud se* legendum esse videtur. — 4) Ita Blum. Apud Gori. CIC. — 5) dare damnas esto. — 6) sine fraude sua. — 7) Supplevit Blum. — 8) decreto decurionum ad praetorem. — 9) Blum. supplevit: *referre isque*, quod propter sequens *que* in *edicereque* minus commodum videtur.

caesareum Vindobonense translatum, ubi nunc asservatur. Totius rei causam et senatus consulti quo Bacchanalia per totam Italiam vetabantur argumentum enarrat Livius lib. XXXIX. cap. 9. Secundum Göttlingii sententiam aptis rationibus confirmatam non est instrumentum senatus consulti originarium, sed potius consulum edictum ad foederatos, cui huius senatus consulti capita potissima insererentur. Multi tabulam ediderunt de eaque commentati sunt ab Hauboldio Monum. leg. p. 5 enumerati, inter quos inprimis commemorandi sunt: Matthaeus Aegyptius (Senatus consult. de Bacchanalibus. Neapol. 1729. fol. et in Poleni Supplem. utriusque thesauri Tom. I. p. 735.) cuius dissertationem in compendium misit Drakenborchius Tom. VII. edit. Livii p. 197; Fabretti Inscr. p. 427. Georg. Fried. Grotefend (Lat. Grammat. Tom. II. p. 297), Hauboldius (Monum leg. I. I. et Institt. iur. roman. liter. p. 251); Endlicher, qui post M. Aegyptium accuratissimum quod dicitur facsimile tabulae dedit in catalogo codicum lat. bibliothecae Vindobon. Viennae. 1836. Tom. I. tab. 1. Egger (Lat. serm. reliq. p. 126); Göttling (Fünfzehn röm. Urkund. p. 27.) denuo textum ad tabulam aeneam accuratissime exegit.

[Q.] Marcius L. f. S. Postumius L. f. cos. senatum consoluerunt N.[1]) Octob., apud aedem Duelonai. Sc. arf.[2]) M. Claudi. M. f. L. Valeri. P. f. Q. Minuci. C. f. De Bacanalibus quei foideratei esent, ita exdeicendum censuere[3]): nei quis eorum bacanal[4]) habuise velet. Sei ques esent, quei sibei deicerent necesus ese bacanal habere, eeis utei ad pr. urbanum Romam venirent, deque eeis rebus, ubei eorum verba[5]) audita esent, utei senatus noster decerneret, dum ne minus senatoribus C adesent, [quom e]a res cosoleretur[6]). Bacas[7]) vir nequis adiese velet ceivis romanus, neve nominus latin[i], neve socium quisquam, nisei pr. urbanum adiesent, isque de senatuos sententiad, dum ne minus senatoribus C adesent, quom ea res cosoleretur, iousisent[8]), censuere; sacerdos nequis vir eset, magister neque vir neque mulier quisquam eset; neve pecuniam quisquam eorum comoinem [h]abuise velet, neve magistratum; neve pro magistratuo neque[9]) virum neque mulierem quiquam fecise velet; neve posthac inter sed coniourase, neve comvovise, neve conspondise, neve compromesise velet, neve quisquam

---

1) Litera N ita est insculpta ut alterius lineolae ductus a prima paulum separetur, neque pro signo numeri IV accipienda erat, ut plures editores male fecerunt. — 2) scribendo arfuerunt (pro: adfuerunt). — 3) Verba *De Bacanalibus* etc. intellige ac si diceretur: foederatis ita edicendum censuere de bacchanalibus. *Göttling.* — 4) In tabula: *sacanal*, mendose pro *bacanal* vel pro: s. (i. e. sacra) bacanalia. — 5) tabula mendose: *utra.* — 6) Ita clare scriptum, Göttlingio teste, tabula habet. Haubold. priores edd. sequens: *cos deleretur.* — 7) *Bacas* utique antiquae scriptio esse potest, pro *Bacchas*, quum Livius (XXXIX, 10. 13.) *Bacchis initiari* habeat. Sed nescio an compendio scribendi *Bacanalia sacra* denotentur. Pro *Bacanalibus* vox *Bacas* accipi nequit. Göttling. — 8) Exspectaveris *iousiset*, sed senatus cum praetore intelligendus videtur Göttlingio; reliquis edd. vitiose scriptum videtur *iousisent* pro: *iousiset.* — 9) tabula mendose: *neove.*

fidem inter sed dedise velet, sacra in oquoltod[1]) ne quisquam fecise velet, neve in poplicod, neve in preeivatod, neve exstrad urbem sacra quisquam fecise velet, nisei pr. urbanum adieset, isque de senatuos sententiad, dum ne minus senatoribus C adesent, quom ea res cosoleretur, iousisent[2]) censuere; homines plous V oinvorsei virei atque mulieres sacra ne quisquam fecise velet, neve interibei virei plous duobus, mulieribus plous tribus arfuise velent, nisei de pr. urbani senatuosque sententiad, utei suprad scriptum est. Haice[3]) utei in conventionid exdeicatis ne minus trinum noundinum; senatuosque sententiam utei scientes esetis, eorum sententia ita fuit. Sei ques esent quei arvorsum ead fecisent, quam suprad scriptum est, eeis rem caputalem faciendam censuere; atque utei hoce in tabolam ahenam inceideretis, ita senatus aiquom censuit, uteique eam figier ioubeatis, ubei facilumed gnoscier potisit; atque utei ea bacanalia, sei qua sunt, exstrad quam sei quid ibei sacri est, ita utei suprad scriptum est, in diebus X quibus vobeis tabelai datai erunt, faciatis utei dismota sient in agro Teurano.[4])

Senatus consultum de Tiburtibus.

1689. In tabula aenea Tiburi saeculo XVI reperta, servata Romae in aedibus Barberinis. Senatus responsum est Tiburtibus factum, anno u. 664 vel 665, ut Viscontio placet, quum bellum sociale exarsisset. Ediderunt et explicuerunt: Fulv. Ursinus nro. 22. Gruter (Thes. p. 499); Morcellus (Op. epigr. II. 168.); E. Q. Viscontius (Iconograph. rom. Tom. I. p. 88. p. 131. Ed. Mediol.) qui diligentissime ad tabulam verba exegit et cum Morcello fidem tabulae contra Maffeium in Arte critica lapidar. p. 344. impugnantem defendit; Orellius (Inscr. Col. n. 3114); Haubold. (Monum. leg. p. 81). Egger. (Reliq. serm. p. 358.) Rursus contra Viscontium et pro Maffeio disseritur in Giornale Arcadico. 1819. Tom. IV. p. 158 sqq.

L. Cornelius Cn. f. pr. sen. con.[5]) a. d. III nonas Maias sub aede Kastorus.[6]) Scr. adf.[7]) A. Manlius A. f., Sex. Iulius L. Postumius S. f. Quod Teiburtes V. F.[8]) quibusque de rebus vos purgavistis, ea senatus animum advortit ita utei aequom fuit, nosque ea ita audiveramus ut vos deixistis vobeis nontiata esse; ea nos animum nostrum non indocebamus ita facta esse, propterea quod

---

1) *oquoltod* (pro: occulto) Göttling e tabula; Haubold: DQVOLTOD. — 2) Exspectaveris *iousiset*, sed senatus cum praetore intelligendus videtur Göttlingio; reliquis edd. vitiose scriptum videtur *iousisent* pro: *iousiset*. — 3) Post verbum *scriptum*, spatium in tabula aliquanto maius liberum relinquitur. Scripturae ductus non minus *hacce* quam *haice* legi sinit; sed *haice* Göttlingio praestare videtur, quia nusquam per totam tabulam literae geminantur. — 4) Supra lineolam finalem literae N in verbo *Teurano* puncti vestigia apparent, ut fortasse *Teuranio* scriptum esse coniiciendum sit. *Göttling.* Extrema verba: *in agro Teurano*, maioribus literis insculpta sunt. — 5) praetor senatum consuluit. — 6) pro: *Kastoris.* — 7) scribendo adfuerunt. — 8) verba fecistis.

scibamus ea vos merito nostro facere non potuisse, neque vos dignos esse quei faceretis, neque id vobeis neque rei poplicae vostrae oitile esse facere; et postquam vostra verba senatus audivit, tanto magis animum nostrum indoucimus, ita utei ante arbitrabamur, de ieis rebus af[1]) vobis peccatum non esse; quonque de eieis rebus senatuei purgati estis, credimus vosque animum vostrum indoucere oportet item vos populo romano purgatos fore.

Senatus consultum de Asclepiade Clazomenio sociisque.

1690. Asservatur hoc senatus consulti fragmentum satis mutilum Neapoli in museo Borbonico tabellae aereae insculptum, in qua versio graeca additur minusculis literis insculpta. Assignandum est anno u. c. 676 (77 a. Ch.) M. Aemilio Lepido, Q. Lutatio Catulo consulibus. Non incommode hoc senatus consultum honestae missionis instrumentum cum Göttlingio dixeris, qua tribus Graecis, Asclepiadi, Polystrato et Menisco, qui bello Italico in classe cum laude meruerant, atque pro rebus erga populum romanum bene gestis, ipsis eorumque posteris immunitas aliaque commoda attribuuntur. Lacera verba latina e graeca versione restituit Sigonius, (De antiquo iure provinciar. I, 1.) cuius supplementa adscivimus.

Ediderunt hoc fragmentum: Petrus Victorius, qui primus cum versione graeca vulgavit ad calcem editionis Epistolarum Ciceronis ad Atticum. Florent. 1571. 8.; Brissonius De formul. II, 137; Fulv. Ursinus l. l. XXIV; Gruterus Inscriptt. p. 503. Haubold Monum. leg. p. 90. Egger Lat. serm. reliq. p. 275; Göttling Fünfzehn röm. Urk. p. 50.

1. .... is liberisve e.....[2])
2. ... Eis leibereis postereis vx....[3])
3. ... Certare seive apud magistratus....
4. ... M.[4]) vbei velint vtei ibei ivdicivm de eis rebvs fiat sei qva....
5. ... ntvr et de integro ivdicivm ex s. c. fiat sei qvas pecvnias civ....
6. ... Vs nostri qveiqvomqve asiam evboeam locabvnt vectigalve Asiae....
7. ... Aemilivs cos. a. a. s. c. v.[5]) eos in ameicorvm formvlam reffervndos cvrarent eis....
8. ... Facere liceret, mvnvsqve eis ex formvla locvm lavtiaqve q. verb. eis locare mittereq....
9. ... Veneire vellent vti eis leibereis postereisqve eorvm legatos venire mittereq. liceret vtei q....

---

1) pro: *ab.* — 2) Hunc primum versum Göttlingius primus e tabula addidit; reliqui omnes praetermittunt. — 3) *uxo* Grut. — 4) literam M Göttling. addidit e tabula. — 5) Priores edd. *Emilius*, sed tabula manifesto habet: Aemilius. Pro A. A. S. C. V. quod Göttlingius legit et explicat: ambo alterve si consulibus videbitur, priores: A. A. S. E. V. (ambo alterve si eis videbitur).

10. ... Seio ve [1].. litteras ad magistratvs, qvei Asiam Macedoniam provincias optinent et ad magistratus eorvm mitt....

11. ... Aeqvom censere ea ita Fieri i. v. e. e. r. p. f. s. v. c.

Idem senatus consultum ex restitutione Sigonii secundum graecam versionem facta.

1691. [Q. Lutatio Q. f. Catulo M. Aemilio Q. f. M. Lepido cos. pr. vero urbano et peregrino L. Cornelio... f. Sisenna, mense maio, Q. Lutatius Q. Lutatius Q. f. Catulus cos. ad senatum rettulit XI kal. Iunias in comitio. Scribendo affuerunt L. Faberius L. f. Sergia, C.... L. f. Poplilia, Q. Petillius T. f. Sergia. Quod Q. Lutatius Q. f. Catulus cos. verba fecit, Asclepiadem Philini f. Clazomenium, Polystratum Polyarci f. Carystium, Meniscum Irenaei f. adoptivum, Thargelii f. naturalem Milesium [2], in classe affuisse, bello Italico ineunte, eos operam fortem ac fidelem reip. nostrae navasse, eos ex s. c. sese in patrias recepisse velle, sei ei videatur, utei pro rebus bene gesteis ab eis erga remp. nostram, eorum commemoratio fiat; d. e. r. i. c. [3] Asclepiadem Philini f. Clazomenium, Polystratum Polyarci f. Carystium, Meniscum Irenaei f. adoptivum Milesium, naturalem Targelii, viros bonos probosque et ameicos declarare, senatum poplumque romanum existimare eorum operam bonam et fortem et fidelem reip. nostrae fuisse; quam ob causam senatum iúdicare utei iei leiberei postereique eorum in sueis patrieis immunes rerum omnium et tributorum expertes sint; si quae tributa ex boneis eorum exacta sunt, posteaquam e patria reip. nostrae caussa dicesserint, utei ea omnia eis in integrum restituantur, et sei quod vadimonium praeteriit, ex quo ex patria reip. nostrae caussa discesseriut, nei ea res eis fraudi sit, neive quid eis ob hanc caussam minus debeatur, neive quid minus eis emere vendere liceat; quaeque hereditates eis seive leibereis eorum obvenerunt, utei eas habeant possideant fruanturque; quaeque ipsei leiberei posterei uxoresque eorum ab alio emerint, seive quid ab eis libereis postereis uxo[ribus eorum alii emerint, utei eorum liberorum uxorumque eorum potestas et optio sit; seive in patrieis legibus sueis velint] certare, seive apud magistratus [nostros, apud iudices italicos, seive in civitate libera earum quae usque ad finem in amicitia populei romanei manserunt], ubei velint, utei ibei iudicium de eis rebus fiat; sei qua [iudicia de eis absentibus posteaquam e patria discesserint facta sunt, ea utei in integrum restitua]ntur et de integro iudicium ex s. c. fiat; sei quas pecunias civ[itates eorum publice debeant, nei quid in has pecunias dare debeant. Magistrat]us nostri quicomque Asiam Euboeam locabunt, vectigalve Asiae [Euboeae imponent,

1) Ita Göttling. Priores: si ei v. f. — 2) Ita hunc locum refinximus ex sententia Göttlingii; Sigonius enim duos diversos Meniscos nominari putavit hoc loco, alterum Irenaei filium, alterum Thargelii. — 3) de ea re ita censuerunt.

caverent nei dare deberent, et utei Q. Lutatius M. A]emilius cos. a. a. s. e. v.[1]) eos in ameicoran formulam referundos curarent, eis[que aeneas tabulas amicitiae in Capitolio ponere sacrificiumque] facere liberet, munusque eis ex formula locum lautiaque q. urb.[2]) eis locare mittereq[ue iuberent; seique de rebus suis legatei] veneire vellent, utei eis leibereis postereisque eorum legatos venire mittereque liceret; utei Q. [Lutatius M. Aemilius cos. a. a.] sei eis v.[3]) litteras ad magistratus nostros, quei Asiam Macedoniam provincias optinent, et ad magistratus eorum mitt[erent, senatum velle et] aequom censere ea ita fierei i. u. e. e. r. p. f. s. v. c.[4])

Senatus consulta duo De aedificiis negotationis causa non diruendis.

1692. Utrumque senatus consultum in eadem tabula aenea insculptum inter ruinas Herculanei oppidi effossa, quae in possessionem Matthaei a Capua Conchanorum principis cessit. Alterum anno 801 u. c. assignandum est, alterum anno 809. Ediderunt: Iul. Caesar Capaccius (Antiquitat. et histor. Neapolitanae. Neapol. 1607. 4. Lib. II. c. 9); Th. Reinesius (Syntagm. Inscriptt. p. 475. Epist. ad Rupert. p. 392.) qui praeter Capaccii librum alio exemplo e tabula transcripto usus est; emendatius Io. Bapt. Donius (Inscriptt. antiq. p. 84.); Th. L. Münter (Parerga historico-philolog. Götting. 1749. p. 28.); I. G. S. (i. e. Ioan. Gofr. Senfii) Commentat. ad SCC. de aedificiis negotationis causa non diruend. Lips. 1756. p. 9; Haubold (Monum. leg. p. 196.).

I.

Cn. Hosidio Geta L. Vagellio Coss. x. kal. Octobr. S. C.

Cvm providentia optvmi principis tectis qvoqve vrbis nostrae et totivs Italiae aeternitati prospexerit, qvibus ipse non solvm praecepto avgvstissimo sed etiam exemplo svo prodesset, conveniretqve felicitati saeculi instantis pro portione[5]) pvblicorvm operum etiam privatorvm cvstodiae, deberentqve abstinere se omnes crventissimo genere negotiationis, ne inimicissimam paci[6]) faciem inducerent rvinis domvm[7]) villarvmq: placere, si qvis negotiandi cavsa emisset aliqvod aedificivm vt dirvendo plvs acqvireret qvam qvanti emisset, tvm dvplam pecvniam qua mercatus eam rem esset in aera. inferri, vtiqve de eo nihilominvs ad senatvm refferretvr. Qvomqve aeqve non oporteret malo exemplo vendere qvam emere, venditores qvoqve coercerentvr, qvi scientes dolo malo contra hanc senatvs volvntatem vendidissent, placere, tales venditiones irritas fieri; caeterum testari senatvm dominio constitvi qvi rervm svarvm possessores

---

1) consules ambo alterve si eis videbitur. — 2) quaestorem urbanum. — 3) si eis videbitur. — 4) ita ut eis e re publica fideque sua videbitur, censuit (sc. senatus). — 5) Ita Reines. *proportioni.* Haubold. — 6) tabula mendose: *pace.* — 7) pro: *domuum.*

fvtvri aliqvas partes earvm mutaverint, dum non negotiationis cavsa id factum censuerint.

In senatv fvervnt CCC. LXXXIII.

II.

Volvsio P. Cornelio Cos, VI Non. Mart. S. C.

Qvodqve Volvsivs P. Cornelivs verba fecervnt de postvlatione necessariorvm Alliatoriae Celsiliae q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. [1])

Cvm s. c. qvod factvm est Hosidio Geta L. Vagellio Cos. clarissimis viris ante x. k. oct. avctore d. Clavdio cavtvm esset ne qvis domvm villamve dirueret quod sibi adqvireret, neve quis negotiandi cavsa eorvm qvid emeret venderetve, poenaqve in emptorem qvi adversvs id s. c. fecisset constituta esset ita vel. [2]) is qui qvicqvid emisset dvplvm eivs qvanti emisset in aerarium inferri cogeretvr et eius qvam vendidisset irrita fieret venditio, de iis avtem qvi rervm suarum possessores futuri aliqvas partes earum mvtassent dvmmodo non negotiationis cavsa mvtassent nihil esset novatvm et necessarii Alliatoriae Celsiliae vxoris Attil. Lvperci ornatissimi viri exposvissent hvic ordini, patrem eius Ailiatorivm Celsvm emisse fvndos cvm aedificiis in regione mvtinensi [3]) qvi vocarentvr campi macri in qvibvs locis mercatvs [haberi] svperioribvs solitvs esset temporibvs iam per aliqvod dessisset haberi [4]), aeqve aedificia longa vetvstate dilaberentvr, neqve refacta vsvi essent fvtvra qvia neqve habitaret in iis qvisqvam nec vellet in deserta crventia [5]) commigrare, ne qvid fravd. [6]) mvltae poenaeq. esset Celsiliae si ea aedificia de qvibvs in hoc ordine actvm esset avt demolita fvissent avt ea conditione sive per se sive cvm agris vendidisset avt emptori sine fravde sva ea destrvere tollereqve liceret.

In fvtvrvm avtem admonendos caeteros esse [7]) vt abstinerent se a tam foedo genere negotiation. hoc praecipve saecvlo qvo excitari, novari, ornari in [8]) vniversa qvibvs felicitas orbis terrarvm splenderet magis convenire, qvam rvinis aedificiorvm aliam [9]) partem deformem Italiae [conspici] et adhvc retinere priorvm temporvm ita vt diceretvr senectvte actvm ..... [10]) censvere in senatv.

Oratio Imperatoris Claudii in senatu habita de civitate Gallis danda.

1693. In duabus tabulis aeneis Lugduni erutis anno 1528, quae hodieque ibidem in museo asservantur. Primus edidit Paradinus (Memoires

---

1) Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt. — 2) Mendum subest; pro *vel* scribendum erat, ut videtur, *uti.* — 3) In tabula mendose: *Muliniensi* et: *campi matri.* Emendavit Reines. — 4) tabula: *habere.* — 5) mendose, ut videtur, pro: *deserta ac ruentia.* — 6) fraudi. — 7) Haubold. *esset.* — 8) eiicienda praepositio videtur. *Reines.* — 9) *aliquam* Reines. emendat. quem in proxime sequenti lacuna supplenda secuti sumus. — 10) Reinesius supplendum coniicit: *memoriam.*

de l'histoire de Lyon. Lyon. 1573); secuti sunt Lipsius in commentariis ad Tacitum, Brissonius De formulis Ed. 1592. p. 268. Gruterus Thes. Inscr. p. 502. De tabulis antiquis denuo transcripserunt Sponius Recherche des antiquités de la ville de Lyon p. 170 versione Gallica et paucis observationibus additis, atque Menestrier Histoire civile de la ville de Lyon. Lyon. 1696. p. 165 et is quidem locis aliquot emendatius. Taciti operum editiones plurimae assumserunt, inter quas praecipue hoc nomine commemoranda est Broteriana in Excurs. ad. Annal. XI, 24. Inserta oratio catalogo musei Lugdunensis a F. Artaud confecto (Cabinet des antiques du musée de Lyon par F. Artaud. Lyon 1816.) et Hauboldi Monumentis legal. p. 190. Peculiaris editio haec est, qua orationem emendatam et commentario illustratam repraesentare ipse aliquando sategi: Imperatoris Claudii Oratio super civitate Gallis danda. Edidit Carolus Zell, universitatis Friburgensis Professor. Friburgi Brisigavor. In typographeo academico fratrum Groos. 1833. 4.

De orationis argumento et occasione V. Taciti Annal. XI, 23—25.

Tabula I. [1]

mae rerum nostr. . . . . sii . . . . Equidem primam omnium illam cogitationem hominum, quam maxime primam occursuram mihi provideo, deprecor, ne quasi novam istam rem introduci exhorrescatis; sed illa potius cogitetis, quam multa in hac civitate novata sint, et quidem statim ab origine urbis nostrae in quod [2] formas statusque res publica nostra diducta sit. Quondam reges hanc tenuere urbem; nec [3] tamen domesticis successoribus eam tradere contigit. Supervenere alieni et quidam externi, ut Numa Romulo successerit ex Sabinis veniens, vicinus quidem sed tunc externus, ut Anco Marcio Priscus Tarquinius. Propter temeratum sanguinem, quod patre Demarato corinthio natus erat et tarquiniensi matre generosa sed inopi (ut quae tali marito necesse habuerit succumbere), cum domi repelleretur a gerendis honoribus, postquam Romam migravit, regnum adeptus est. Huic quoque et filio nepotive eius (nam et hoc inter auctores discrepat) insertus Servius Tullius, si nostros sequimur, captiva natus Ocresia; si Tuscos Caeli quondam Vivennae sodalis fidelissimus omnisque eius casus comes. Postquam varia fortuna exactus cum omnibus reliquiis caeliani exercitus Etruria excessit, montem caelium occupavit et a duce suo Caelio ita appellitatus [4], mutatoque nomine (nam tusce Mastarna ei nomen erat) ita appellatus est ut dixi, et regnum summa cum rei publicae utilitate optinuit. Deinde postquam Tarquinii superbi mores invisi ci-

---

1) Omnes edd. hanc tabulam alteri anteponunt tanquam priorem; sed indicia non desunt, quibus ordinem tabularum inversum esse suspicemur. V. Orationis editionem Friburgensem supra laudatam p. 17. — 2) tabula mendose: *quod.* — 3) *nec* Sponius et Artaud. reliqui editores: *ne*, quod manifestum vitium est scalptoris vel transcribentium. — 4) Sic tabula mendose; debebat esse: *appellitavit.*

vitati nostrae esse coeperunt qua ipsius qua filiorum eius: nempe pertaesum est mentes regni et ad consules, annuos magistratus, administratio reip. translata est. Quid nunc commemorem dictaturae hoc ipso consulari imperium valentius repertum apud maiores nostros quo in asperioribus bellis aut in civili motu difficiliore uterentur; aut in auxilium plebis creatos tribunos plebei? Quid a consulibus ad decemviros translatum imperium solutoque postea decemvirali regno ad consules rursus reditum? Quid inter pluris [1]) distributum consulare imperium, tribunos militum consulari imperio appellatos, qui seni et saepe octoni crearentur? Quid communicatos postremo cum plebe honores non imperi solum sed sacerdotiorum quoque? Iam si narrem bella a quibus coeperint maiores nostri et quo processerimus, vereor ne nimis insolentior esse videar et quaesisse iactationem gloriae prolati imperii ultra oceanum. Sed illuc [2]) potius revertar: civitatem ....

Tabula II.

.. .. sane .... novo .... diuus Aug. .... no .... lus et patruus Tiberius Caesar omnem florem ubique coloniarum ac municipiorum bonorum scilicet virorum et locupletium in hac curia esse voluit. Quid ergo? Non italicus senator provinciali potior est? Iam vobis cum hanc partem censurae meae approbare coepero, quid de ea re sentiam rebus ostendam. Sed ne provinciales quidem si modo ornare curiam poterint reiiciendos [3]) puto. Ornatissima ecce colonia valentissimaque Viennensium quam longo iam tempore senatores huic curiae confert. Ex qua colonia inter paucos equestris ordinis ornamentum L. Vestinum familiarissime diligo et hodieque in rebus meis detineo. Cuius liberi fruantur quaeso primo sacerdotiorum gradu post modo cum annis promoturi dignitatis suae incrementa. Ut dirum nomen latronis taceam; et odi illud palestricum prodigium quod ante in domum consulatum intulit, quam colonia sua solidum civitatis romanae beneficium consecuta est. Idem de fratre eius possum dicere miserabili quidem indignissimoque hoc casu ut vobis utilis senator esse non possit. — (Tempus est iam Tiberi Caesar Germanice, detegere te patribus conscriptis quo tendat oratio tua: iam enim ad extremos fines Galliae narbonensis venisti.) — Tot ecce insignes iuvenes quot intueor non magis sunt paenitendi senatores quam paenitet Persicum nobilissimum virum, amicum meum, inter imagines maiorum suorum Allobrogici nomen legere. Quod si haec ita esse consentitis, quid ultra desideratis quam ut vobis digito demonstrem solum ipsum ultra fines provinciae narbonensis iam vobis senatores mittere, quando

---

1) Lipsius: *quid imp.....uris*; reliqui *im.* absque litera *p.* Restituit locum *Niebuhr* Röm. Gesch. Tom. II. p. 171. not. 84. — 2) tabula: *illoc.* — 3) Spon. *recipiendos*, quam lectionem Lipsius Haubold. alii male sequuntur; sed Menestrier et Artand: *reiiciendos*, quod utique sensus loci requirit.

ex Luguduno[1]) habere nos nostri ordinis viros non paenitet. Timide quidem P. C. egressus adsuetos familiaresque vobis provinciarum terminos sum; sed destricte iam comatae Galliae causa agenda est. In qua si quis hoc intuetur quod bello per decem annos exercuerint divum Iulium, idem opponat centum annorum immobilem fidem obsequiumque multis trepidis rebus nostris plusquam expertum. Illi patri meo Druso Germaniam subigenti tutam quiete sua securamque a tergo pacem praestiterunt, et quidem cum a[2]) census novo tum opere et inadsueto Galliis ad bellum advocatus esset. Quod opus quam arduum sit nobis nunc cum maxime, quamvis nihil ultra quam ut publicae natae sint facultates nostrae exquiratur, nimis magno experimento cognoscimus....

Senatus consultum in honorem Germanici.

1694. In tabulae aeneae fragmento, fortasse in Angliam translato, editum a Fea Frammenti di fasti cosolari. Rom. 1820. p. XVI; Niebuhrio Rheinisch. Museum für Philolog. Bonn. 1827. I. Jahrg. p. 350; Haubold. Monum. leg. p. 187. De argumento senatus consulti conferendus Tacitus Annal. II, 83 ubi inter alia haec leguntur: Honores ut quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti decretique: ut nomen eius Saliari carmine caneretur; sedes curules sacerdotum Augustalium locis superque eas querceae coronae statuerentur; ludos circenses eburna effigies praeiret; neve quis flamen aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliae crearentur etc.

Fragm. I.

*u*terqve domestic .. Caesar Aug. .. citra mare se .. aliqvam .. *canitu*r in palatio .. in eodem libro .. *germ*anicvm arbitra .. senatvi placere vti .. *ima*gines ponerentvr svpr*a* .. *cete*ra qvae ex s. c. honorandi .. qvi inter alia eodem vol*umine* .. mari provinciarvm asia*ticarum* .. *gr*atias agere et agnosc*ere* .. osarent vbi terc .. iscvm qv .. arent ..

Fragm. II.

M .. vm .. ratis t. .. ? i asco .. mi .. non parces .. Caesaris pont*ificis max*. .. antoniae mat*ris* .. alter Ianvs fieret .. regionibvs qx .. con veniens rv .. tertivs Ianvs ve*ro* .. *exer*citvs deinde pei .. *Ger*manis et praec .. *tumu*lvm Drusi face .. et cvmesset in e .. ex hoc. s. c. factvs *ubi corpus Germanici* Caesaris cremat*um* .. rasset tri ..

Senatus consultum de ludis saecularibus.

1695. Edidit haec fragmenta primus Fulvius Ursinus ex tabula marmorea ad calcem operis Antonii Augustini De legibus et senatus con-

---

1) *Luguduno* Sponius et Artaud exhibent, et Menestrier in tabula legi asseverat; reliqui: *Lugduno*. — 2) tabula aperto vitio: *ad census*.

sultis nro. XXV. tum Gruterus Thes. p. 328. Haubold Monum. leg. p. 163. Egger Lat. serm. reliq. p. 325.

.... S. l. Cestius, L. Petronius ru .... v. f. ludos saecularis post complur ..... p. p. tribunic. potestate futuros quo ..... qui etiam quod tale spectacul ..... s qui nondum sunt maritali s..... stituti neque ultra quam semel ulii mo.....[1]) eni s. f. s. spectare liceat iis qui lege de marita[ndis ordinibus].[2]) ....em adfuer. et senatusconsultum factum est.... [perti]nere ad conservandam memoriam tantae r[ei]. [in tabul]am aeneam et marmoream inscribi s..... ni q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. Uti cos. a. a. ve adhi.... [m]armoream in quibus commentari ..... p. inperent uti redemptoribus ea ..... um propositum est XV vir ..... s. existumavimus ut omnes lib..... ii coniugesque....

. . . .

.... cos. v. f. de lucari ludorum sa.... fierent q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. Uti quoniam ant .... saeculares XV vir sacr. faciund. in summa constitu .... quos pro salute Caesaris fecerunt lucaris nomine cons.... it inperent uti eam pecuniam dandam adtribuendam .... inno C. Silano C. Furnio cos. a. d. XIII kal. mart. senat.... [sac]rificium saeculare locarentur, in ea verba qu.... ulla. Scribundo adfuer. M. Iunius M. f. Si....inus, C. Asinius Cn. f.

§. 3. *Appendix legum et senatus consultorum in codicibus manuscriptis separatim vel apud veteres scriptores servatorum.*

Legis Mamiliae quae dicitur fragmentum.

1696. Inter romanorum agrimensorum reliquias fragmentum exstat legis romanae, quod inscribitur: Lex Mamilia Roscia Peducea Aliena Fabia. Ad legem Mamiliam finium regundorum vel ad legem Mamiliam de coloniis pertinere, communis fere persuasio erat, neque tot nominum propriorum in titulo rationem quisquam explicuit. Sed nunc quidem Rudorffii doctrina et acumine de lege ipsa eiusque titulo certius constat. (V. Ueber die sogenannte lex Mamilia de coloniis; in: Savigny Zeitschrift für gesch. Rechtsw. Vol. IV. p. 379). Ex eius enim sententia fragmentum est legis Iuliae agrariae, quam Gaium Caesarem, i. e. Caligulam, tulisse docemur a Callistrato iure consulto in Digestorum L. 3. pr. de termino moto; nominum autem in titulo cumulus inde provenit, quod ex collectione legum et senatusconsultorum similis argumenti a Frontino confecta titulus ille praescriptus relictus est, leges et senatus consulta praeter hoc legis Iuliae sive Gaianae fragmentum interciderunt omnia.

Ediderunt: Hadrianus Turnebus in Auctoribus legibusque rei agrariae

---

1) Ursinus supplet: *mortalium.* — 2) Significari legem de maritandis ordinibus Ursinus existimat.

Paris. 1554. p. 182. Sigonius De antiq. iure Ital. II, 2. Iustus Lipsius Elector. I, 15. Antonius Augustinus De legibus Opp. T. I. p. 67. Barn. Brissonius De formul. II, 26. Nic. Rigaltius in Auctorib. finium regund. Paris. 1614. ab initio; Goesius in Auctorib. rei agrariae p. 339 seqq. iunctis notis Goesii p. 182. quem Haubold. Monum. leg. p. 167 sequitur; textum fragmenti ad quatuor codices Agrimensorum denuo Rudorffius l. l. recensuit, Acerianum nunc Guelferbitanum fol. 68 et fol. 156. Gudianum et Palatino-Vaticanum. Rudorffii recensionem Egger Lat. serm. reliq. p. 363 et nos hic sequimur. Adde nunc: Schriften der Röm. Feldmesser herausgegeben von Blume, Lachmann und Rudorff. I. p. 263.

K. L. III.[1]) Quae colonia hac lege deducta, quodve municipium praefectura forum conciliabulum constitutum erit, qui ager intra fines[2]) eorum erit, qui termini in eo agro statuti erunt, quo in loco terminus non stabit[3]), in eo loco is, cuius is ager[4]) erit, terminum restituendum curato, uti quod recte factum esse volet[5]), idque magistratus, qui in ea colonia municipio praefectura foro conciliabulo iure dicundo praeerit, facito, ut fiat.

K. L. IIII. Qui limites decumanique hac lege deducti erunt, quacumque fossae limites in agro erunt, qui ager hac lege datus adsignatus erit, ni quis eos limites decumanos nec obseptus[6]), neve quid in eis inmolitum, neve quid ibi oppositum[7]) habeto, neve eos arato, neve eas fossas obturato, neque ibi serito, quominus suo itinere aqua ire fluere possit. Si quis adversus ea quid fecerit, in res singulas, quotienscumque fecerit, HS IIII[8]) colonis municipibusve eis, in quorum agro id factum erit, dare damnas esto, pecuniaeque, qui volet, petitio hac lege esto.

K. L. V. Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium praefecturam forum conciliabulum constituerit, in eo agro, qui ager intra fines eius coloniae municipii fori conciliabuli praefecturae erit, limites decumanique ut fiant, terminique statuantur, curato: quosque fines ita statuerit, hi fines eorum sunto, dum ne extra agrum colonicum, territoriumve fines ducat. Quique termini hac lege statuti erunt, nequis eorum quem eicito, neve loco moveto sciens dolo malo.[9]) Si quis adversus ea fecerit, is in terminos singulos, quos eiecerit,

---

1) *caput legis tertium* intelligendum esse videtur, neque ut aliis placuit: *caput quinquagesimum tertium.* Nam non tam magnam partem legis intercidisse ex argumento horum capitum reliquornm colligas et codex Arcerianus alter literam L plane omittit. Rudorff. p. 388. not. 7. — 2) cod. Arc. *inter adfines.* — 3) codd. Gudian. et Palatin. *extavit.* — 4) Arc. *ss. ager.* — 5) Arc. *curatoque recta autum actum esse vellit.* Gudian. Palatin. *curato ut quae recte factum esse velit.* Quae lectionis varietas inde provenisse videtur, quia librarii elementa, quibus haec formula scribi solita est (V. Q. R. F. E. V.) non intellexerunt. Rudorff. p. 394. not. 16. — 6) Arc. fol. 68. *decimanos non obsequi.* fol. 156. *decimani nec obsequi.* Gud. *decumanos ne obsepitos.* Augustin. *ne obseptos.* Goes. *decumanos obsepito.* — 7) Cod. Gud. Ed. Goes. *positum.* Nostram lectionem Rudorff. ex cod. Arcer. assumsit. — 8) quatuor sestertia sive quater mille sestertios. — 9) Gud. Palatin. *nequis quem eorum eiicito neve commoveto sciens dolo malo.*

locove moverit sciens dolo malo, S. S. V. M. N.[1]) in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas esto, deque ea re curatoris, qui hac lege erit, iurisdictio reciperatorumque datio addictio esto. Cum curator hac lege non erit, tum quicumque magistratus in ea colonia municipio praefectura foro conciliabulo iure dicundo praeerit, eius magistratus de ea re iurisdictio iudicisque datio addictioque esto, inque eam rem is qui hac lege iudicium dederit, testibus publice[2]) dumtaxat in res singulas[3]) X denuntiandi potestatem facito, ita ut e re publica fideque sua videbitur. Et si is, unde ea pecunia petita erit, condemnatus erit, eam pecuniam ab eo deve bonis eius primo quoque die exigito, eiusque pecuniae quod receptum erit, partem dimidiam ei dato, cuius opera maxime is condemnatus erit, partem dimidiam in publicum redigito. Quo ex loco terminus aberit, si quis in eum locum terminum restituere volet, sine fraude sua liceto facere, neve quid cui is ob eam rem hac lege dare damnas esto.

Lex Quinctia.

1697. Integram nobis servavit Iul. Frontinus De aquae ductibus c. 129. Lata lex a T. Quinctio Crispino consule an. u. c. 745. poenas constituit contra eos, quicunque aquarum publicarum ductus violaverint. Viros doctos qui seorsim legem ediderunt, Augustinum, Brissonium, Reinesium, Maffeium, Donatum et Io. Poleni in sua Frontini editione (Patav. 1722) de eadem commentarium enumerat Haubold. Monum. legal. p. 174. qui et ipse hanc legem exhibet. Quibus adde Morcellum De stil. CCCIIII. et G. H. H. Iordans De publicis urbium Romae et Constantinop. aquae ductibus. Bonn. 1844. p. 38. 64. 88 seqq. Recepit etiam Egger Serm. reliq. pag. 331.

T. Quinctius Crispinus cos. populum iure rogavit populusque iure scivit, in foro, pro rostris aedis divi Iulii p. k. Iulias. Tribus Sergia principium fuit. Pro tribu Sex. L. f. Varro. Quicunque post hanc legem rogatam rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum, quae ad urbem ducuntur, sciens dolo malo foraverit ruperit foranda rumpendave curaverit peiorave[4]) fecerit, quominus eae aquae earumve quaeque[5]) in urbem Romam ire cadere fluere pervenire duci possint, quove minus in urbe Roma et in iis aedificiis quae urbi continentia sunt erunt, in his hortis praedis locis, quorum hortorum praediorum locorum dominis pos-

---

1) *sestertiûm quinque millia nummûm.* Ita Arcer. sed Codd. Gudian. et Palatin. cum omnibus edd. ad Lipsium usque HS XXV. Rudorff. p. 399. — 2) *publicis.* Arcer. — 3) Gud. et Palat. *in res singulas ss. X. denuntiandi potestatem facito.* — 4) Ex emendatione Schulzii in editione Frontini Dederichiana. Codd. *peioreve;* Ed. Poleni: *peioremve.* — 5) Ed. Polen. *earumve qua* (i. e. aliqua); codd. plures *earumve quae qua*, unde Schulzius emendavit: *quaeque.* Iordansio delenda videntur *earumve quae* nata per duplicationem ex antegressis *eae aquae.*

sessoribusve aqua data vel adtributa est vel erit, saliat distribuatur dividatur, in castella lacus immittatur, is populo romano C millia [1]) dare damnas esto; et qui clam quid eorum ita fecerit, id omne sarcire reficere restituere aedificare ponere et celere demolire damnas esto sine dolo malo atque omnia, ita ut quicunque curator aquarum est erit, aut [2]), si curator aquarum nemo erit, tum is praetor qui inter cives et peregrinos ius dicit, multa pignoribus cogito coerceto; eique curatori, aut, si curator non erit, tum ei praetori eo nomine cogendi coercendi multae dicendae sive pignoris capiendi ius potestasque esto. Si quid eorum servus fecerit, dominus eius HS centum millia populo det. [3]) Si quis circa rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum, quae ad urbem Romam ducuntur et ducentur, terminatus steterit, ne quis in eo loco post hanc legem rogatum quid opponito molito obsepito figito statuito ponito collocato arato serito, neve in eum quid immittito, praeterquam eorum faciendorum reponendorum causa, quae hac lege licebit oportebit. Qui adversus ea quid fecerit, adversus eum siremps lex ius causaque omnium rerum omnibusque esto, atque uti esset esseque oporteret, si is adversus hanc legem rivum specum rupisset forassetve. Quominns in eo loco pascere herbam, fenum secare, sentes.... [4]) curatorum aquarum, qui nunc sunt quique erunt. Circa fontes et fornices et muros et rivos et specus, terminatus arbores vites vepres sentes ripae maceria salicta arundineta tollantur excidantur effodiantur excodicentur, utique recte factum esse volent; eoque nomine iis pignoris capio multae dictio coercitioque esto, idque iis sine fraude sua facere liceat ius potestasque esto. Quominus vites arbores, quae villis aedificiis maceriisve inclusae sunt, maceriae, quas curatores aquarum, causa cognita, ne demolirentur dominis permiserunt, quibus inscripta insculpta essent ipsorum, qui permisissent, curatorum nomina maneant, hac lege nihilum rogator [5]). Quominus ex iis fontibus rivis specibus fornicibus aquam sumere haurire iis quibuscunque curatores aquarum permiserint, praeterquam rota calice machina, liceat, dum neque puteus neque foramen novum fiat, eius hac lege nihilum rogator.

---

1) Schulzius addit *aeris*. Intellige: sestertiorum, ut infra est: HS centum millia. — 2) *aut* in omnibus codd. desideratur; addidit primus Brissonius, quem omnes reliqui editores secuti sunt. Sed laborat locus duplici difficultate: nam *omnia* non satis commode ad praecedentia refertur, atque etiam minus coniunctio *ut* ad verba *cogito*, *coerceto*. Qua propter admodum placet Iordansii coniectura ita legentis: *atque omnia ita ut, quicunque Curator aquarum est, iusserit; si curator aquarum nemo est* etc. — 3) Ursinus (in nott. ad Augustini librum de Legibus) sagaciter suspicatur, in voce *det* latere D. E. i. e. *damnas esto;* uti supra. — 4) Codicum hoc loco lacunam alii alio modo supplent. Dederich coniicit: *Quo minus in eo loco pascere herbam, fenum secare sentes prohibeant, curent Curatores aquarum qui nunc sunt, quique erunt. Circa fontes etc.* — 5) Codd. hic et in clausula legis: *rogatio;* quam lectionem Dederichius retinet, subaudiens: *esto.* Scaligeri emendatio est: *rogator*, ex formula in veteribus legibus solemni. Possit etiam scribi *rogatur.* V. Klenz. ad legem Serviliam p. 94.

Senatus consultum de philosophis et rhetoribus.

1698. Servaverunt Suetonius De claris rhetor. c. 1. et Gellius Noct. Att. XV, 11. In collectionem eiusmodi monumentorum receperunt Fulv. Ursinius ad Augustinum, Haubold Monum. leg. p. 8. Egger Lat. serm. reliq. p. 155.

C. Fannio Strabone, M. Valerio Messalla Consulibus [1]), M. Pomponius Praetor senatum consuluit.

Quod verba facta sunt de philosophis et de rhetoribus, de ea re ita censuerunt: ut M. Pomponius Praetor animadverteret, curaretque, uti ei e re publica fideque sua videretur ut Romae ne essent.

Senatus consultum de hastis Martiis.

1699. Est apud Gellium Noct. Att. IV, 6. qui hanc senatus consulti faciendi occasionem fuisse narrat: „Ut terram movisse nuntiari solet, eaque res procuratur, ita in veteribus memoriis scriptum legimus, nunciatum esse senatui, in sacrario in regia hastas Martias movisse. Eius rei causa senatus consultum factum est M. Antonio, A. Postumio Coss. eiusque exemplum hoc est.“ Assignandum est anno u. c. 654. ante Chr. 99. Exhibet Egger Lat. serm. reliq. p. 253.

Quod C. Iulius L. F. Pontifex nuntiavit, in sacrario in regia hastas Martias movisse, de ea re ita censuerunt, uti M. Antonius Consul hostiis maioribus Iovi et Marti procuraret et ceteris diis, quibus videretur, placandis. Utei procurasset, satis habendum censuerunt. Si quid succidaneis opus esset, robus succederet.

Quatuor senatus Decreta.

1700. Haec quatuor senatus Decreta sive auctoritates anno u. c. 703 ante Chr. 50 perscriptas communicavit Coelius in epistola cum Cicerone (Epist. ad Divers. VIII, 8). Primum decretum est de provinciis consularibus; alterum statuit, ne quis eorum qui potestatem habent intercedendi, moram afferant quo minus de re publica ad senatum referatur; tertium est de militibus in exercitu Caesaris; quartum de provinciis praetoriis. Recepit Egger Lat. serm. reliq. p. 289. qui cum Le Clerc (Des journaux des Romains p. 208) ex Actis senatus petita arbitratur.

I. S. C. auctoritas. Pridie kal. Octob. in aede Apollinis. Scrib. affuerunt L. Domitius Cn. F. Fab. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Fab. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pom. Annalis, C. Septimius T. f. Quirina, C. Lucceius C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. Pop. Curio, A. Atteius L. F. An. Capito, M. Eppius M. F. Terentina. Quod M.

---

1) anno u. c. 593.

Marcellus consul v. f.[1]) de provinciis consularibus, d. e. r. i. c.[2]) Uti L. Paulus C. Marcellus Coss. cum magistratum iniissent, ex a. d. kal. Mart. quae in suo magistratu futurae essent, de consularibus provinciis ad senatum referrent; neve quid prius ex [a. d.] kal. Mart. ad senatum referrent; neve quid coniunctim de ea re referretur a consulibus; utique eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, s. q. c.[3]) facerent; et quum de ea re ad senatum referretur a Coss., eorum qui in CCC iudicibus essent, sex adducere[4]) liceret; si quid de ea re ad populum plebemve lato opus esset, uti Ser. Sulpicius M. Marcellus coss. praetores tribunique plebei, quibus eorum videretur, ad populum plebemve ferrent: quod ii non tulissent, uti, quicunque deinceps essent, ad populum plebemve ferrent. I. N.[5])

II. Prid. kal. Octob. in aede Apollinis. Scrib. affuerunt L. Domitius Cn. F. Fab. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. Fab. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pom. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito, M. Eppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus cos. v. f. de provinciis, d. e. r. i. c. Senatum existimare neminem eorum qui potestatem habent intercedendi impediendi, moram afferre oportere, quo minus de r. p. p. r. Q.[6]) ad senatum referri senatique consultum fieri possit; qui impedierit prohibuerit, eum senatum existimare contra rempublicam fecisse. Si quis huic s. c. intercessisset, senatui placere auctoritatem perscribi, et de ea re ad senatum populumque referri. — Huic s. c. intercessit C. Coelius, L. Vinicius, P. Cornelius, C. Vibius Pansa, Trib. pl.

III. Item senatui placere de militibus qui in exercitu C. Caesaris sunt: qui eorum stipendia emerita aut causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, ut eorum ratio habeatur causaeque cognoscantur. Si quis huic s. c. intercessisset, senatui placere auctoritatem perscribi et de ea re ad hunc ordinem referri. — Huic s. c. intercessit C. Coelius, C. Pansa, tribuni pl.

IIII. Itemque senatui placere in Ciliciam provinciam, in octo reliquas provincias, quas praetorii pro praetore obtinerent, eos, qui praetores fuerunt, neque in proviciam cum imperio fuerunt, quos eorum ex s. c. cum imperio in provincias pro praetore mitti oporteret, eos sortito in provincias mitti placere: si ex eo numero quos ex s. c. in provincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas provincias proficiscerentur: tum uti quodque collegium primum praetorum fuisset, neque in provincias profecti essent, ita sorte in provinciam proficiscerentur: si ii ad numerum non essent,

---

1) verba fecit. — 2) de ea re ita censuerunt. — 3) senatusque consultum. — 4) locum corruptum Orellius ita corrigendum coniicit: *eos ex iudicio abducere.* — 5) intercessit nemo. — 6) re publica populi romani Quritium.

tunc deinceps proximi cuiusque collegii, qui praetores fuissent, neque in provincias profecti essent, in sortem coicerentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum in provincias mitti oporteret. Si quis huic s. c. intercessisset, auctoritas perscriberetur. — Huic s. c. intercessit C. Coelius, C. Pansa, tribuni pl.

Senatus consultum de mense Augusto.

1701. Macrobius Saturn. I, 12 servavit, quanquam exordium praetermittens. Factum est senatus consultum, ut e Dione Cassio LV, 6 constat, anno u. c. 745. Inest libro quoque Eggeri Lat. serm. reliq. p. 333.

Cum imperator Caesar Augustus mense Sextili, et primum consulatum inierit, et triumphos tres in urbem intulerit, et ex Ianiculo legiones deductae, secutaeque sint eius auspicia ac fidem; et Aegyptus hoc mense in potestatem populi romani redacta sit; finisque hoc mense bellis civilibus impositus sit; atque ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit, placere senatui, ut mensis Augustus appelletur.

Senatus consulta sex ad curam aquarum pertinentia.

1702. Haec senatus consulta Frontini commentario de aquaeductibus inclusa habentur, unde decerpserunt Augustinus, Brissonius, Reinesius, Donatus, Terassonus, laudati ab Hauboldo, qui Monumentis legalibus a se editis eadem addidit p. 170, ut etiam Egger. Lat. serm. reliq. p. 328. Explicuerunt praeter Frontiniani operis editores, C. G. de Winckler Dissert. de iure impetratae aquae Lips. 1749. 4. et Opusc. minor. Vol. II. P. I. p. 1—50. Iordans de publicis urbium Romae et Constantinopolis aquaeductibus. Bonnae. 1845. qui quidem et haec senatus consulta et legem Quinctiam cum plurimis inscriptionibus ad aquarum curam pertinentibus in Dissertationis Appendice recepit p. 68—90. Textum repraesentamus secundum editionem Frontini Dederichianam (Vesaliae. 1841).

I.

Quod Q. Aelius Tubero Paullus Fabius Maximus Coss.[1]) V. F. de iis qui curatores aquarum publicarum ex consensu senatus a Caesare Augusto nominati essent, ordinandis, D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. C. Placere huic ordini eos qui aquis publicis praeessent, cum eius rei causa extra urbem essent, lictores binos et servos publicos ternos, architectos singulos et scribas et librarios, accensos praeconesque totidem habere; quot habent ii per quos frumentum plebei datur; cum autem in urbe eiusdem rei causa aliquid agerent, ceteris apparitoribus iisdem, praeterquam lictoribus, uti[2]); utique

1) anno u. c. 742. ante Chr. 11. — 2) *uti,* quod in codd. omnibus desideratur, Brissonius supplevit.

quibus apparitoribus ex hoc s. c. curatoribus aquarum uti liceret, eos diebus X proximis, quibus S. C. factum esset, ad aerarium deferrent; quique ita delati essent, iis praetores aerarii mercedem, cibaria quanta praefecti frumento dando dare deferreque solent, annua darent et adtribuerent, iisque eas pecunias sine fraude suas facere liceret. Utique tabulas chartas ceteraque, quae eius curationis causa opus esset iis curatoribus praeberi, ea Q. Aelius Paullus Fabius coss. ambo alterve, si iis videbitur, adhibitis praetoribus qui aerario praesint, praebenda locent; itemque, cum viarum quoque curatores frumentique parte quarta anni publico fungantur [1]) ministerio, ut curatores aquarum iudiciis vacent privatis publicisque. (Frontin, de Aquaeductibus urbis Romae, cap. 100.)

II.

Quod Q. Aelius Tubero, Paullus Fabius Maximus coss. v. f. de numero publicorum salientium, qui in urbe essent intraque aedificia urbi coniuncta, quos M. Agrippa fecisset, q. [2]) f. p. d. e. r. i. c. Neque augeri placere neque minui numerum publicorum salientium, quos nunc esse retulere ii quibus negotium a senatu est imperatum ut inspicerent aquas publicas, inirentque numerum salientium publicorum; itemque placere curatores aquarum, quos Caesar Augustus ex senatus auctoritate nominavit, dare operam ut salientes publici quam adsiduissime interdiu et noctu aquam in usum populi funderent. (Frontin, Ibid., cap. 104.)

III.

Quod Q. Aelius Tubero, Paullus Fabius Maximus coss. v. f. quosdam privatos ex rivis publicis aquam ducere, q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. Ne cui privato aquam ducere ex rivis publicis liceret, utique omnes ii quibus aquae ducendae ius esset datum, ex castellis [3]) ducerent; animadverterentque curatores aquarum, quibus locis intra extra urbem apte castella privati facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex castello communem accepissent a curatoribus aquarum; nei cui eorum quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subiicere quam quinariam. (Frontin, Ibid., cap. 106.)

IV.

Quod Q. Aelius Tubero, Paullus Fabius Maximus coss. v. f. constitui oportere quo iure intra extraque urbem ducerent aquas ii

---

1) Codd. *fungebantur*, quam lectionem Polenus retinet ita explicando: itemque constitutum fuit, ut Curatores aquarum vacent iudiciis ea quarta parte anni cum (i. e. quando) Curatores viarum frumentique publico fungebantur ministerio. Brissonius totam hanc enunciationem a senatusconsulto separat atque Frontinianae orationis textui attribuit. Dederichii Edit. *fungantur*. — 2) Iordansio inserendae hic videntur ad exemplum reliquorum senatus consultorum notae D. E. R. (de ea re). — 3) Cod. Vatican *castellis publicis ducerent;* quam lectionem recepit Schultz.

quibus adtributae essent, q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. Uti iis usque maneret adtributio aquarum, exceptis quae in usum balnearum essent datae aut Augusti nomine, quoad iidem domini possiderent id solum, in quo accepissent aquam. (Frontin, Ibid., cap. 108.)

V.

Quod Q. Aelius Tubero, Paullus Fabius Maximus coss. v. f. de rivis specibus fornicibusque Iuliae Marciae Appiae Tepulae Anionis reficiendis, q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. Uti cum ii rivi specus[1]) fornices quos Augustus Caesar se refecturum impensa sua pollicitus senatui est, reficerentur; ex agris privatorum terra limus lapis testa arena[2]) ligna ceteraque quibus ad eam rem opus esset, unde quaeque eorum proxime sine iniuria privatorum tolli sumi portari possent, viri boni[3]) arbitratu aestimata darentur tollerentur sumerentur exportarentur, et ad eas res omnes exportandas earumque rerum reficiendarum causa, quotiens opus esset, per agros privatorum sine iniuria eorum itinera actus paterent darentur. (Frontin, Ibid., cap. 125.)

VI.

Quod Q. Aelius Tubero, Paullus Fabius Maximus coss. v. f. aquarum quae in urbem venirent itinera occupari monumentis et aedificiis et arboribus conseri, q. f. p. d. e. r. i. c. Ad reficiendos rivos specusque et quae per ea opera reipublicae corumpuntur[4]), placere circa fontes et fornices et muros utraque ex parte vacuos quinos denos pedes patere, et circa rivos qui sub terra essent, et specus intra urbem et extra urbem, intra continentia aedificia utraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui, ita ut neque monumentum in his locis, neque aedificium post hoc tempus ponere, neque conserere arbores liceret; si quae nunc essent arbores intra id spatium, exciderentur, praeterquam si quae villae continentes et inclusae aedificiis essent; si quis adversus ea commiserit, in singulas res poena HS dena millia essent, ex quibus pars dimidia praemium accusatori daretur, cuius opera maxime convictus esset qui adversus hoc s. c. commisisset; pars autem dimidia in aerarium redigeretur; deque ea re iudicarent cognoscerentque curatores aquarum. (Frontin, Ibid., cap. 127.)

---

1) *specus*, quae vox in codd. desideratur, ex praecedentibus restituit Schulzio auctore Dederich. — 2) Ex emendatione Dederichii; codd. et editiones antecedentes Dederichianam: *terram limum lapidem testam arenam.* — 3) vocem *boni*, qua codd. carent, recte inseruit Iocundus. — 4) Codices: Cum ad reficiendos rivos specusque per quae et opera publica corrumpantur. Editiones omittunt omnes vocem *cum*, quippe quae geminata sigla praecendente C irrepserit. Polenus: *Ad reficiendos rivos specusque per quae et opera publica corrumpuntur.* Schulzius in Ed. Dederichiana coniicit: *Cum ad reficiendos rivos specusque pertineat, neque ea opera aquae publicae corrumpantur*; Iordans: *Ad reficiendos rivos specusque, quae per arbores et opera apposita corrumpantur, placere etc.* coniectura ad loci sententiam admodum accomodata. Nos Dederichianae editionis lectionem retinuimus, esti non usquequaque placet.

§. 4. Imperatorum Edicta et Rescripta.

Sanctio pragmatica Vespasiani ad civitatem Saboram.

1703. Tabula aerea ad Canetum oppidum sive circa Mallaga Cannate, quae olim Sabora, a rustico arante reperta. Ediderunt: Fabricius Monument. IV. p. 20. Gruterus Thes. p. 164, 1, Io. Mariana Hispania illustrat. Tom. II. p. 296; Th. Io. Pigeaud Dissertatio de Vespasiano eiusque iurisprudentia. Lugd. Bat. 1762, 4. p. 74. A. G. Cramer De Vespasiano. Ienae. 1785. 8. p. 204. alii, quos enumerat Haubold. Monum. leg. p. 226.

Imp. Caes. Vespasianus Aug. Pont. max. Trib. pot. VIII. Imp. XX. Cos. IX.[1]) S. D.[2]) IIII viris et Decurionibus Saboren.

Cum multis difficultatibus civitatem[3]) vestram iam premi indicetis, permitto vobis, oppidum sub nomine meo ut voltis in planiciem[4]) exstruere. Vectigalia, quae a divo Augusto accepisse dicitis, custodio. Si qua nova adicere voltis, de his Procos.[5]) provinc. adire debetis[6]): ego enim responso prius ab eo non accepto constituere nihil possum. Decretum VIII kal. easdem. Valete.

C. Corn. Severus, M Septimius Coelius II viri P. P. F. C.[7])

Rescriptum Vespasiani ad rem publicam Vanacinorum.

1704. Repertum in lamina aerea in vico plagae septentrionalis insulae Corsicae. Ediderunt: Muratorius Thes. inscr. T. II. p. 1091. et T. IV. p. 204. Th. Io. Pigeaud D. de Vespasiano. Lugd. Bat. 1762. 4. p. 75. Haubold Monum. legal. p. 228. Orell. 4031.

Imp. Caesar Vespasianus Augustus magistratibus et senatoribus Vanacinorum salutem dicit.

Otacilium Sagittam amicum et procuratorem meum ita vobis praefuisse, ut testimonium vestrum mereretur, delector.

De controversia finium, quam habetis cum Marianis, pendenti ex iis agris, quos a procuratore meo Publilio Memoriale emistis, ut finiret Claudius Clemens procurator meus, scripsi ei et mensorem misi.

Beneficia tributa vobis a divo Augusto post septimum consulatum, quae in tempora Galbae retinuistis confirmo.

Egerunt legati: Lasemo Leucani F. sacerd. Aug. Eunus Tos-

---

1) a. u. c. 832. a. Chr. 79. — 2) salutem dicit. Apud Marianam plene scripta leguntur et aliis numeris: *pontifex maximus*, *tribunitiae potestatis VIIII. imp. XIIX. cos. VIII. salutem dicit IIII viris et decurionibus Saborensium.* — 3) pro *civitatem* Mariana: *infirmitatem* et mox sine *iam.* — 4) *in planum* Marian. — 5) *proconsulem* omisso vocabulo *provinc.* Marian. — 6) *debebitis.* Marian. — 7) pecunia publica faciundum curaverunt. Sed Mariana: *publica pecunia in aere inciderunt.*

masi F. sacerd. Aug. C. Arruntio Catello Celere, M. Arruntio Aquila Cos.[1]) IIII Idus Octobr.

Epistola Domitiani spectans ad litem inter Falerienses et Firmanos de subsecivis.

1705. In tabula aenea effossa in Piceno apud Falerienses (Falerone) 1599, quae a civitate Faleriensi Aldobrandinio Cardinali an. 1604 dono data Romaeque olim asservata ubi nunc sit ignoratur; sed in Portugalliam Roma non multis abhinc annis translatam esse Borghesius suspicatur (Annali dell' instituto di corrispond. arch. Tom. XI. p. 40). Ediderunt: Nicol. Rigaltius Observ. ad scriptores rei agrar. p. 45. vel p. 230 Ed. Goesii; Gruterus Thes. p. 1033; Maffei Istoria diplom p. 23. alii quos nominat Haubold, qui recepit inter Monum. legal. p. 230. Addendi sunt Morcellius Opera epigraph. Tom. I. p. 304. Orell. 3118. Gaetan. De Minicis (in Annali dell' instituto arch. T. XI. p. 38) qui hanc epistolam de exemplo ad authenticam tabulam accurate expresso (fac simile) quod in oppido Falerone asservatur transcriptum edidit et contra suspicionem falsitatis ab aliquibus motam defendit.

Imp. Caesar divi Vespasiani F. Domitianus Augustus Pontifex max. Trib. potest. Imp. II. Cos. VIII designat. VIIII. P. P. salutem dicit IIII viris et Decurionibus Faleriensium ex Piceno.

Quid constituerim de subsicivis cognita causa inter vos et Firmanos ut notum haberetis[2]), huic epistulae subiici iussi.

P. Valerio Patruino .... Cos.[3]) XIIII. kal. Augustas.

Imp. Caesar divi Vespasiani F. Domitianus Aug. adhibitis utriusque ordinis splendidis viris cognita causa inter Falerienses et Firmanos pronuntiavi quod subscriptum est.

Et vetustas litis, quae post tot annos retractatur a Firmanis adversus Falerienses vehementer me movet, cum possessorum securitati vel minus multi anni sufficere possint, et divi Augusti diligentissimi et indulgentissimi erga Quartanos suos Principis epistula, qua admonuit eos ut omnia subsiciva[4]) sua colligerent et venderent, quos tam salubri admonitioni paruisse non dubito; propter quae possessorum ius confirmo. Valete. D.[5]) XI. k. Aug. in Albano.

Agente curam: T. Bovio Vero.
Legatis: P. Bovio Sabino,
P. Petronio Achille D. D. .. P.[6])

Exempl. epistolae Imperatoris Hadriani scriptae ad Quietum de cleris agri Aezanensi Iovi dicatis.

1706. Si in quantas particulas, *quos cleros* appellant, ager Aezanensi Iovi dicatus a regibus divisus *sit*, non apparet: optimum

1) Intra an. u. c. 822—832. p. Ch. 69—79. Marin. Att. arv. I. p. 149 anno p. Ch. 71 assignat. — 2) *haberitis*. Minicis. — 3) consul suffectus ann. u. 835; at collega ignotus. — 4) *subpsiciva*. Minic. — 5) datum. — 6) de decem primis.

est, sicut tu quoque existimas, eum qui in vicinis civitatibus clerorum nec maximus *nec mini*mus est, observari; et si, cum Mettius Modestus con*suluit*[1]), ut vectigal pro his penderetur, constitit qui essent clerici[2]) agri, aequom est ex *hoc* tempore vectigal pendi. *Sic con*stitit iam ex hoc tem*po*re vectigal penden*dum*; at si quae morae, *Quiete, tibi* obs*titerint*...... — Texier Description de L'Asie mineur. Tom. I. p. 103. Cf. infra §. 6. epistola Quieti.

Imperatoris Antonini Pii rescriptum ad Sextilium Acutanum.

1707. Includitur hoc rescriptum inscriptione graeca mutilata, Smyrnae in marmore reperta. Eadem libellum exhibet Sextilii cuiusdam Acutiani graece scriptum petentis ab Antonino Pio, ut sibi exemplar describere liceat sententiae, quam Hadrianus secundum eum dixerat, deinde hoc Antonini rescriptum latine. Ediderunt hoc monumentum Maittaire Marm. Oxon. p. 60, 180. Spon. Miscel. p. 352. Th. Smithi Opusc. p. 58 atque is quidem in quibusdam accuratius, minus accurate Murat. 326, 4; tum Orell. 3119. Spangenberg. p. 241. Maffei Istor. diplom. p. 27 hoc monumentum commemorans, aliquanto plenius Oxoniensi et Sponiano eiusdem exemplum penes se esse scribit. Rescriptum solum sine graeca inscriptione Morcellus operi suo inseruit (Oper. epigr. T. II. p. 177). Rescriptum Antonini in marmore sequitur subscriptio graeca cum testibus; postremum in clausula haec verba latina adduntur: Stasime Dapene (alii: Dapeni) edit..... ex forma sententiam vel constitutionem.

Imp. Caesar F. Aelius Hadrianus Antonius Pius Sextilio Acutiano.

Sententiam divi patris mei...si quid pro sententia dixit, describere[3]) tibi permitto. Rescripsi.

Recogn.[4]) Undevicensimus. Act. VI. Idus April Romae. Caesare Antonino II. et Praesenti II. Cos.[5])

Edictum Diocletiani, Maximiani, Constantii et Galerii de pretiis rerum.

1708. Duo huius inscriptionis, quae et propter magnitudinis mensuram et propter argumenti gravitatem maxime insignibus antiquitatis romanae monumentis adnumeranda est, supersunt exempla, Stratonicense et Aquense, sed utrumque mutilatum. Exemplum Stratonicense in oppido Eski-Hissar, quae olim urbs Stratonicea in Caria fuit, in lapide anno 1709 repertum et a Sherardo, tunc temporis apud Smyrnenses Consule Britannico mercimoniis curandis constituto descriptum est. Quod quidem apographum transmissum in Angliam comiti de Oxford, posthac in Museum Britannicum transiit ubi nunc inter codices Harleianos Cod. 7509 asser-

---

1) Pro: *consuluit*, quod est supplementum Texierii potius legendum videtur: *constituit*. — 2) vel: cleris divisi agri. Texier. — 3) rescribere. *Orel.* — 4) recognovi; subscriptio est tabellionis, cui nomen erat Undevicesimus. Prior subscriptio (rescripsi) principis est. — 5) Post Chr. 139.

vatur. Eiusdem inscriptionis Stratonicensis apographum, sed quod tantum rerum venalium indicem continet, eodem fere tempore Iacobo Cupero obtigerat, ut ex eius ad Lacrozium epistola anno 1712 scripta (Epistol. XXXII. p. 109) apparet. Ex apographo Sherardiano partem edicti, quae pretia rerum continet, primus G. M. Leake edidit in: Iournal of a tour in Asia Minor. London. 1824. p. 329 seq. Denuo nostra aetate Bankesius Anglus Asiam peragrans, hoc monumentum in oppido Eski-Hissar anno 1817 reperit transcripsit atque ut primum in Europam rediit apographum scripturae formam accuratissime exprimens tabula lithographica repraesentari curavit, cuius in tabulae titulo pauca haec verba de lapide Stratonicensi addidit: „Fac simile of a roman tariff fixing a maximum in price for all manner of commodities; discoverd and copied in the year 1817 at Eski-hissar, supposed the ancient Stratonice in Caria. It is inscribed on the external wall of a marble prostyle edifice, which was perhaps the Βουλευτήριον of the city. The greatest latitude of the inscription is 23 feet 4 inches; its greatest heigh 9 feet. Printed by Hullmandel. (i. e. Exemplar taxationis romanae, qua praefinitur maximum pretium speciebus singulis, quae inventa et exscripta est anno 1817 Eski-hissar, quo loco antiqua Stratonicea Cariae exstitisse creditur. Insculpta est in pariete aedis prostylae marmoreae quod fuit fortasse olim civitatis eiusdem βουλευτήριον. Maxima latitudo inscriptionis est pedum 23 pollicum 4; altitudo pedum 9. — Hullmandel exsculpsit.) Tabula lithographica Bankesiani apographi quum non bibliopolarum commercio traderetur sed ab editore cum paucissimis communicaretur, anno demum 1825 publici iuris facta est per Aloysium Cardinalem, qui exemplar huius tabulae lithographicae nactus accuratissime chalcographicae artis ope repetendum curavit et de edicto Diocletiano commentatus est in Prodromo ad illustrationem lapidis Stratonicensis, inserto actis academiae romanae (Atti dell' accademia romana di archeologia. Tom. II. Rom. 1825. pag. 683 seqq.) Bankesii apographo ita evulgato alia editio edicti subsecuta est in Memorie romane di antichita e belle arti. 1825. Tom. II. p. 29. Et in Giornale arcadico Tom. XCVII. Gennaio. 1827. p. 41. Marmor Stratonicense ad cuius exemplar editiones edicti adhuc commemoratae factae sunt, a capite mutilatum praescriptione nominum Imperatorum caret, ut de auctoribus edicti tantum coniicere licuerit; exhibet tamen exordium edicti et indicem pretiorum, sed in utraque parte pluribus locis obliterata. Exordium edicti duabus columnis, index pretiorum quatuor columnis scriptus est, literarum ductibus nec satis claris nec iusto spatio separatis et scriptura admodum mendosa, ut graecum marmorarium in latinae linquae et scripturae usu minus exercitatum facile dignoscas.

Novum edicti supplendi et explicandi subsidium accessit altero exemplo Aquensi, quod tabulae lapideae insculptum anno 1807 ex Aegypto Massiliam advectum, tum Romam delatum, nunc Aquis Sextiis (Aix) in museo Salleriano asservatur. Atque haec quidem inscriptio continet praescriptionem imperatoriorum nominum initio edicti positam ut iam de auctoribus edicti prius ignoratis certo constet, et maiorem exordii partem: altera exordii parte et indice pretiorum mutilata. Explicare sategerunt

inscriptionem Marinius et Marcellinus de Fonscolombe in: Recueil des Memoires de l'Academie d'Aix. Vol. III. Aquis Sextiis 1827. sed non felici successu, quoniam Stratonicensis lapidis notitia nondum ad eos pervenerat. Leakius huius inscriptionis Aquensis notitiam per Vescovalium Londini commorantem nactus atque ab eodem de uno eodemque utriusque tabulae et Stratonicensis et Aquensis argumento certior factus, utramque coniunxit et commentatione illustratam edidit, quae inscribitur: On a Edict of Diocletian fixing a Maximum of prices throughout the Roman empire a. d. 303. by W. M. Leake Esq. London. 1826. posthac inserta libro qui inscribitur: Transactions of the Royal society of literature of the united Kingdom. Vol. I. London. 1829. p. 181. Leakii commentatio Fonscolombio ansam dedit, ut commentationi suae Actis academiae Aquensis insertae secundas curas adhiberet iterumque ederet hoc titulo: Memoire sur le preambule d'un Edit de l'Empereur Diocletien relatif au prix des denrées dans les provinces de l'Empire romain; accompagné de deux planches lithographiés par M. Marcellin de Fonscolombe, Membre de la societé academique d'Aix. Paris. 1829. 114 pagg.

Hactenus de utroque edicti Diocletiani exemplo et de primis utriusque editoribus. Nunc reliquarum editionum et de edicto commentationum recensum infra addi oportet. Pleniorem edicti notitiam dedit idque illustravit comparatis rerum pretiis Moreau de Ionnés in Memoires de l'Academie des Inscript. cuius commentationis epitomen dederunt ephemerides nostrates quae inscribuntur: Zeitung für die elegante Welt 1826. 14 August. et Morgenblatt für gebildete Staende. 1827 n. 99. 100. Inter Monumenta legalia recepit Hauboldus partem edicti quae pretiorum indicem continet pag. 268, integrum edictum in Appendice Monum. legal. p. 1—22. ex Leakii editione (On an Edict of Diocletian) expressum, additis variantibus Sherardiani et Bankesiani exemplorum lectionibus. Ad Bankesii tabulam lithographicam recensuit Angelus Maius (nam Fonscolombii exemplo ad lapidem Aquensem expresso caruit) et obliteratos edicti locos felici sagacitate restituit in Scriptorum veterum Nova Collectione. Romae. 1831. Tom. V. p. 296—316. In explicandis edicti argumento, causis, rerum pretiis operam navarunt Giraud Recherches sur le droit de propriété chez les Romains Vix. 1838. 8. Pieces iustificat. p. 32. et Dureau de la Malle Economie politique des Romains. Paris. 1840. Tom. I. chap. XII. (Prix des denrées d'apres l'inscription de Stratonicée) et chap. XIII (Prix de la iournée de l'homme libre) p. 111—134) quorum inprimis Dureaud de la Malle de hac inscriptione illustranda egregie meruit et sua ipsius disputatione et Borghesii, summi in hoc genere arbitri, quem consuluerat responso nobiscum communicando; Moreau de Ionnès Sur l'economie domestique des Romains; Iournal des Economistes. Paris. 1842. Tom. III. p. 42. Nostrates viri docti antiquarum literarum studiosi, quod sane mireris, huius monumenti haud uno nomine eximii adhuc fere obliti esse videntur. Nam praeter Ch. L. F. Schultz in libro qui inscribitur: Grundlegung zu einer geschichtlichen Staatswissenschaft der Römer. Köln. 1833. in tanta librorum ad studia antiquitatis pertinentium apud nos copia non inveni scriptorem qui accuratius de hac inscriptione exponeret.

Notas in rerum venalium qui edicto comprehenditur indice additas alii aliter explicarunt. Plerumque signum asterisi (·X·) ex usu communi pro denario eoque argenteo accipiebatur. Sed ita supputata pretia rerum omnem modum tanto excedunt, ut admitti non possint. Nam ex hac supputatione exempli causa lenticulae medimnus (Scheffel) qui sex modios aequiparat sexcentis denariis i. e. nonaginta thaleris constaret. Aliam rationem iniit Ch. L. F. Schultz l. l. p. 631 seqq. Is enim asterisci signum non denarium neque omnino ullum nummum intelligit, sed Isidorum Orig. I, 20 testem adhibens, omissionis signum ad significanda in diversis provinciis diversa rerum pretia maxima, secundum proportionem quandam legibus constitutam pro medio sive forensi pretio cuiusque provinciae a magistratibus definienda et in tabulis publicis proponenda. Numeros autem additos maxima rerum pretia in Italia et in orientalibus imperii romani provinciis habet ex hac proportione constituta; neque iisdem numeris denarios denotari, sed asses, qui quaterni sestertium efficiunt. Neque minus ut pretia rerum ad moderatam mensuram redigantur, notam M non modium sed medimnum explicat. Praeterea K. M. intelligit: Carium modium; F. M. frygium sive phrygium modum. Quibus haec interpraetatio difficultatibus laboret, non attinet uberius demonstrari. Multo meliora et certiora dedit Borghesius, (l. l.) qui primus in hac causa ianuam verae interpretationis aperuisse videtur. Is igitur asteriscum pro denario accipit, sed denario aereo, quales Valeriani et Gallieni tempore cudi coeperunt quatuor assaria valentes, qui viceni quaterni denarium argenteum aequiparabant. Quo fit, ut denarius in hoc indice notatus ex Franco-gallicae monetae ratione ad duas centesimas et dimidiam ($2\frac{1}{2}$ centimes) redigatur. Notam M̊ modium; notam K M̊ castrensem modium, qui duplo maior est, Borghesius interpretatur. Notam FM legendam censet SM. i. e. sesquimodium. Nos in textu repraesentando et in adnotatione Angelum Maium, in notis explicandis Borghesium sequimur.

DD. NN. imperator. Caesar. C. Aurel. Val. Diocletianus P. F. Inv. Aug. Pont. Max. Germ. Max. VI. Sarm. Max. IIII. Persic. Max. II. Britt. Max. Armen. Max. Medic. Max. Adiabenic. Max. Trib. P. XVIII. Coss. VII. Imp. P. P. Procoss.

Et Imp. Caes. M. Aurel. Val. Maximianus P. F. Inv. Aug. Pont. Max. Germ. Max. V. Sarm. *Max. IIII. Persic. Max. II. Brit. Max. Armenic. Max. Medic. Max. Adiaben. Max. Tri*b. P. XVII. Coss. VI. Imp. XVII. p. p. Procoss.

Et Fla. Val. Constantius Germ. Max. II. Sarm. Max. II. Persic. Max. II. Britt. Max. Sarm. Max. Armenic. Max. Medic. Max. Adiaben. Max. Trib. P. VIIII. Coss. III. Nobil. Caes.

Et. C. Val. Maximianus Germ. Max. II. Sarm. *Max. II. Persic. Max. II. Britt. Max. Armenic. Max. Medic. Max. Adia*b. Max. Trib. P. VIIII. Coss. II. Nobil. Caes.

Dicunt:

Fortunam rei publicae nostrae, cui iuxta immortales deos bellorum memoria quae feliciter gessimus gratulari licet, tranquillo or-

bis statu, et in *gre*mio altissimae quietis locato, etiam pacis bonis, propter quam sudore largo laboratum est, disponi fideleter, adque ornari decenter, honestum publicum et romana dignitas maiestasque desiderant: ut nos, qui benigno favore numinum aestuantes de praeterito rapinas gentium barbararum, ipsarum nationum clade compressimus, in aeternum fundatam quietem *populorum nostrorum* saepiamus. Etenim si eos quibus nullo sibi fine proposito ardet avaritia desaeviens, qua sine respectu generis humani, non annis modo vel mensibus aut diebus, set paene horis ipsisque momentis, ad incrementa sui et augmenta festinant, aliqua continentiae ratio frenaret: vel si fortunae communes aequo animo pepeti possent hanc debachandi licentiam, qua pessime in dies eiusmodi sorte lacerantur: dissimulando [1]) forsitam adque reticendo religiosi in deos videremur, cum detestandam inmanitatem condicionemque miserandam communis animorum patientia temperaret. Sed, quia una est cupido furoris indomiti, nullum communis necessitudinis habere [2]) dilectum; et gliscentis avaritiae ac rapacitatis aestuantis ardoribus, velut quaedam religio apud inpro*bos* aestimatur [3]), in lacerandis fortunis omnium, necessitate potius, quam voluntate destitui; adque ultra conivere non possunt quos ad sensum miserrimae condicionis egestatis extrema traxerunt: convenit prospicientibus nobis, qui parentes sumus generis humani, arbitram rebus in*tolerandis curam adhibere*; ut quod speratum diu humanitas ipsa praestare non potuit, ad commune omnium temperamentum remedii provisiones nost*rae suppeditent* [4]). *Hu*ius quidem causae, quantum communis omnium conscientia recognoscit, et ipsarum rerum fides clamat, paene sera pro*curandae* consilia molimur, et remedi inventa comiubemus; ut quod expectandum fuit per iura naturae, in gravissimis deprehensa delictis ipsa se emendaret humanitas: longe melius existimantes non ferendae direptionis notas a communibus iudiciis ipsorum sensu adque arvitrio supmoveri, quos cottidie in peiora praecipites, et in publico nefaria quadam animorum caecitate vergentis, inimicos singulis, et universis reos atrocissimae inhumanitatis gravis no*xa* ediderat. [5]) Ad remedia igitur iamdiu rerum necessitate desiderata prorumpimus: et securi quidem querellarum, ne aut intempestivo aut superfluo medelae nostrae interventu vel apud inprobos levior aut vilior aestimaretur, qui tot annorum reticentiam nostram, praeceptionem modestiae sentientes, sequi tamen noluerunt. Quis enim adeo optunsi pectoris, et a sensu humanitatis extorris est, qui ignorare possit, immo non senserit, in venalibus rebus, quae vel in mercimoniis aguntur, vel diurna urbium

1) Lap. *dissimulandi* et mox *reticendi*,. — 2) Ed. *habere velint*. Ego delevi supplementum *velint*, respiciens ad superiorem lapidis lectionem *quia una est*. — 3) Ita lap. At in ed. *quadam religione apud improbos firmatum aestimetur*. Ego mutationes et supplementa omisi. — 4) Heic supplementa mutationesque alienas non recepi. — 5) Ita ed. Mihi placeret reddiderat. Certe lapis straton. non habet in litura nisi *rat*.

conversatione tractantur, in tantum se licentiam diffudisse pretiorum, ut effrenata libido rapiendi, nec rerum copia, nec annorum ubertatibus mitigaretur; ut plane eiusmodi hominis, quos haec officia exercitos habent, dubium non sit senper pendere animo, ac etiam de siderum motibus auras ipsas tempestatesque captare; neque iniquitate sua perpeti posse, ad spem frugum futurarum inundari superi*acto semine*[6]) arva felicia: ut qui detrimentum sui existiment caeli ipsius temperamentis abundantiam rebus provenire; et quibus senper studium est in quaestum trahere etiam beneficia divina, ac publicae felicitatis afluentiam stringere, rursusque annis sterili*bus frugum contr*actibus adque institorum officiis nundinari: qui singuli maximis divitiis diffluentes, quae etiam populosam Asiam explere potuissent, consectentur peculia, et laceratrices centensimas persequantur? Eorum avaritiae modum statui, provinciales nostri, communis humanitatis ratio persuadet. Sed iam etiam ipsas causas, quarum necessitas tandem pro*icere*[7]) diu prolatam patientiam conpulit, explicare debemus; ut quamvis difficile sit toto orbe avaritiam saevientem speciali argumento, vel facto potius revelari, tutior tamen intellegatur remedii constitutio, cum intemperatissimi homines mentium suarum indomi*tam cupiditatem des*ignatione[8]) quadam et notis cogentur agnoscere. Quis ergo nesciat utilitatibus publicis insidiatricem audaciam, quacumque exercitus nostros dirigi communis omnium salus postulat, non per vicos modo aut oppida, sed in omni itineri animo sectionis occurrere; pretia venalium rerum, non quadruplo aut *octuplo minus exhi*bere[9]), ut *tale scelus cogitatio*nis ét facti explicare humanae linguae ratio non possit: denique interdum, distractione unius rei, donativo militem stipendioque privari, et omnem totius orbis ad sustinendos exercitus collationem detestandis quaestibus diripientium cedere; *ut ea praemia quae sunt* divitiae suae, et emeritos labores militis nostri sectoribus omnium comferre videantur; quo depraedato*res*[10]) ipsius rei publicae tantum in dies rapiant, quantum habere gestiant. His omnibus, quae supra conprehensa sunt, iuste ac merito permoti, et cum iam ipsa humanitas deprecari videretur: non pretia venalium rerum (neque enim fieri id iustum putatur, cum plurimae interdum provinciae felicitate optatae vilitatis, et velut quodam afluentiae privilegio glorientur), sed modum statuendum *es*se censuimus; ut cum vis aliqua caritatis emergeret (quod dii omen averterent!), avaritia, quae velut campis quadam inmensitate diffusis[11]), teneri non poterat, statuti nostri finibus et mode-

---

6) Ita suppleo. In ed. variatur suppleturque sic: *aut spem frugum futurarum innovari aut super annos prosperos arva felicia.* — 7) Ita suppleo: neque enim mihi placuit interponere *ad*, ut deinde scriberetur *provisionem.* Liceret etiam supplere *proculcare, prodigere, profanare, profligare, prorumpere, prosecare, proterere, protrudere, propellere, proturbare.* Namque in vitiosissimo edicti huius stilo quidvis fere hariolari licet. — 8) Alii supplent *ferociam gubernatione.* Mihi aliter visum. — 9) Ita mihi supplendum suadebat lapidis extriti spatium. — 10) Ed. addit supplementum *orbis et*, quod spatium lapidis non patitur. — 11) Lap.

raturae legis terminis stringeretur. Placet igitur *e*a pretia, quae subditi brevis scriptura designat, ita totius orbis nostri observantia contineri, ut omnes intellegant egrediendi eadem licentiam sibi esse praecisam: non inpedita utique in his locis, ubi copia perspicietur afluere, vilitatis beatitudine, cui maxime providetur dum praefinita avaritia conpescitur. Inter venditores autem emptoresque, quibus consuetudo est adire portus, et peregrinas obire provincias, haec communis actus debebit esse moderatio, ut cum et ipsi sciant in caritatis necessitate statuta rebus pretia non posse transcendi, distractionis tempore ea locorum, adque discursuum, totiusque negotii ratio subputetur, quae iuste placuisse perspicitur, nusquam carius venditúros esse qui transferunt. Quia igitur et apud maiores nostros hanc ferendarum legum constat fuisse rationem, ut praescripto metu conpesceretur audacia, quod rarum admodum est, humanam condicionem sponte beneficam deprehendi; et semper praeceptor metus iustissimus officiorum invenitur esse moderator: placet ut, si quis contra formam statuti huius conixus fuerit audentia, capitali periculo subiugetur. [12]) Nec quisquam duritiam statui putet; cum in promptu adsit perfugium declinandi periculi, modestiae observantia. Eidem autem periculo etiam ille subdetur, qui conparandi cupiditate, avaritia distrahendi, contra statuta consenserit. Ab eiusmodi quoque noxa inmunis nec ille praestavitur, qui habens species victui adque usui necessarias, post hoc stulte temperamentum existimaverit subtrahendas: cum poena vel gravior esse debeat inferentis paenuriam, quam contra statuta quatientis. [13]) Cohortamur ergo omnium devotionem, ut res constituta ex comodo publico benignis obsequis et debita religione teneatur; *maxi*mo cum eiusmodi statuto, non civitatibus singulis ac populis adque provinciis, sed universo orbi provisum esse videatur, in cuius per*nici*em pauci atmodum desaebisse noscantur; quorum avaritiam nec prolexitas temporum, nec divitiae quibus studuisse cernuntur, *miti*gare aut satiare potuerunt. [14]) *Igitur* etia*msi summa quaevis caritatis vis aliquando exsisteret, tamen* licitum sit, *res umquam venales su*pra osten*sos a nobis pretiorum terminos conce*dere nemini.

Frumenti	$\overline{K}$	$\overset{\circ}{M}$ [15])	. .	. . .
Hordei	$\overline{K}$	$\overset{\circ}{M}$	unum	. . .
Centenum sive sicale	$\overline{K}$	$\overset{\circ}{M}$	unum	X [16]) . . .

mensitate diffusis. Editio libere vagatur sic: *quae velut nebula campis quadam densitate diffusa.* — 12) Lap. *subigetur.* Ed. *subiiciatur.* — 13) Ita Lap. Ed. *facientis.* — 14) Heic finis imponitur textui in arcad. ephem. In aliis autem a me memoratis libris sequuntur alii versiculi duo paene deleti, quorum pauca verba leguntur. Ego vero supputatis praeter propter lacunarum spatiis (nam paulo breviores sunt postremi duo in lapide versus) sic legem absolvere ausus sum. — 15) castrensis modius. De hoc modio Borghesius provocat ad Pelagonii Veterinaria ed. Lioni. Florentiae 1826. cap. II. p. 20 et P, Secchi soc. Ies. (Bibliotheca Italian. Milano. 1838. p. 433.). — 16) denarius isque aereus. Pro peculiari signo denarii, quod lapis habet, nos hic literam X dare cogimur.

Mili pisti	K̄ M̊	unum	X	cent. .
Mili integri	K̄ M̊	. .	X	quinquaginta
Panicii	K̄ M̊	. .	X	quinquaginta
Speltae mundae	K̄ M̊	. .	X	centum
Scandulae sive speltae	K̄ M̊	. .	X	triginta
Fabae fressae	. .	. .	X	centum
Fabae non fressae	. .	. .	X	sexaginta
Lenticlae	. .	. .	X	centum
Herbiliae	. .	. .	X	octoginta
Pisae fractae	. .	. .	X	centum
Pisae non fractae	. .	. .	X	sexaginta
Ciceris	. .	. .	X	centum
Hervi	. .	. .	X	centum
Avenae	. .	. .	X	triginta
Faeni graeci	. .	. .	X	centum
Lupini crudi	. .	. .	X	sexaginta
Lupini cocti	. .	. .	X	quattuor
Fassioli sicci	. .	. .	X	centum
Lini seminis	. .	. .	X	centum quinquaginta
. . e mundae	. .	. .	X	ducentis
. . e mundae	. .	. .	X	centum
. . . ae	. .	. .	X	ducentis
Sesami	K̄ M̊	unum	X	ducentis
Faeni seminis	K̄ M̊	unum	X	triginta
Maedicae seminis	K̄ M̊	unum	X	centum quinquaginta
Cannabis seminis	K̄ M̊	unum	X	quinquaginta
Viciae siccae	K̄ M̊	unum	X	octoginta
Papaveris	K̄ M̊	unum	X	centum quinquaginta
Cymini mundi	K̄ M̊	unum	X	ducentis
Seminis raphanini	K̄ M̊	unum	X	centum quinquaginta
Sinapis	K̄ M̊	unum	X	centum quinquaginta
Sinapis confectae	itali*cum f* [17])	unum	X	octo
Item de vinis:				
Piceni	italicum *f*	unum	X	triginta
Tiburtini	italicum *f*	unum	X	triginta
Sabini	italicum *f*	unum	X	triginta
Aminnei	italicum *f*	unum	X	triginta
Saiti	italicum *f*	unum	X	triginta
Surrentini	italicum *f*	unum	X	triginta
Falerini	italicum *f*	unum	X	triginta
Item vini veteris primi gustus	italicum *f*	unum	X	vigintiquattuor
Vini veteris sequentis gustus	italicum *f*	unum	X	sedecim

17) sextarium.

Vini rustici	italicum *f*	unum	X	octo
Cervessae cami	italicum *f*	unum	X	quattuor
Zythi	italicum *f*	unum	X	duobus
Item caroeni maeoni	italicum *f*	unum	X	triginta
Crathis [18] attici	italicum *f*	unum	X	viginti quattuor
Decocti	italicum *f*	unum	X	sedecim
. . itis	ital. *f*	unum	X	viginti
Conditi	ital. *f*	unum	X	vigintiquattuor
Apsinthi	ital. *f*	unum	X	viginti
Rhosati	ital. *f*	unum	X	viginti
Item olei:				
Olei floris	ital. *f*	unum	X	quadraginta
Olei sequentis	ital. *f*	unum	X	vigintiquattuor
Olei cidari	iial. *f*	unum	X	duodecim
Olei raphanini	ital. *f*	unum	X	octo
Aceti	ital. *f*	unum	X	sex
Liquaminis primi	ital. *f*	unum	X	sex
Liquaminis secundi	ital. *f*	unum	X	d*uobus*
Salis $\overset{\circ}{\text{M}}$		unum	X	centum
Salis conditi	italicum *f*	unum	X	oc . . .
Mellis optimi	ital. *f*	unum	X	qu . .
Mellis secundi	ital. *f*	unum	X	biginti
Mellis foenicini	ital. *f*	unum	X	octo
Item carnis:				
Carnis porcinae	ital. Po [19]	unum	X	duodecim
Carnis bubulae	ital. Po	unum	X	octo
Carnis aprinae sive verbecinae	ital. Po	unum	X	octo
Bulbae [20]	ital. Po	unum	X	bigintiquattuor
Suminis	ital. Po	unum	X	biginti
Ficati optimi	ital. Po	unum	X	sedecim
Laridi optimi	ital. Po	unum	X	sedecim
Pernae optimae petasonis sive menapicae vel cerritanae	ital. Po	unum	X	viginti
Marsicae	ital. Po	unum	X	viginti
Adipis recentis	ital. Po	unum	X	duodecim
Axungiae	ital. Po	unum	X	duodecim
Ungellas quattuor et aqualiculum pretio quo caro omnis [21] trahitur				

---

18) Sic ego divinabam, vel *crathidis;* nisi quis mavult *caryi.* Lapidis incerta lectio est *chryy.* — 19) pondo. — 20) Nempe *vulvae.* — 21) Lap. *ois,* quod compendium solet explicari *omnis.* Suspicabar etiam *ovis.*

Isicium porcinum unciae unius				X	duobus
Isicia bubum[22]	ital. Po	unum		X	decim
Lucanicarum	ital. Po	unum		X	sedecim
Lucanicarum bubularum	ital. Po	unum[23]		X	decem
Fasianus pastus	. .	.	.	X	ducentis quinquaginta
Fasianus agrestis	. .	.	.	X	centum bigintiquinque
Fasiana pasta	. .	.	.	X	ducentis
Fasiana non pasta	. .	.	.	X	centum
Anser pastus	. .	.	.	X	ducentis
Anser non pastus	. .	.	.	X	centum
Pullo . . .	. .	.	.	X	sexaginta
Perdix	. .	.	.	X	triginta
Turtur	. .	.	.	X	sedecim
Turtu . . us	. .	.	.	X	duodecim
Turdor. . . .	. .	.	.	X	sexaginta
Palumbo . . .	. .	.	.	X	viginti
Columbi . . .	. .	.	.	X	vigintiquattuor
Attage	. .	.	.	X	viginti
Anas	. .	.	.	X	quadraginta
Lepus	. .	.	.	X	centum quinquaginta
Cuni*culus*	. .	.	.	X	cuadraginta[24]
. . pe . .	. .	.	.	X	quadraginta
. . . .	. .	.	.	X	viginti
. . . .	. .	.	.	X	quadraginta
. . . .	. .	.	.	X	sedecim
. . . .	. .	.	.	X	quadraginta
. . bus ma . .	. .	.	.	X	trecentis
Femina	. .	.	.	X	ducentis
Cortunices	x. .	.	.	X	viginti
Sturni	x. decem	.	.	X	viginti
Aprunae	ital. Po	.	.	X	sedecim
Cerbinae	ital. Po I	.	.	X	duodecim
Dorci sibe caprae vel dammae	ital. Po I	.	.	X	duodecim
Porcelli lactantis	ital. Po I	.	.	X	sedecim
Agnus	ital. Po I	.	.	X	duodecim
Haedus	ital. Po I	.	.	X	duodecim
Sevi	ital. Po I	.	.	X	sex
Buturi	ital. Po I	.	.	X	sedecim
Item pisces:					
Piscis aspratilis marini	ital. Po I	.	.	X	vigintiquattuor
Piscis secundi	ital. Po I	.	.	X	sedecim

22) Nempe *boum?* — 23) Lap. *uno*: — 24) Ita lap.

Piscis flubialis optime	ital. Po I	. .	X	duodecim
Piscis secundi flubialis	ital. Po I	. .	X	octo
Piscis alsi [25])	ital. Po I	. .	X	sex
Ostreae	N. centum	. .	X	centum
Echini	N. centum	. .	X	quinquaginta
Echini recentis purgati	ital. *f*	unum	X	quinquaginta
Echini salsi	ital. *f*	unum	X	centum
Sphonduli marini	N. centum	. .	X	quinquaginta
Casei sicci	ital. Po I	. .	X	duodecim
Sardae sive sardinae	ital. Po I	. .	X	sedecim
Item cardus maiores	N. quinq.	. .	X	decem
Spo . .	N. decem	. .	X	. . .
Intiba optima	N. decem	. .	X	. . .
Sequentia	N. decem	. .	X	. . .
Malbae maximae	N. qua.	. .	X	. . .
Malbae sequentes	N. dec.	. .	X	. . .
Lattugae optimae	N. quin.	. .	X	*qua*ttuor
Sequentes	N. decem	. .	X	quat*tuor*
Coliculi optimi	N. quinque	. .	X	. . ttuor
Sequentes	N. decem	. .	X	quattuor
Cumae [26]) optimae fascem I.		. .	X	qu*att*uor
Porri maximi	N. decem	. .	X	qu*at*tuor
Sequentes	N. viginti	. .	X	q*uattu*or
Betae [27]) maximae	N. quinque	. .	X	q*uattu*or
Sequentes	N. decem	. .	X	. . . r
Radices maximae	. .	. .	X	*qua*ttuor
Sequentes	N. vig.	. .	X	. . . .
Rapae maximae	N. decem	. .	X	. . . .
Sequentes	N. bi .	. .	X	q . .
Ceparum siccarum	p .	. .	X	qu . .
Cepae birides prim*ae*	N. biginti q*uinque*	. .	X	quattuor
Sequentes	N. quin-quaginta	. .	X	quattuor
Alei	ital. M.	unum	X	sexaginta
Sisindriorum fascem. .	N. biginti	. .	X	decem
Capparis	ital. M.	. .	X	centum
Cucurbitae primae	N. decem	. .	X	quattuor
Sequentes	N. decem	. .	X	quattuor
Cucumeres primi	N. decem	. .	X	quattuor
Sequentes	N. biginti	. .	X	quattuor
Melopepones maiores	N. duo	. .	X	quattuor

25) Ita lapis, non *salsi* ut ed. Mox tamen *echini salsi*. — 26) Scilicet *Cymae*. — 27) Lap. *letae*.

Sequentes	N. quatt.	. .	X	quattuor
Pepones	N. quatt.	. .	X	quattuor
Fasiodorum fascis habens	N. XXV	. .	X	quattuor
Asparagi hortulani fascis habens	N. XXV	. .	X	sex
Asparagi agrestes	N. quinquaginta	. .	X	quattuor
Rusci fasces habens	N. sexag.	. .	X	quattuor
Ciceris birides fasciculi	N. quattuor	. .	X	quattuor
Fabae biridis purgatae	ital. *f*	unum	X	quattuor
Fasioli birides purgati	ital. *f*	unum	X	quattuor
Germina palmae *si*ve elatae	N. quatt.	. .	X	quattuor
Vulvi [28])agri sive fa . .	N. viginti	. .	X	duodecim
Vulvi minores	N. quadrag.	. .	X	duodecim
Ova	N. quatt.	. .	X	quattuor
Pastinacae [29]) maximae fascis habens	N. XXV	. .	X	sex
Seque*ntes*	. .	. .	X	sex
Cuchliae . . .	N. viginti	. .	X	quattuor
Sequentes	N. quadrag.	. .		quattuor
Condimen . . raemis quorum fasces [30])	N. octo	. .	X	quattuor
Castana	N. centum	. .	X	quattuor
Nuces optimae virides	N. quinquaginta	. .	X	quattuor
Nuces siccae	N. centum	. .	X	quattuor
Amugdalarum purgatarum *	ital. *f*	unum	X	sex
Nucium abellanarum purgatarum	ital. *f*	unum	X	quattuor
Nuclei pine*ie* purgati	ital. *f*	unum	X	duodecim
Psittacior*um* . . .	ital. *f*	unum	X	sedecim
Zizufor*um*	ital.	. .	X	quattuor
Cerasior*um*	. .	. .	X	quattuor
Praecoc*ium*	. .	. .	X	quattuor
Dura*cinorum*	. .	. .	X	. . .
Sequentia	. .	. .	X	. . .
Persica mala	. .	. .	X	. . .
Sequentia	. .	. .	X	. . .
Pira maxima	em . .	. .	X	. . .

28) I dest *bulbi.* — 29) Lap. *parstinacae.* — 30) Lap. *facies.*

Sequentia . . .	sint . .	. .	.	. .
Mala optima mattia*na* *siv*e saligniana	. .	. .	X	quattuor
Sequentia	N. viginti	. .	X	quattuor
Mala minora	N.quadrag.	. .	X	quattuor
Rhosae	N.centum.	. .	X	octo
Pruna cerea maxima	N.triginta.	. .	X	quattuor
Sequentia	N.quadrag.	. .	X	quattuor
Mala granata maxima	N. decem.	. .	X	octo
Sequentia	N. viginti.	. .	X	octo
Mala qudanea [31])	N. decem.	. .	X	quattuor
Sequentia	N. viginti.	. .	X	quattuor
Citrium maximum			X	vigintiquattuor
Sequens			X	sedecim
Mora fiscilla capiens	*f*	unum	X	quattuor
Ficus optimae	N. viginti-quinque.	. .	X	quattuor
Sequentes	N.quadrag.	. .	X	quattuor
Uvae duracinae seu bumas*t*ae [32])	Po	. .	X	quattuor
Dactulos nicolaos optimos	octo	. .	X	quattuor
Sequentes	N.sedecim	. .	X	quattuor
Palmulas	N. viginti-quinque.	. .	X	quattuor
Ficus caricas	NO. viginti quinque	. .	X	quattuor
Caricae pressae	. .	*u*num	X	quattuor
Damascena moneaea[33]) sicca	octo	. .	X	quattuor
Sequen . .	. .	. .	X	quattuor
Ficus d . .	. .	. .	X	quattuor
Olivae t . .	. .	. .	X	quattuor
Olivae co . .	. .	. .	X	quattuor
Olivae nigrae . .	. .	. .	X	quattuor
Uve passae faler . . .	. .	. .	X	octo
Uvae passae maxim . .	. .	. .	X	quattuor
Terriverum	. .	*un*um	X	sedecim
Lactis o*v*illi	. .	*un*um	X	octo
Casei recentis	. .	*un*um	X	octo
II De mercedibus ope-r*ariorum.*				
Operario rustico	. .	*diu*rni	X	vigintiquinque

31) Idest *cydonea*, ut apud Gargilinm Martialem scribitur. — 32) Pro: *bumastae*. Leake. — 33) Ita visum est in lap. Sensus postularet, credo, *pruna*. Leake: montana.

Lapidario struc*tori* . .	. . . .	X	quinquaginta
Fabro intesti*nario* .	. . *diur*ni	X	quinquaginta
Calcis [34]) coctori	. . . .	X	quinqua*ginta*
Marmorario . .	. . . .	X	sexa*ginta*
Musaeario . .	. . . .	X	sexa*ginta*
. . . ario ut su*pra*	. . . .	X	quin*quaginta*
. . . ri parietario uti supra diurni	. . . .	X	septuaginta
. . . ori imaginario ut supra diurni	. . . .	X	centum quinq*uaginta*
Carpentario ut supra diurni	. . . .	X	quinqu*aginta*
Fabro ferrario ut supra diurni	. . . .	X	quinqua*ginta*
Pistori ut supra diurni	. . . .	X	quinquaginta
Naupego in navi maritima diurni	. . . .	X	sexaginta
In nabi [35]) amnica ut supra diurni	. . . .	X	quinquaginta
Lateris crudi ad laterculos diurnam mercedem . .	. . . .	X	duos
In laterivus [36]) quattuor pedum vinum [37]), ita ut ipse sibi inpensam prae*paret* pasto. Item lateris ex luto diurnam mercedem in lateribus N. octo, ita ut ipse sibi inpensam praeparet pasto	. . . .	X	duos
Camelario sive asinario et burdonario pasto diurni	. . . .	X	viginti
Pastori pasto diurnos	. . . .	X	viginti
Mulioni pasto diurnos	. . . .	X	vigintiquinque
Mulomedico tonsurae et aptaturae pedum in capite uno	. . . .	X	sex
Deplecorae et purgatorae [38]) capitis per singula capita	. . . .	X	viginti

34) Lap. *cascis.* — 35) *Navi.* — 36) *Lateribus.* — 37) Ita lectum in lap. — 38) Sherard coniicit: *deplexurae.* Fortasse emendandum: *De pletura et purgatura.* Zl.

Tonsori per homines singulos	. . . .	X	duos
Tonsori pecorum in uno capite pasto	. . . .	X	duos
De aeramento:			
Aerario in orichalco mercedis	in Po I . .	X	octo
In cupri	in Po I . .	X	sex
In vasculis diversi generis	in Po I . .	X	sex
In sigillis vel statuis	. . . .	X	quattuor
In doctilis [39]) aeramenti	. . . .	X	sex
Plastae [40]) imaginario diurnae mercedis pasto	. . . .	X	septuagin*ta*
Reliquis plastis gupsariis prnetis [41]) diurnos.	. . . .	X	quinquagin*ta*
Aquario omni die operanti pasto diurnos	. . . .	X	vigintiquinque
Cloacario omni die operanti pasto diurnos	. . . .	X	vigintiquinque
Samiatori in spatha [42]) ex usu	. . . .	X	vigintiquinque
In casside ex usu	. . . .	X	vigintiquinque
In securi	. . . .	X	sex
In bipenni	. . . .	X	octo
Vagina spathae [43])	. . . .	X	cen . .
Mem . . . . ione petale [44]) pergamen . .	. . . .	X	. . . . .
Scriptori in scriptura optima versuum	N. centum . .	X	. . . . .
. . . ie . . scripturae bersuum	N. centum . .	X	. . . . .
Tabellanioni [45]) in scriptura libelli bel tabulae *ver*sibus	N. centum . .	X	. . . . .
Bracario pro excisura et ornatura	. . . .	X	cen*tum*

39) *Ductilis.* — 40) Emendavit Leake. Lapis: *Reastae.* — 41) Mendosa lectio. Leake emendat: *pastis.* — 42) Emendavit Leake. Lapis: *spatita.* — 43) Primum vocabulum intellige *vaginas.* Alterum scribitur *patitas;* sed supra *spatita.* Emend. Leake. Lapis: *Ragina spatitas.* — 44) mendosa lectio. — 45) Ita lap. pro *tabellioni.*

Pro birro qualitatis primae	X quadra*ginta*
Pro birro qualitatis secundae	X vigint . .
Pro caracalla maiori	X viginti
Pro caracalli minori	X viginti
Pro bracibus	X viginti
Pro udonibus	X quattuor
Sarcinatori in veste soubtili replicatorae	X sex
Eidem aperturae cum subsutura holosericae	X qinquaginta
Eidem aperturae cum subsutura subsericae	X triginta
. . o suturae in veste grossiori	X quattuor
• . ntunclum equestrae quodctile album sive nigrum livrarum trium	X centum
. . entunclum p . . te . . i ornatum ab usu ponderis si . . atori	X CC qinq . . .
. . ca muliebri vulgari rudi	X sedecim
. . . .	X decem
. . istrictori bi . . i live tela	X decem
. . uus	X sex
. . nin . . ai . . oti rude	X sex
auusu	X dos
Sagum sive ra . . anam rudem	X sedecim
Ab usu	X sex
In tapete rudi	X vigintiquattuor
Ab usu	X decem
Geromatrita in singulis discipulis mentruos	X quinquaginta
Paedagogo in singulis pueris menstruos	X quinquaginta

Magistro instituto[46]) litterarum in singulis pueris menstruos	. . . .	X L
Calculatori in singulis pueris menstruos	. . . .	X septuaginta quinque
Notario in singulis pueris menstruos	. . . .	X quinquaginta quinque
Librario sibe antiquario in singulis discipulis menstruos	. . . .	X quinquaginta
Grammatico graeco sive latino et geometrae in singulis dicipulis menstruos	. . . .	X ducentos
Oratori sive sufistae in singulis discipulis menstruos	. . . .	X ducentos
Avvocato sive iuris perito mercedis in postulatione	. . . .	X ducentos quinquaginta
In cognitione	. . . .	X mille
Architecto magistro per singulos pueros menstruos	. . . .	X centum
Capsario in singulis lavantibus	. . . .	X duos
Balneatori privatorio in singulis lavantibus	. . . .	X duos
De pellibus babylonicis seu trallianis vel foeniceis.		
Pellis babylonica primae formae	. . . .	X quingent.s
Formae secundae	. . . .	X quadraginta
Pellis tralliana	. . . .	X ducentis
Pellis foenic . . .	. . . .	X centrum
Pellis vaccitena	. . . .	X trecentis
De curiis bubulis.		
Curium bubulum infectum formae primae	. . . .	X quingentis

46) *institutori.*

Idem confectum ad solenda calceamenta[47]	X	septingentis quinquaginta
Ad loramenta	X	sesentis
Curium secundae formae infectum	X	trecentis
. . a infec . .	X	. . . . . .
. . . .	X	. . . . . .
. . a maxima infectu	X	. . . . . .
. . fecta	X	. . . . . .
. . e apis prima	X	cen . . .
. . actum	X	ducen . . .
. . dina infecta	X	decem
. . ta . . .	X	sedecim
. . e infecta	X	quadraginta
. . . .	X	sexaginta
. . . .	X	decem
. . . .	X	quindecim
. . . .	X	. . . . . .
. . e formae infecta	X	septuaginta V.
. . . .	X	centum
Pell . . .	X	. . *q*uinque
Eadem . . .	X	. . inta
Pell . . .	X	. . . . . .
Eadem con . . .	X	. . . . . .
Pellis castori	X	. . um
Eadem confecta	X	. . . . . .
Pellis ursina ma . . .	X	. . tuaginta
Eadem confecta	X	. . . inta
Pellis lupi cervarii	X	. . . . . .
Eadem confecta	X	. . . . . .
Pellis vituli marini	X	*d*ucentis quinquaginta
Eadem confecta	X	mille quingentis
Pellis leopardina infecta	X	mille
Eadem confecta	X	mille ducentis quinquaginta
Pellis leonina confecta	X	mille
De tegestribus.		
Tegestrae de caprinis rellis[48] n. octo	X	sescentis
Pulicare tenerrimum[49] et maximum	X	sescentis

47) Forcellin. lex. emendandum censet: *solcanda.* — 48) Cardinal. et Mai: *pellis* pro: *rellis.* — 49) Lapis *tenenimum.*

De formis caligaribus.		
Formae caligares maximae	X	centum
Formae secundae mensurae	X	octoginta
Formae muliebris	X	sexaginta
Formae infantilis	X	triginta
De caligis.		
Caligae primae formae mulionicae [50]) sive rusticae par sine clavis	X	ducentis viginti
Caligae militares sine clavo	X	centum
Caligae patricii	X	centem quinquaginta
Caligae senatorum	X	centum
Caligae equestres	X	septuaginta
Caligae muliebres par	X	sexaginta
Cal . . pagi [51]) militares	X	septuaginta quinque
De soleis et callicis.		
. . icae viriles rusticanae visoles par	X	octaginta
. . icae viriles monosoles par	X	quinquaginta
. . icae cursuriae par	X	sexaginta
. . rinae mulievres . . visoles par	X	quinquaginta
. . ae muliebres monosoles par	X	triginta
. . eis babilonicis et purpureis et foeniceis et alvis	X	. . . . . .
. . babilonicae par	X	centum viginti
Purpurei sive foenicei par		sexaginta
. . ci ul	.	. . . . . .
. . muliebres	.	. . . . . .
. . suratae	.	. . . . . .
Socci babilonici pur	.	. . . . . .
Taurinae inauratae	.	. . . . . .
Taurinae lanatae	.	. . . . . .
De loramentis.		
Avertae primae for*mae*.	X	mille quin . .

50) Emend. Leake. Lapis: *mubonicae.* — 51) *Campagi.* Leake. Mox *callicae* est pro: gallicae.

Scordiscum[52] militare	. .	. .	X	quingent . .
Paramma mulare scu . .	. .	. .	X	octigentis
Capistrum equestre	. .	li	X	septuaginta
Frenum equestre ec . .	. .	usum	X	centum
Frenum mulare	. .	. .	X	centum viginti
Capistrum mu*lare*	. .	. .	X	octoginta
De zonis militar*ibus*.				
Zona babilonica	. .	. .	X	centum
Item lata	. .	. .	X	ducentis
Subalare ba . .	. .	. .	R	centum
Zona alba	. .	. .	X	sexaginta
Item digi . .	. .	. .	X	*sep*tuaginta
De utri*bus*.				
*Ut*rem primae formae	. .	. .	X	centum viginti
Utrem olearium prim . .	. .	. .	X	centum
*U*trem mercedem diur . .	. .	. .	X	duos
De scortiis.				
Scortia in sextario uno	. .	. .	X	viginti
Thecam canarum	N. quinque	. .	X	quadraginta
Flagellum mulionicum cum virga	. .	. .	X	sedecim
Corigiam aurigalem	. .	. .	X	duobus
De saetiis caprinis sive camellinis.				
Pilorum infectorum	P I	. .	X	sex
Pili neti ad diavernas vel factos	P I	. .	X	decem
De sagmis.				
Sagma burdonis	. .	. .	X	trecentis quinquaginta
Sagma asini	. .	. .	X	ducentis quinquaginta
Sagma camelli	. .	. .	X	trecentis quinquaginta
De zabernis.				
Zabernarum sive saccorum par habens pondo trigin . .	. .	. .	X	quadragentis
Saccopatitnai latitudinis pedum trium longitudinis quantum fuerit pro singulis libris	. .	. .	X	sedecim
De materiis.				
Materia vigenian[53]				

52) Emend. Leake. Lapis: *scoroscum*. — 53) *avigenia* pro: *abiegna*. Pro: *quingenta* emendandum videtur: *quinquaginta*. Zl.

qubitorum quingenta, latitudinis quadrum cubitorum quattuor	X	quinquaginta milibus
Cubitorum quadraginta quinque latitudinis suprascripti	X	quadraginta milibus
Cubitorum N quadraginta latitudinis SS [54])	X	triginta milibus
Cubitorum triginta quinque latitudini per quadrum digitorum octoginta	X	duodecim milibus
Cubitorum viginti octo latitudinis in quadrum cubitorum quattuor	X	decem milibus
Cubitorum N triginta latitudinis in quadrum digitorum septuaginta duum	X	octo milibus
Cubitorum viginti quinque latitudinis in quadrum sexaginta quattuor	X	sex milibus
Eadem praetia etiam materiae pinae sunptae stituta. [55])		
Materiae roboreae cubitorum quattuor	X	quinque milibus
Decimi in longum latitudinis in quadrum sexaginta octo	X	ducentes quinquaginta
Materiae φraxinae qubitorum quattuor decem in longum latit*udinis* in quadrum digitorum quadraginta octo	X	ducentis

Fragmentum edicti consimilis argumenti de rerum pretiis.

1709. Intulit hoc fragmentum Gaetanus Marinius in Veliternum Museum Borgianum et publici iuris fecit in Giornal. Pisan. XVI. p. 192.

---

54) *suprascriptae.* — 55) Leg. *materiae pineae sunt restituta.*

Nunc in Museo Neapolitano Borbonico asservatur. Neque vero haec inscriptio in Ephemeridibus Pisanis, ut Kellermannus Vigil. Roman. Laterc. p. 74 putat, donec ipse denuo ederet, abdita latuit. Sed et Aloysius Cardinalis iam denuo ediderat (Dissertazioni dell' Accadem. romana di archeolog. Tom. II (1825 p. 732.) et Angelus Maius in Scriptorum vet. nova collectione Tom. V. p. 315.

Austoribus in cupa una	numm. XXX.
Tabulariis in singulis apocis	numm. XX.
Exasciatori in cupa una	numm. X.
Falancariis qui de ciconiis ad templum cupas referre consuerunt	numm......
Custodibus cuparum	
De ampullis placuit ut post degustati. possessori reddantur.	
Professionariis de ciconiis statim ut adveneret vinum in una cupa...	numm. CXX.

. . . .

Edictum Constantini de accusationibus.

1710. Edidit primus Muratorius (Thes. inscr. Tom. II. p. 580) adscribens: „Romae. Ex schedis bibliothecae Ambrosianae." Certiora de fonte unde petiverit Muratorius huius edicti exemplum per Klenzium demum (in Savigny Zeitschr. für gesch. Rechtsw. Tom. IX. p. 225) comperta habemus. Schedae, quas Muratorius nominat, volumine bibliothecae Ambrosianae continentur manuscripto, quod primo folio inscribitur: „Collectio inscriptionum antiquarum latinarum et graecarum" et altero folio: „Iscrittioni latine antiche raccolte da Vicenzio Pinelli." Pertinebat hoc volumen ad Pinellii Neapolitani viri doctissimi, qui saeculo XVI et XVII floruit, copiosissimum literariae suppellectilis thesaurum; cuius post mortem possessoris maxima pars interiit, reliquam partem Sanctus Carolus Borromaeus Cardinalis a se emtam bibliothecae Ambrosianae inferri iussit. Ad Pinellium igitur auctorem huius exempli fides referenda est, quod Klenzius e tabula lapidea transcriptum existimat ob signa in fine capitum addita foliorum similia, qualia in lapideis non in aereis tabulis insculpi solita videmus. Initio singulorum versuum lineolae ubique plus minus quatuor verticales appictae sunt ad lacunas interceptarum literarum significandas. Quid Muratorium adduxerit, ut monumentum Romae attribueret, ignoratur; nam neque in Pinellii exemplo neque alibi quidquam de hac re commemoratur. Ex Muratoriano thesauro edictum Spangenbergius in Hauboldi Monum. leg. p. 288. sed parum accurate descriptum recepit; Angelus Maius aliquanto emendatius in Scriptorum veterum collectionem a se editam Tom. V. p. 316. Praeclare restituit et explicuit Klenzius in Savigny Zeitschr. für gesch. Rechtsw. T. IX. p. 56—90. et p. 225—231.

I. *Siquis temere ad accusandum accesserit*[1]) *facias ut omni modo* iudicio repellatur. Verum quicunque intentionibus suis probationes *addere possit*, habeat adeundi iudicis liberam potestatem ac manifestis indiciis *comprobata, quae intentet* edat, ut pro qualitate factorum[2]) competenter in eum qui convictus fuerit *animadvertatur*[3]). Quodsi minime potuerit ea quae intentaverit comprobare, scire debet se *capitali sen*tentiae subiugandum. Sane siquis[4]) alicui maiestatis crimen intenderit, *cum huius* modi obiectus minime quemquam privilegio dignitatis alicuius a strictiori *inquisiti*one tueatur[5]), sciat se quoque tormentis esse subdendum, si aliis manifestis iudiciis *delatis vel*ut argumentis accusationem suam non potuerit comprobare, cum in eo qui *huius esse* temeritatis deprehendatur, illud quoque tormentis erui oporteat, cuius *consilio a*dque instinctu ad accusationem accessisse videatur, ut ab omnibus tanti *commissi* consciis vindicta possit reportari.

II. *Familiaribus* autem quod adeundi quoque iudicis tam statutis parentum nostrorum, quam *prioribus no*stris sanctionibus interclusa sit facultas, omnibus cognitum est; cum eiusmodi *delatoribus* audientia non debeat commodari: quandoquidem eos pro tanti sceleris andacia *sententiae con*veniat subiugari.

III. *In servis quoque* sive[6]) libertis qui dominos vel patronos accusare aut deferre temptant, eius *modi iudicium* iuxta antiqui quoque iuris statutum observandum esse censuimus, ut scilicet *professio ta*m atrocis audaciae statim in admissi ipsius exordio per sententiam iudicis *comprimatur* ac denegata audientia patibulo adfixus, qui ad eiusmodi desperationem *pervenerit*, exemplum ceteris praestet, nequis in posterum audacia[7]) simili existat.

IIII. .... *ut* undique versum securitati innocentium consulatur, placet etiam famosos *libellos no*n admitti. Quos sine nomine propositos siqui invenerit, statim distrahere[8]) ad*que discerpere* vel igni debet exurere. In quibus etiam iudicum eiusmodi observantiam per

---

1) Haec ab initio verba tanquam minus certa Klenzius non in textum restitutum recepit, sed separatim in observationibus proposuit pag. 67. — 2) *facturum*. Murat. Emendavit Klenz. atque ante eum Maius, cuius editio Klenzium fugisse videtur. — 3) De hoc verbo a Klenzio restituto nihil apud Muratorium reliquum est praeter binas literas VT sed in schedis ipsis Klenzius invenit VR. (Savigny Zeitschr. IX. p. 229). — 4) Hic locus ad finem capitis usque ex edicto excerptus legitur cum aliqua lectionis varietate in Codice Iustinianeo L. 3. ad leg. Iul. mai. IX. 5 et 8. et in codice Theodosiano L. un. eod. — 5) Hunc locum excerpta edicti nostri in codicibus Theodosiano et Iustinianeo l. l. ita exhibent: „cum in huiuscemodi re convictus minime quisquam privilegio dignitatis alicuius a strictiore inquisitione defendatur". — 6) Schedae hoc caput ab initio mutilatum ita repraesentant.... *ne sine libertis etc.* Klenzius e codice Theodos. l. l. restituit, quem admodum alias huius capitis lacunas. — 7) Murator. *audaciae*: sed scribi oportebat *audaciae similis* vel *audacia simili*. Klenz. *audacia* Mai. — 8) *destrahere* Murator. Emendandum: *detrahere* vel quod probabilius est, *distrahere*. Klenz.

ignem [1]) ..... sit, ut si forte ad se talis libellus perlatus fuerit, is-eum praecipiat concit [2]) .... *quoniam e*iusmodi scripturam ab audientia iudicis penitus oportet submoveri: manen*te tamen in illos* inquisitione, qui libellos eiusmodi proponere ausi fuerint; ut reperti debi*tis huius temeri*tatis suae poenis [3]) subiiciantur.

V........ [4]) itaque omnibus tam ad praefectos nostros, quam etiam et [5]) praesides et ratio*nales et ad* magistrum privatae *rei* [6]) scripta dereximus, quorum exempla alio edicto nostro *munita* [7]) *huius*modi legem statutumque continent plenissime declaratum.

VI...... stis conscientia vestra, quae testis est, praebet eam summam, clementiae nostrae circumspectibus et fuisse semper et esse curatum [8]), ut beatitudo urbis romanae mandatis nostris obtemperet, adversus omnes omnino calumnias, quas in universum orbem infamis Caesarianorum desperatio porrigebat firmissimis munita securitatibus.

Rescriptorum duorum, quibus officia ab imperatoribus conferuntur, fragmenta.

1711. Edidit primus Odericus in Dissertationibus in aliquot inscriptiones. Romae. 1765. 4. indeque Orell. 3195. 3196.

1712. Januario salutem.

...memoriae, in quo mihi probe et lab*o*riose ....t ex dis... et indulgentiae meae praerogativam tanto magis cu...... isterio sit mihi conciliatum; ideoque iustus arbitratus sum..... ceteris proximis, qui in aliis stationibus quadragena millia N...... uiquam mira videri potest, cum iudicium meum fidei, labori, sed.... bui a me intelligatur. Bene vale.

1713. .....io lib. salutem.

..ari ministerio officii memoriae es et fides ac modestia qu.... agistri tui hortantur, ut te ad splendidam voluptatum statio ... coliberti tui, nec dubito operam insum.. urum, ut talem te ......d latus principum tam diu egerit. Bene vale.

---

1) Sic in schedis Pinellii Klenzius legit (p. 230); Muratorius locum depravatum edidit hunc in modum: *in quibus etiam iudicium eiusmodi observa. per ignem.* Pone ignem lacuna est decem fere literarum spatium complectens. — 2) Klenz. postremas literas mutilati vocabuli CONCIT mendosas atque subesse vocabulum *concremari* suspicatur. — 3) Murator. *potius*, quod sensu caret; *poenis* emendatio est Lachmanni a Klenzio adscita. — 4) Initio capitis verba: *De his rebus* vel similia excidisse existimat Klenz. — 5) Klenzius emendandum coniicit *ad* pro *et*. — 6) *rei* quod in schedis desideratur addidit Klenz. et *rationalem magistrum privato scripta.* Mai. — 7) *munita* coniectura suppletum et *declaratum* pro *declaratur* quod schedae exhibent, assumsimus e Klenzii adnotatione ad h. l. — 8) *curarum* schedae Pinelli, quod Murator. tacite emendavit in *curatum*, quemadmodum paulo infra *obtemperat* quod schedae exhibent in *obtemperet*.

§. 5. Edicta et rescripta magistratuum romanorum.

1714. Exempl. epistulae Quieti scriptae ad Hesperum.

Cum variam esse clerorum mensuram cognoverim et sacratissimus Imp. constitutionis suae causa neque maximi neque maximi mensuram iniri iusserit in ea re*gione*, quae Iovi Aezanitico dicata dicitur: *tu*, *mi* Hesper carissime, explores, qu*ae maximi cl*eri mensura, quae minimi in ipsa regione sit et id *n*otum mihi facias. — Texier Description de l'Asie min. Vol. I. p. 104. Cf. supra n. 1706 Inperatoris Hadriani epistola de eadem re.

1715. Exempl. epistulae descriptae Quieto ab Hespero.

Quaedam negotia, domine, non aliter ad consumationem perduci possunt, quam uti *recepta* usu sunt eorum pretia. Hoc cum mihi iniunxisses, ut tibi nuntiarem, quae mensura esset clerorum circa regionem Aezaniticam, misi in rem praesentem *e*lectos geometras..... — Texier l. l, p. 105. Cf. n. 1706.

1716. Exemplum epistulae Cl. Paulini Leg. Aug. Pr. Pr. prov. Britanniae ad Sennium Sollenem. Atampo.

Licet plura merenti tibi, a me pauca tamen, quoniam honoris causa offeruntur, velim accipias libenter: chlamidem canusinam, dalmaticam laodici*eam*, fibulam auream cum gemmis, racenas duas, tossiam brit. pellem vit. marini semestris autem epistulam ubi prope diem vacare coeperis mittam cuius militiae salarium de stis XXV. N. in auro sus*cipe*, dis faventibus et maiestate sanct. Imp. deinceps promeritis adfectionis magis digna consecuturus concordia. — In basi marmorea statuae honorariae Sennii Solemnis, sive in basi Toriniacensi (de Torigny) de qua V. supra n. 1640. Secuti sumus exemplum Eduardi Lamberti (Memoires des antiquaires de Normandie. 1833. I. I. p. 341.)

1717. Exemplum epistulae Aedini Iuliani Praefecti praetorii ad Badium Comnianum P..... vice. Praesidis agen.

Aedinius Iulianius Badio Comniano sal.

In provincia lugdunens. S. quinque fascali*a cum* agerem plerosque bonos viros perspexi, interquos Solemnem istum oriundum ex civitate Viduc. sacerdotem, quem propter sectam, gravitatem et honestos mores amare coepi. His accedit, quod cum Claudio Paulino decessori meo in concilio Galliarum instinctu quorum qui ab eo propter merita sua laedi videbantur quasi ex consensu provinc. accusationem instituere tentar*unt*, Sollemnis iste meus proposito eorum restitit provocatione scilicet interiecta quod patria eius cum inter c*eteros* legatum eum creasset nihil de accusatione mandassent immo contra laud*assent*. Qua ratione effectum est, ut omnes ab accusatione desisterent. Quem magis magisque amare et compro*bare* coepi, is certus honoris mei erg*a eum* ad videndum me in urbem venit. Proficiscens petit, ut eum ibi commendarem. Recte itaque feceris si desiderio illius adnueris et R. — In tertio latere eiusdem basis

marmoreae Toriniacensis (de Torigny), de qua V. supra nr. 1640. Cf. Raynouard Histoire du droit municipal en France. Tom. I. p. 220.

Edictum Turci Aproniani, Praefecti urbis, de pecoribus sub exagio vendendis.

1718. Turcius Apronianus, qui fuit anno p. Chr. 329 secundum Almeloveenii sententiam (Fasti consular. p. 490) vel 363 secundum Godofredum (ad l. 4. Cod. Theodos. de suariis) Praefectus urbis, priori edicto edicit, ut pondus pecorum vendendorum accurate ad trutinam exigatur neque amplius sortitione quadam micantium aestimetur. Edidit primus Mazochius in Epigrammat. fol. XV., secuti sunt Apianus p. 256 qui praescriptionem praeposuit. „In horto Cardinalis S. Petri ad vincula"; Brissonius de formulis lib. III. cap. 20. Gruter p. 647. „Romae in palatio ad sanctos apostolos, tabula marmorea"; alii, quos laudat Haubold: Monum. leg. p. 291. Orel 3166. Commentariis illustraverunt cum proxime sequenti altero edicto de Winckler Epistolae duae ad edicta Aproniana Lips. 1743 et in eius Opusculis Vol. I. p. 100 sqq. Bouchaud Recherches historiques sur les edits des magistrats Romains; in Commentariis Academ. Inscriptt. Paris. Tom. XLV. p. 457 seqq. Ex codice Riccardianae bibliothecae et e cod. bibliothecae Paris. dedit atque explicuit Osannus in Sylloge p. 510. Alterum edictum ab eodem Aproniano profectum de suariis primus edidit Ald. Manutius De orthograph. Ed. II. p. 591. plerumque cum illo priore coniunctum, ut apud Gruterum, Brissonium, Hauboldum II. cc.

Ex auctoritate Turci Aproniani V. C. Praefecti urbis.

Ratio docuit utilitate suadente, consuetudine micandi summota, sub exagio potius pecora vendere quam digitis micare colludentibus [1]) tradere, ut [2]) adpenso pecore, capite, pedibus et sevo [3]) lactante [4]) et subgulari lanio cedentibus, reliqua caro cum pelle et interaneis proficiat venditori, sub conspectu publico fide ponderis comprobata, ut quantum caro occisi pecoris adpendat et emtor norit et venditor, commodis omnibus et praeda damnata, quam tribunus, officium, cancellarius et scriba de pecuariis capere consueverant. Quae forma interdicti et dispositionis sub gladii periculo perpetuo custodienda mandatur.

1719. Ex auctoritate Turci Aproniani V. C. Praef. urb.

Licet formam dispositionis acta contineant, ad fidem tamen gestorum plenius memoria tradendam tabulam placuit adfigi, quae publicaret ordinem rerum.

Quom suarios videremus damnis adfectos, providimus his leva-

---

1) cod. Paris. *cumludentibus.* Bouchaud nescio unde: *conlucentibus.* — 2) *et* Grut. ex eoque Haubold. male pro *ut.* — 3) cod. Par. *saevo.* — 4) cod. Ricciard. *latente;* Appian. *lactente.* Pro *subgulari* Bouchaud: *subiugulari* nescio an temere ponat. Idemque pro *venditori* nec necessario coniicit: *emtori.*

men ex[1]) titulo canonico vinario, ut viginti quinque millia amphorum annua consequantur sub ea divisione, ut duae partes suariis tertia vero his ordinibus sufficiat, qui suariam recognoscunt, ita ut iidem ordines iuxta consuetudinem tam proprium quod appellatur quam annonis exsolvant et moderatione adhibita perinde a possessore suscipiant atque suscipere sunt soliti antiquo more praeeunte, interdicentes ne inormia[2]) illa indebitaque praestentur, quae tam tribunus quam patroni diversi et varia consequebantur officia. Contra quod interdictum si qui ausi fuerint de communi largiri, et scribae quidem ceterique poenae subiaceant[3]).

Claudii Dynamii, urbis Praefecti, edictum contra molendinariorum fraudes.

1720. Primus edidit Gruterus p. 1114 adscribens: „In Ianiculo ante ecclesiam Io. et Pauli"; post eum Fabrettius Inscript. p. 529 aliquanto emendatius, et novissime Osannus Sylloge inscript. p. 508 ex apographo bibliothecae Riccardianae. Praefectum urbi, quem hoc edictum prae se fert, inter praefectos incertae aetatis Almeloveenius (Fast. rom. p. 508) enumerat; Osannus Claudium Dynamium esse docet, quem p. Chr. an. 488 cum Fl. Sifidio consulem fuisse, in Fastis perscriptum est. Stateras autem in Ianiculo collocari praecipit edictum ob molas aquarias ibi ad ripam Tiberis sitas de quibus V. Fabrett. Dissertat. III de Aquaeductibus n. 347 et Preller Die Regionen der Stadt Rom. p. 215.

Claudius Iulius Eclesius[4]) Dynamius V. C. et inl.[5]) urbis Praefectus F.[6]).

Amore patriae compulsi ne quid diligentiae deesse videatur studio nostro adici voximus[7]) ut omnium molendinariorum fraudes amputentur[8]), quas subinde venerabili populo atque universitati fieri suggerentibus nobis agnovimus, et ideo stateras fieri praecipimus, quas in Ianiculo constitui nostra praecepit auctoritas. Unde hoc programmate universitatem nosse decernimus, frumenta, quum ad haec loca conterenda detulerint, ut[9]) consueta fraudibus licentia possit amoveri, primo pensare non differant; deinde postquam fregerint, propter fidem integrae observationis adhibitis iisdem ponderibus agnoscant, nihil sibi abstulisse licentiam fraudatorum. Accipere autem secundum constitutum breve[10]) molendinarios tam in Ianiculo quam per diversa praecipimus per modium unum numos tres, ita quod,

1) Ita Brisson. *et titulo* Gruter. — 2) *enormia* Haubold. non indicans unde sumserit; reliqui *inormia*, quod vocabulum Salmasius ad Spartian. Aeli. Ver. cap. I. extr. defendit. — 3) Ita Brisson. et Haubold. *subiaceent* Gruterus. Bouchaud coniicit: *subiacento*. — 4) *Eclesius* Grut. et Fabr. *Ecdesius* Osann. — 5) vir clarissimus et inlustris. — 6) patricius. In apographo Riccard. abest. — 7) Ita hunc locum exhibent Grut. Fabr. Riccard. cod. *adici* Osann. i. q. *adiici* accipit. Vide num locus ita legendus sit: *ne quid diligentiae deesse videatur studio nostro, edici voluimus.* — 8) *computentur* Riccard. — 9) *ut*, quod apud Grut. Fabr. et in cod. Riccard. desideratur, cum Osanno supplevimus. — 10) *brevem* Grut. Fabr.

si quis eorum illicita praesumptione farinam crediderit postulandam, deprehensus et multae subiaceat et fustuario supplicio se noverit esse subdendum [1]). Illud autem humanitas nostra propter corporatorum levamen adiicit, ut si qui voluntate propria, non compulsus sed donandi animo farinam offerre voluerit, habeat qui accipit liberam facultatem.

Rescriptum Bassaei Rufi et Macrini Vindicis, Procuratorum rei privatae ad Magistratum Saepinatem et Bovianium.

1721. His magistratibus communicatur querela Cosmi, rationarii Imperatoris, iuncta epistola Septimiani administratoris ad Cosmum data; iisque iniungitur a Procuratoribus, ut desinant iniuriam inferre conductoribus gregum oviaricorum.

Exhibet Gruter. p. 513 cum praescriptione: „Sepini in lapide circa finem literis evanidis"; et cum subscriptione: „Gruterus e Metelli cod". Gruterus binos tantum versus epistolae Septimiani ad Cosmum habet tanquam reliqua eius parte obliterata. Pleniorem exhibet Spangenbergius Tabul. negotior. sollemnium pag. 364. ex Muratorii Thesauro p. 606.

Bassaeus Rufus et Macrinus Vindex Magg. Saepinat. *et Bovianio* [2]) salutem!

Exemplum epistolae scriptae nobis a Cosmo, Aug. Lib. a rationibus, cum his, quae iunctae erant, subiecimus, et admonemus, abstineatis iniuriis faciendis conductorib. gregum oviaricorum, cum magna fisci iniuria necesse sit, recognosci de hoc et in factum, si ita res fuerit, vindicari.

Cosmi Aug. Lib. a rationibus, scriptae ad Bassaeum Rufum et ad Macrinum Vindicem, Pr. P. R. E. V. [3])

Exemplum epistulae scriptae mihi a Septimiano Colliberto et adiutore meo subieci . . . . . [4]) et peto, tanti faciatis scribere Magg. Saepin. et Bovian. [5]) uti desinant iniuriam conductorib. gregum oviaricorum, qui sunt sub cura mea [6]) facere, ut beneficio vestro ratio fisci indemnis sit.

Scriptae a Septimiano ad Cosmum. [7])

Conductores gregum oviaricorum, qui sunt sub cura tua, in re praesenti subinde quaererentur, per itinera collium frequenter iniuriis

---

1) *subdendum* Fabr. *subeundum* Grut. Riccard. — 2) *et Bovianio* ad lacunam supplendam additur ex mentione horum magistratuum, in epistola Septimiani facta. Spangenberg: *Bovinati;* male, quum neque eiusmodi forma adiectivi gentilis a nomine Boviani oppidi reperiatur et infra altera forma legatur. — 3) Procuratores privatae rei, egregios viros — 4) lacunae signa apud Gruterum interponuntur etsi vel sic sine supplementis oratio commode procedit. — 5) magistratibus Saepinati et Boviano. Gruterus: *Bonian.* quod mendum scalptoris vel transcribentis est. — 6) Gruterus: *sub curam et facere.* Locum emendatum Spangenbergius exhibet, quem secuti sumus. — 7) exemplum epistolae Septimiani admodum mendosum est sed eiusmodi ut nescias, utrum scribentis inscitiae an scalptori an transcribenti vitia tribuenda sint.

Magg. R. P. a stationariis et Magg. Saepino et Boviano[1], eo quod in transitu iumenta et pastores, quos conductores habent, dicentes, fugitivos esse, et iumenta abacta habere, et sub hac specie oves quoque dominicas redhibeant. In illo tumultu necesse habeamus, etiam scribere, quietius agerent, ne res dominica detrimentum pateretur, et cum in eadem contumacia perseverent, dicentes, non curaturos se, neque meas litteras, neque, si tu eis scripsisses, ita fieri in loco domini, si tibi videbitur, indices Basseo Rufo et Macrino Vindici Pr. Praet. V. ut epistulas emittant ad eosdem magg. et stationarios. Quam misi; ut imperatum factum est.

1722. Claudius Quartinus II. viris Pompeionensibus salutem.

Et ius magistratus vestri exequi adversus contumaces potestis, et nihilominus, qui cautionibus accipiendis desunt, sciant, futurum, ut non per hoc tuti sint. Nam et non acceptarum cautionum periculum ad eos respiciet, et quicquid praesentes quoque egerint, id communis oneris erit. Bene valete.[2] Datum Nonis Octubris Callagori, Imperatore Caesare Traiano Hadriano Augusto tertium Consule. — Sponius Miscel. p. 278 edidit ex *Oihe*nard Notitia Vasconiae, ex Sponio Maffei Istor. diplom. p. 24. Terasson Histoire de la iurisprud. Rom. Adp. p. 44. ex Terassonio Spangenberg Tabul. negotior. sollemn. p. 351. Orell. 4032. Claudii Quartini persona ut res de qua agitur perinde ignoratur. Tabula aenea Pompeiopoli in Hispania (Pampelona) reperta est.

1723. Libellus L....... Operum publ..... scripta Severo....

Domine permittas.... *aedi*ficio meo pos*t* colu*mnam* divorum Marci et Faustinae...... pedibus plus min*us fac*ere et in matri*cula sine* iniuria cuiusqua*m*...... secundum litter*as* rationalium *quas huic libello* subieci. Da... — Tabula marmorea Romae reperta eodem loco quo proxime sequens tabula, quacum coniungenda; parte superiore et inferiore integra est, in latere manca. Continet libellum, ut videtur, Adrasti liberti quo locum hospitio suo prope columnam Marci aedificando ab Imperatore Septimio Severo petit. Marini Att. arv. p. 258. Fea Framment. d. fast. p. LXXV. LXXVII.

1724. Exemplaria litterarum rationalium Dominorum N. N.[3] scriptarum, pertinentes[4] ad Adrastum Augg. NN. lib. quibus aei[5] permissum est aedificare loco cannabae a solo iuris sui pecunia sua praestaturus solarium sicut ceteri[6].

Aelius Achilles C. L. Perpetuus Flavianus Eutychus Epaphrodito suo salutem.

---

1) A nomine Boviani oppidi descendunt gentilia *Bovianius* et *Bovianensis*, ut fortasse scribendum sit *Bovianio* pro *Boviano*. — 2) Verba: *bene valete* apud Spangenberg. exciderunt. — 3) nostrorum. — 4) contra legitimam structuram pro *pertinentium*. — 5) pro: *ei*. — 6) Orell. *caeteri*.

Tegulas omnes et impensa de casulis item cannabis et aedificiis idoneis adsigna Adrasto procuratori columnae divi Marci, ut ad voluptatem suam hospitium sibi exstruat, quod ut habeat sui iuris et ad heredes transmittat. Litterae datae VIII Idus Aug. Romae Falcone et Claro Cos. [1])

Aelius Achilles C. L. Perpetuus Flavianus Eutychus Aquilio Felici.

Hadrasto Aug. lib. ad aedificium quod custodiae causa columnae centenariae pecunia sua exstructurus est, tignorum vehes decem quanti fisco constiterunt cum pontem necesse fuit compingi petimus dari iubeas. Literae datae XIIII Kal. Sept. Romae Falcone et Claro Cos. [1])

Rationales Seio [2]) Superstiti et Fabio Magno.

Procurator columnae centenariae divi Marci exstruere habitationem in conterminis locis iussus opus adgredietur, si auctoritatem vestram acceperit. Petimus igitur, aream, quam demonstraverit Adrastus lib. D. N. [3]) adsignari [4]) ei iubeatis praestaturo secundum exemplum caeterorum solarium. Litterae datae VII Idus Sep. Romae; redditae IIII Idus Sept. Romae isdem Cos. — Marmor Romae repertum 1777. Primus ed. Marin. in folio volante. Fea ad Winckelm. Tom. III. p. 350. Guasco Mus. Capit. Inscr. Tom. III. p. 113. Amaduzzi Anecd. lit. Tom. IV. p. 521. Orell. 39. Fea Framment. d. fast. p. LXXV.—LXXVII. cuius exemplum nos sequimur.

§. 6. *Appendix edictorum et rescriptorum principum et magistratuum romanorum in codicibus manuscriptis seorsim vel apud veteres scriptores servatorum.*

Edictum Cn. Domitii Aenobarbi et Licinii Crassi Censorum de coercendis rhetoribus latinis.

1725. Ex Suetonio De claris rhetoribus cap. 1. et Gellii Noct. Att. XV., 11. receperunt Morcellus De stil. n. CCCV. qui commentario illustravit; Haubold Monum. leg. p. 79; Egger Lat. sermon. reliq. p. 156. Edictum assignandum est anno u. c. 661; a. Ch. 92.

Renuntiatum est nobis, esse homines qui novum genus disciplinae instituerunt, ad quos iuventus in ludum conveniat; eos sibi nomen imposuisse latinos rhetoras; ibi homines adulescentulos dies totos desidere. Maiores nostri, quae liberos suos discere et quos in ludos itare vellent, instituerunt. Haec nova, quae praeter consuetudinem ac morem maiorum fiunt, neque placent neque recta videntur. Quapropter et iis, qui eos ludos habent, et iis, qui eo venire consueverunt, visum est faciundum ut ostenderemus nostram sententiam, nobis non placere.

---

1)p. Chr. 193. — 2) Saeio. Orell. — 3) libertus domini nostri. — 4) *adsignare.* Orell.

Imperatoris Nervae Edictum, quo omnia concessa a superioribus Principibus beneficia confirmat.

1726. E Plinii epistolis (X, 66) operi suo inclusit et illustravit Morcellus De stil. n. CCCVI.

Quaedam sine dubio, Quirites, ipsa felicitas temporum edicit, nec spectandus est in iis bonus Princeps, quibus illum intelligi satis est, quum hoc sibi quisque civium meorum spondere possit, me securitatem omnium quieti meae praetulisse, ut et libenter nova beneficia conferrem et ante me concessa servarem. Ne tamen aliquam gaudiis publicis afferat haesitationem vel eorum qui impetraverunt diffidentia, vel eius memoria qui praestitit, necessarium pariter credidi ac laetum, obviam dubitantibus indulgentiam meam mittere. Nolo existimet quisquam, quae alio Principe vel privatim vel publice consecutus ideo saltem a me rescindi ut potius mihi debeat, si illa rata et certa fecero; nec gratulatio ullius instauratis eget precibus; et qui non habent, me quem fortuna imperii vultu meliore respexit, novis beneficiis vacare patiantur, et ea demum sciant roganda esse, quae non habent.

Antonini Pii Rescriptum de querelis servorum Iulii Sabini.

1727. Inseruerat Ulpianus libro octavo De officio proconsulis, indeque translatum est in l. 2. D. de his qui sui vel alieni iuris sunt. Inter rescriptorum principum exempla assumsit Morcellus De stil. Opp. epigr. Tom. II. p. 176.

Aelio Marciano Procos. prov. Baeticae.

Dominorum quidem potestatem in suos servos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi. Sed dominorum interest, ne auxilium contra saevitiam vel famem vel intolerabilem iniuriam denegetur his qui iuste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt, et si vel durius habitos quam aequum est vel infami iniuria affectos cognoveris, venire iube ita ut in potestatem domini non revertantur. Qui si meae constitutioni fraudi fecerit, sciat me admissum severius exsecuturum.

Imperatoris Severi Alexandri rescriptum de stipulatione dotis.

1728. Servatum l. 4. C. de contrah. et comm. stipul. In opus suum De stil. lat. inscr. intulit Morcellus Opp. epigr. Tom. II. p. 176.

Sabinae.

Secundum responsum Domitii Ulpiani Praefecti annonae iurisconsulti, amici mei, ea quae stipulata est cum moreretur partem dimidiam dotis cui velit relinquere, reddi sibi cum moreretur eam

partem dotis stipulata videtur. P. P. [1]) II. Kal. April. Alexandro Aug. Cos.

Constitutio Imperatorum Honorii et Theodosii de conventibus annuis in urbe Arelatensi habendis.

1729. Significare hanc constitutionem Hincmarus Remensis videtur De iure metropolitanorum Opp. Tom. II. p. 730 ed. Sirmond. sed textum eiusdem primus exhibuit Nicolaus Cusanus sive de Cusa, ecclesiae romanae Cardinalis, in opere De concordantia catholica lib. III. c. 30. (Fol. LXXI. Opp. Fd. Paris. 1514. Fol.) eo loco, ubi annuos in imperio germanico conventus Francofordiae habendos commendat ad exemplum conventuum in urbe Arelatensi olim habitorum. Unde nactus sit hoc edictum nusquam indicat, sed praescriptione truncatum eius ad manus habuisse exemplum inde apparet, quod Constantino edictum tribuit. Alterum eiusdem instrumenti exemplum a Roaldo iurisconsulto secum communicatum edidit I. Scaliger in Lectionibus Ausonianis cap. 24. p. 93. ed. Heidelberg. 1588. editionis a Cusano factae immemor vel ignarus atque is quidem edictum ad Constantinum Tyrannum, qui tempore Honorii iunioris Imperator in Britannia declaratus fuit, auctorem retulit. Integrum cum praescriptione Imperatorum Honorii et Theodosii exemplum idemque emendatius Sirmondus demum ex codice antiquo Arelatensi nactus est et in notis ad Sidonii Apollinariis Carm. XV. v. 115 (Opp. Sirmond. Ed. Paris. 1696 Tom. I. p. 1257) edidit, usus praeter hunc codicem altero codice Autisiodorensi, qui eandem constitutionem continuit. Horum virorum doctorum Cusani, Scaligeri, Sirmondi, aliorumque opera usus textum recensuit edicti et omnium accuratissime explicuit C. F. Ch. Wenck in Codicis Theodosiani libris V prioribus a se editis. (Lipsiae. 1825.) Append. III. p. 371—384. Nudum édicti textum ex Wenckii recensione exhibet Hauboldius Monum. legal. p. 296, quam et nos sequimur.

Honorius et Theodosius August. [2]) V. I. [3]) Agricolae Praefecto Galliarum.

Saluberrima magnificentiae tuae suggestione inter reliquas reipublicae utilitates evidenter instructi, observanda provincialibus nostris, id est, per septem provincias, mansura in aevum auctoritate decernimus [4]), quod sperari plane ab ipsis provincialibus debuisset. Nam cum propter privatas ac publicas necessitates, de singulis civitatibus, non solum de provinciis singulis, ad examen magnificentiae tuae vel honoratos confluere, vel mitti legatos, aut possessorum utilitas, aut publicarum ratio exigat functionum: maxime opportunum et conducibile iudicamus, ut servata posthac annis singulis [5]) con-

---

1) propositum. — 2) Sic habet Sirmond. *Impp* nominibus praeposuit et pro: *August.* scribit A. A. (Augusti) Wenck. — 3) viro illustri. — 4) Ita Scalig. et Sirmond. pro quo Cusanus: *decrevimus.* — 5) Ita Sirmond. Scalig. *posthac quotannis consuet.*

suetudine, constituto tempore, in metropolitana id est in Arelatensi urbe, incipiant septem provinciae habere concilium. In quo plane tam singulis, quam omnibus in commune consulimus. Primum, ut optimorum conventu, sub illustri praesentia praefecturae, si id tamen ratio publicae dispositionis obtulerit, saluberrima de singulis rebus possint esse consilia.

Tum, quicquid tractatum fuerit et discussis ratiociniis constitutum, nec latere potiores provincias poterit et parem necesse est inter absentes aequitatis formam iustitiaeque servari. Ac plane praeter necessitates publicas etiam humanae ipsi [1]) conversationi non parum credimus commoditatis accedere, quod in Constantina urbe iubemus annis singulis esse concilium. Tanta enim loci opportunitas, tanta est copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quicquid usquam nascitur, illic commodius distrahatur. Neque enim ulla provincia ita peculiari felicitate laetatur, ut non haec propria Arelatensis soli credatur esse foecunditas. Quicquid enim dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Assyrius, quod Africa fertilis, quod speciosa Hispania, quod fortis [2]) Gallia potest habere praeclarum, ita illic affatim exuberat, quasi ibi nascantur omnia, quae ubique constat esse magnifica. Iam vero decursus Rhodani, et Turoni [3]) recursus, necesse est, ut vicinum faciant ac pe*n*e conterminum vel quod iste praeterfluit, vel ille quod circuit. Quum ergo huic serviat civitati quicquid habet terra praecipuum, ad hanc velo, remo, vehiculo, terra, mari, flumine deferatur, quicquid singulis nascitur: quomodo non multum sibi Galliae nostrae praestitum credant, cum in ea civitate praecipiamus esse conventum, in qua divino quodam [4]) munere commoditatum et commerciorum opportunitas tanta praestatur? Siquidem hoc, rationabili plane probatoque consilio, iam et vir illustris Praefectus Petronius observari debere praeceperit; quod interpolatum vel incuria temporum, vel desidia tyrannorum, reparari solita prudentiae nostrae auctoritate decernimus, Agricola, Parens carissime atque amantissime. Unde illustris magnificentia tua et hanc praeceptionem nostram, et priorem sedis suae dispositionem secuta, id per septem provincias in perpetuum faciet custodiri, ut ab Idibus Augusti, quibuscunque mediis diebus, in Idus Septembris, in Arelatensi urbe noverint honorati, possessores, vel iudices singularum provinciarum, annis singulis consilium esse servandum; ita ut de Novempopulana, et secunda Aquitania, quae provinciae longius constitutae sunt, si earum iudices certa occupatio tenuerit, sciant, legatos iuxta consuetudinem esse mittendos. Qua provisione plurimum et provincialibus nostris gratiae nos intelligimus utilitatisque praestare, et Arelatensis urbis [5]),

1) abest ab exemplo Cusan. et Scaliger. — 2) *fertilis Gallia* Cusan. *fecunda Gal.* Scalig. — 3) Ita Cusan. et Scalig. *Tirrheni.* Sirmond. — 4) sic Cusan. et Scalig. *quodam modo* Sirmond. — 5) Ita Cusan. *Arelatensi urbi* Sirmond.

cuius fidei secundum testimonia atque suffragia Parentis Patriciique nostri multum debemus, non parum adiicere nos constat ornatui [1]). Sciat autem magnificentia tua, quinis auri libris iudicem esse mulctandum, ternis honoratos vel curiales, qui ad constitutum locum intra definitum tempus venire distulerint.

Data XV. Kalend. Maias, accepta Arel. X. Kal. Iunias, DD. NN. Honorio XII. et Theodosio AA. Coss.

§. 6. *Decreta et sententiae magistratuum romanorum.*

Quinti et Marci Minuciorum sententia inter Genuates et Viturios de finibus dicta.

1730. Aenea tabula haec inventa est in agro Genuensi ad Porciferam fluvium miliario prope urbem decimo, atque primum edita a Iacobo Bracelleio in Lucubrationibus (Paris. 1526), quem secuti sunt plures ut Georg. Fabricius Monum. antiq. Lib. I. p. 27; Ursinus ad calcem libri Augustini De legibus nro. XVIII. Brissonius De formulis Lib. V. cap. 124. Gruterus Corp. inscriptt. p. 204. alii, Franc. Ant. Zacharia Excurs. literar. Tom. I. p. 127. atque is quidem ex ipsa tabula omnibus prioribus editoribus accuratius; Spangenbergius Tabb. negott. sollemn. p. 380 Zachariam male ignorans; Orellius Collect. inscriptt. 3121 Zachariae exemplum sequens. Denuo ad tabulam aeream post Zachariam exegit Hieronymus Serra Genuensis atque exposuit de hac sententia in dissertatione quae inscribitur: Discorso sopra un antico monumento trovato nella valle della Polcevera l'anno 1506; inserta in Memoires de l'Academie imperiale des sciences et beaux arts de Gênes. Vol. II. p. 89. (Cf. Millin Magasin encyclopedique 1809. Tom. V. p. 395). Sed primarium locum obtinet Rudorffiana editio (Quinti et Marci Minuciorum sententia inter Genuates et Viturios dicta. Edidit et illustravit A. A. F. Rudorff. Berol. 1842. 4.) quam Egger Lat. serm. reliq. p. 184. et nos secuti sumus.

I. [2]) Q. M. Minucieis Q. f. Rufeis de controversieis inter Genuateis et Veiturios in re praesente cognoverunt, et coram inter eos controversias composeiverunt, et qua lege agrum possiderent, et qua fineis fierent, dixerunt; eos fineis facere terminosque statui juserunt; ubei ea facta essent, Romam coram venire jouserunt; Romae coram sententiam ex senati consulto dixerunt, eidi. Decembr. L. Cœcilio Q. F. Muucio Q. F. Cos. [3])

II. Qua ager privatus casteli Vituriorum est, quem agrum eos vendere, heredemque sequi licet, is ager vectigal nei siet. Langatium fineis agri privati ab rivo infimo, qui oritur ab fontei Inmannicello [4]) ad flovium Edem; ibi terminus stat. Inde flovio suso-

---

1) *ornatum* Scalig. — 2) Numeros capita designantes ex Rudorffiana editione addidimus; tabula perpetuam scripturam habet. — 3) anno u. c. 636, ant Chr. 117 — 4) Orel. separatim: in Manicelo.

vorsum in flovium Lemurim, inde flovio Lemuri susum usque ad rivum Comberane, inde rivo Comberanea susum usque ad comvalem Cœptiemam; ibi termina duo stant circum viam Postumiam. Ex eis terminis recta regione in rivo Vendupale; ex rivo Vindupale in flovium Neviascam; inde dorsum flovio [1]) Neviasca in flovium Proberam deorsum usque ad rivum Vinelascam infumum; ibei terminus stat. Inde sursum rivo recto Vinelasca; ibei terminus stat propter viam Postumiam, inde alter trans viam Postumiam terminus stat. Ex eo termino quei stat trans viam Postumiam, recta regione in fontem Inmanicelum. Inde deorsum rivo, quei oritur ab fonte Enmanicelo ad terminum, quei stat ad flovium Edem.

III. Agri poplici, quod Langenses posident, hisce finis videntur esse: ubi confluont Edus et Procobera ibei terminus stat. Inde Ede fluvio sursuorsum in montem Lemurino [2]) infumo; ibei terminus stat. Inde sursumvorsum iugo recto, monte Lemurino; ibei terminus stat. Inde susum iugo recto in castelum, quei vocitatu'st Alianus; ibei terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Ioventionem; ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Apeninum, quei vocatur Boplo; ibei terminus stat. Inde Apeninum iugo recto in montem Tuledonem; ibei terminus stat. Inde deorsum iugo recto in flovium Veraglascam, in montem Berigiemam [3]) infumo; ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Prenicum; ibi terminus stat. Inde dorsum iugo recto in flovium Tulelascam; ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto Blustiemelo in montem Claxelum; ibi terminus stat. Inde deorsum in fontem Lebriemelum; ibi terminus stat. Inde recto rivo Eniseca in flovium Porcoberam; ibi terminus stat. Inde deorsum in flovium Porcoberam, ubei conflovont flovi Edus et Porcobera; ibi terminus stat.

IV. Quem agrum poplicum iudicamus esse, eum agrum castelanos Langenses Veiturios posidere fruique videtur oportere. Pro eo agro vectigal Langenses Veituris in poplucum Genuam dent in anos singulos vic. N. [4]) CCCC. Sei Langenses eam pequniam non dabunt, neque satisfacient arbitratuu Genuatium, quod per Genuenses mora non fiat, quo setius eam pequniam acipiant: tum quod in eo agro natum erit, frumenti partem vicensumam, vini partem sextam Langenses in popblicum Genuam dare debento in annos singolos. Quei intra eos fineis agrum posedet Genuas aut Viturius, quei eorum posedeit K. sextil., L. Caicilio, Q. Muucio cos., eos ita posidere colereque liceat. Eus [5]), quei possidebunt, vectigal Langensibus pro portione dent, ita uti ceteri Langenses, qui eorum in eo agro agrum posidebúnt fruenturque. Præterea, in eo agro, ni quis posideto, nisi de maiore parte Langensium, Veituriorum sententia, dum nei alium intromitat, nisi Genuatem aut Veiturium, colendi causa.

---

1) sic, pro *fluvio.* — 2) Orel. *lemurino* pro *Lemurino* hic et in sequentibus versibus. — 3) Orel. *Berigleman.* — 4) victoriatos nummos. — 5) sic pro *eius.*

Quei eorum de maiore parte Langensum, Veiturium sententia ita non parebit, is eum agrum nei habeto, nive fruimino.

V. Quei ager compascuos erit, in eo agro, quominus pecuascere[1] Genuates Veituriosque liceat, ita utei in cetero agro Genuati compascuo, ni quis prohibeto, nive quis vim facito; nive prohibeto quominus ex eo agro ligna materiamve sumant utanturque. Vectigal anni primi, K. ianuaris secundis, Veturis Langenses in poplucum Genuam dare debento, quod ante K. ianuar. primas Langenses fructi sunt eruntque. Vectigal invitei dare nei debento. Prata, quae fuerunt proxuma faenisicei[2], L. Caecilio Q. Muucio cos., in agro poplico, quem Vituries Lamgenses posident, et quem Odiates, et quem Dectunines, et quem Cavaturineis, et quem Mentovines posident, ea prata, invitis Langensibus et Otiatibus et Dectuninebus, et Cavaturines et Mentovines, quem quisque eorum agrum posidebit, inviteis eis, ni quis sicet, nive pascat, nive fruatur, sei Langueses (*l.* Langenses), aut Odiates, aut Dectunines, aut Cavaturines, aut Mentovines malent in eo agro alia prata inmittere, defendere, sicare, id uti facere liceat, dumne ampliorem modum pratorum habeant, quam proxuma aestate habuerunt, fructique sunt.

VI. Vituries, quei controvorsias Genuensium ob iniourias iudicati aut damnati sunt, sei quis in vinculeis ob eas res est, eos omneis solvei, mittei, leiberique Genuenses[3] videtur oportere ante eidus Sextilis primas. Sei quoi de ea re iniqom videbitur esse, ad nos adeant primo quoque die, et ab omnibus controversis et hono. publ. li....[4] — Leg.[5] Moco Meticanio Meticoni F., Plaucus Peliani Pelioni F.

Sententia de finibus inter Anticyram et Delphos regundis.

1731. Delphis in tabula marmorea magna ex parte solo infixa. Additur ibidem inscriptio graeca non ex hac latina inscriptione graece versa sed similis argumenti, sententiam continens de finibus Delphorum versus Amphissensium terram. Utraque verso sententia et ea quae Delphicae Anticyrensisque et ea quae Amphissensis Delphicaeque terrae fines constituit, occasione litis lata est ab iudice partibus dato per imperatorem romanum, quod ipsi tituli docent. Transcripserat olim Cyriacus p. XXVIII n. 197. Ex Cyriaci schedis Barberinis latinum titulum dedit Murator. Tom. II. p. 598. Ex graeco titulo undeviginti tantum literas dedit Clarkius, latini sex priores versus (Itinerar. P. II. S. III. p. 193); plenius utrumque Dodwellus (Itinerar. Tom. I. p. 174). Utrumque solis Muratorii et Dodwelli exemplis usus tractavit Graefius Act. Acad. Petrop. Tom. VIII p. 679. Recepit etiam Orell. 3671. Omnium optime edidit, illustravit et supplevit Boeck-

---

1) *pecus ascere* Orel. — 2) *faenisisce.* Orel. — 3) mendum scalptoris emendandum: *liberarique a Genuensibus.* — 4) *legendum videtur: et oneribus publicis liberi sint.* — 5) legati.

hius Corp. inscript. n. 1711. p. 836, quem sequimur. Meminit eiusdem monumenti Müller Orchom. p. 496. Dor. Tom. I. p. 254.

G. Avidio Nigrino Leg. Aug. Propr. [1]) Decreta ex tabellis recitata VI Idus Octobr. Eleusine.

Cum optimus Princeps sententia*m* Hieromnemonum, qua consecrata*s* regiones Apoloni [2]) Pythio ex auctoritate Mani Acili et *senatus* determinaverunt, sequendam esse praescripsisset, quae etiàm Delphis in latere aedis insculpta est, neque veniret in dubium, inter Anticyrenses quoque et Delphos, quibus iudex datus *sum* [3]) ab optimo Principe, ea sententia stari oportere: necessaria fuit diligentior exploratio, tam vetustate [4]) rei, tanto magis quod et possessio quibusdam locis variaverit, et vocabula regionum, quae Hieromnemonum determinatione continebantur, vix iam nota propter temporis spatium utraque pars ad utilitatem suam transferebat. Cum itaque et in re praesenti saepius fuerim, et quae aut ex notitia hominum aut ex instrumentis, quae exstabant, colligi poterant, pluribus diebus *conges*serim, quae maxime visa sunt cum Hieromnemonum iudicio congruere, hac sententia comprehend*i*. Etiamsi utrocumque spei aliquid apscissum est, poterit tamen videri utrisque consultum, quod *in* posterum beneficio optimi Principis certa possessio eis et sine lite continget.

Opoëntam in mari, quod Anticyram vergit, quam primam in determinatione Hieromnemones nominaverunt, eam [5]) esse constitit, quae nunc ab aliis Opus, ab aliis Opoënta dicitur, promunturium [6]) quod [7]) est a Cirrha navigantibus citra no*n*am [8]). *Aedes in qua*s amussis ab eo recto *vergit ag*gere, ad monticulum in *app*ellato sacrato lo*co*, *quae vocant* templa Hieromnemonum, *esse Hieromne*monum etiam ex eo apparet [9]), quod naturales in ultr*oque* monticulo lapides

---

1) legato Augusti propraetore. — 2) *Apolloni* tria apographa habent Cyriaci, Clarkii, Dodwelli; quam lectionem temere mutavit Muratorius: nempe ferenda ea in Graecia. *Boeckh.* — 3) *sum* recte addidit *Graefius*, ut in graeco titulo ἐκέλευσέν με κρεῖναι. — 4) *tanta vetustate Graef.* Nihil mutandum videtur Boeckhio, sed structuram arbitratur negligentem esse. Si mendum sculptoris subesse admiseris, fortasse corrigendum *tam vetustae rei.* — 5) *urbem eam* Graefius addito vocabulo *urbem;* sed promontorium non oppidum nominatur. *Boeckh.* — 6) *promunturium* ut *frundes* pro *frondes* et alia, quae potissimum Umbrica. *Boeckh.* — 7) Graefius addit: *oppositum*, ut sit: *quod oppositum est.* Hoc falsum iudicat Boeckhius, quod non inde quia id promontorium oppositum navigantibus sid, sed ex eo peti determinatio debeat, quam longe ille locus absit ab aliquo alio. — 8) Graefius: *citra noxam situm* nullo sensu. Boeckhius: *citra nonam*, atque ita explicat: „Nona hora (omittitur autem *hora*, quod docent iam lexica) coenabatur. Iam ex ordinaria navigatione qui Cirrha Anticyram navigabant, certo loco ut solent nautae coenabant: citra illum locum, hoc est, *citra nonam* erat Opoënta. — 9) Hunc locum Graefius post verba *citra noxam situm* ita restituit: *qua amussis ab eo recto gerit aggere ad monticulum in appellato sacrato loco prope templa Heromnemonum antiquum esse monumentum ex eo apparet etc.* unde nullum possum sensum elicere finium iudicio congruum. Sed etiam nostra restitutio incerta. *Boeckh.*

ex*stant,* quorum in altero Graeca inscriptio, quae si*gnificat Delphi*cum terminum *hunc esse*[1]), adhuc manet, cui vetustas fidem facit; in altero *fuisse ea*ndem inscriptionem *vestigia* docent: quae monumenta collata fines *sacrae terrae mani*festant adtendenti, ita ut ab *illis* dextra Anticyrensium, laeva sacra, regionis Delphorum, sint, ab iis *ipsis monumentis et ab illo aggere, qui* Chonos vocatur et indubitatus inter Delphos et *Anticyrenses limes est* .... perinde Delphorum region ....

Sententiae dictae fragmentum de controversiis inter compaganos Rivilarenses et Valeriam Faventinam.

1732. Gruterus edidit p. CCIX. praescriptione: „Tarracone, quondam in aedibus Ludovici Pontii, nunc in hortis Anton. Augustini." Spangenbergius inter Iuris Romani tabulas negotiorum sollemnium n. LXXXI. pag. 384. recepit, et nescio qua de causa Valeriam Faventinam mulierem pro tribu aliqua habuit.

Imp. Caes. P. Helvio Pertinac. Princip. senatus, Patr. patriae Cos. II.

Q. Sosio Falcone, C. Iulio Fructo Claro Cos. III. Idus Febr.[2])

Sententiam[3]), quam tulit L. Novius Rufus Leg. Aug. Pr. Pr. V. C.[4]) inter compaganos Rivilarenses et Val. Faventinam descriptam et propositam Pr. Non. Novemb.

L. Novius Rufus Leg. Aug.[5]) cretum ex tilia recitavit:

Congruens est intentio mea, qua .....us proximae argumentis..... parte prolatis rei...p....ut me actu est d..... inspectio ita c.... in privi....

Quaedam capita e gestis de lite fullonum adversus magistros fontanos habitis.

1733. Primus edidit Fabrettus p. 278. n. 170 e lapide, quem nuper repertum scribit ad aggerem Servii pone ecclesiam S. Antonii Abbatis in Exquiliis; atque p. 279. n. 171. alteram eiusdem inscriptionem argumenti addit haec verba praefatus: „Basis in museo Ciampino. In quodam columnae frusto abscisso & complanato hoc aliud earundem interlocutionum fragmentum ibidem effossum est". Utrasque inscriptiones infra numero I et II discrevimus. Ex Fabretto sumserunt Maffei Istor. diplom. p. 122 et Terasson. Histoire de la iurisp. rom. App. p. 57; ex lapide sed parum curiose dedit Guasco Musei Capitol. Inscriptt. I. p. 50. Locos

1) Graefius: quae *de*signatum terminum *accuratissime describit.* — 2) an. u. c. 946. — 3) Non liquet unde accusativus pendeat, ut mendum, sive scalptoris sive describentis subesse videatur. — 4) propraetor vir clarissimus. — 5) Ita mihi hic locus satis certa coniectura legendus videtur. Apud Gruterum est: IN. V. I. S. RVFVS LEG. CCCX. Spangenberg. exhibet: inluster vir I. S. Rufus Leg. CCCX. Sed is Rufus aperte idem est qui supra nominatur, et in literis INVIS vestigia nominis *L. Novius* apparent.

inscriptionis aliquot explicuerunt van Nispen Dissertat. ad fragmenta Herennii Modestini apud Oelrichs in Thesaur. Dissertatt. iuridicar. Belgicar. Vol. I. Tom. I. p. 5. et inprimis Marinius Atti arv. II. p. 555. Integras utrasque inscriptiones exhibet Spangenbergius Tabb. negot. solemn. p. 298. sed parum accurate: nam utrasque inscriptiones apud Fabrettum separatas tacite in unam coniungit, et in reliquis quoque a Fabretti exemplo temere recedit. Nuper admodum accuratissime hunc lapidem in museo Capitolino denuo transcripsit et Fabretti aliquot errores emendavit Olaus Kellermann (Vigilum romanor. latercula duo p. 30. n. 15.), in cuius doctrina et fide plane acquiescere possumus. Idem quoque arbitratur, inscriptionem num. II. unam eandemque esse cum clausula inscriptionis I. Denuo recensuit et praeclare illustravit Rudorffius in: Savigny Zeitschrift für R. W. XV. 2. p. 254—263.

I.

Herculi sacrum. Posuit Publius Clodius Fortunatus Q. Q. [1]) perpetuus huius loci.

Interlocutiones Aelii Floriani, Herenni Modestini, Faltonii Restitutiani, Praeff. [2]) vigil. PP. VV. [3])

Florianus D. [4]) Quantum ad formam a me datam pertinet, quoniam me convenis, de hoc inprimis tractandum est. Ita interlocutum me scio esse hesterna die, docere partem diversam oportere, hoc ex sacra auctoritate descendere, ut pensiones non dependerentur. Et respondit: se quibuscunque rationibus posse ostendere, hoc ex sacra auctoritate observari. Et hodie hoc dicit: Ex eo tempore, inquit, ex quo Augustus rem publicam obtinere coepit, usque in hodiernum, numquam haec loca pensiones pensitasse.

Et infra Florianus D. Vidi locum dedicatum imaginibus sacris.

Et alio capite Modestinus D. Si quid est iudicatum, habet suam auctoritatem, si est, ut dixi, iudicatum. Interim apud me nullae [5]) probationes exhib*entur*, quibus doceantur fullones in pensionibus [6]) conveniri.

Et alio capite..nus C. C. C. D.: [7]) Manifestum est, quid iudica*nt* P. P. V. V. [8]) nam Florianus partibus suis diligentissime functus est, qui, cum in rem praesentem venisset, locum inspexit, et universis *in*diciis [9]) examinatis, sententiam [10]) de eo loco, de *quo maxime* quaeritur, protulit *a* qua *provocatum* non est.

1) Quinquennalis. — 2) Fabret. *praef.* omissa altera litera F. — 3) perfectissimorum virorum. Posse etiam explicari Marinius dicit: piorum vindicum; neque vero cum Maffeio: prudentium virorum. — 4) dixit. — 5) Fabret. *multae* pro *nullae.* — 6) Ita Rudorffius. Apud Kellermannum: *pen....f. conveniri.* Fabrettus sine littera F. Spangenberg: *pensione conveniri.* — 7) Supple: *Restutianus*; sequentes notas intellige secundum Marinium: cum consilio collocutus dixit. Ex hic omnibus Fabret. nihil habet praeter literam D. — 8) Has literas P. P. V. V. praetermisit Fabret. — 9) Fabret. *indiciis* dedit tanquam integrum in lapide superesset: Kellermann solum ..*diciis,* primas binas literas in eundem modum supplet (indiciis); sed Spangenberg. *iudiciis.* — 10) A vocabulo medio: *tiam* (sententiam) altera primae inscriptionis pars incipit, cui Fabrettus ita prae-

Et infra Restitutianus D. Modestinus quoque secutus res a Floriano iudicatas, pensiones exigi prohibuit.

Et infra Restitutianus D.: *Illud servabitur* fontanis, quod obtinuerunt apud suos iudices, et quod habuerunt in hodiernum sine pensione.

Ex [1]) Alexandro Aug. II. et. Marcello II. Cos. litigatum est in Peregrini et *Aureliani Cos. dies.*

II.

Basis in Museo Campino.

....sententiam de eo loco de quo provocatum non est. Et infra Restitutianus D. Modestinus quoque secutus res a Floriano iudicatas pensiones exigi prohibuit. Et infra Restutianus D. Illud servabitur fontanis quod optinuerunt aput suos iudices et quod habuerunt in hodiernum sine pensionem. Actum IIII Idus Mar. ann.....vo. Victoriam percepimus. Litigatum est ex Alexandri Aug. II. et Marcelli II. Cos.in Peregrini et Aemiliani Cos. dies.

Sententia lata inter heredes Patulcii Diocletis et Aelium Rufinum.

1734. Marmori incisam inscriptionem primus edidit Gruterus p. 208 haec adnotans: „Neapoli in domo Hadriani Guilelmi tabula marmorea, oblonga coactaque litera sine punctis. Stephan. Pighius legit et exscripsit“. Repetiverunt Brissonius De formulis lib. V. cap. 129. Cuiacius in Observatt. et Emendatt. lib. XVIII. c 32. Terasson Hist. de la iurisprud. Append. Spangenberg Tabb. negotior. sollemn. LXXXII. p. 384.

Verba sententiae iudicis praeposita „In his aedificiis“ non usquequaque clara sunt, quum, non habeant quo referantur. Non enim apparet, quid in his aedificiis esse aut fieri debere significetur. Cui incommodo medendo Cuiacius mera coniectura, ut videtur, ductus exhibet: De aedificiis. Quodsi praeterea *et* ante *meruit* sustuleris, oratio bene habet.

In his aedificiis et locis puris adiacentibus aedificiis, sive is locus ager est, Aeli Rufini militis, cuius se possessorem esse ex causa emtionis P. Aeli Abascanti patris sui Alfenio Senecioni Sub-

---

fatur: „sequitur latere intuentibus dextro.“ Kellermannus haec interponit: „hic annectenda tabula marmorea, quam eiusdem basis „latus intuentibus dextrum“ dicit; idque facile tibi persuadebunt literarum utriusque marmoris formae prorsus eaedem et tabulae altitudo omnino congruens cum altitudine areae basis, ne de lapide loquar, qui idem plane in utroque est.“ Extrema verba ex Kellermanni lectione dedimus; Rudorff. coniicit: *protulit. Inde provocatum non est.*

1) Kellermannus nihil praeter paucas scripturae reliquias in clausula inscriptionis invenit. Fabretus hunc locum ita exhibet: *Ex Alexandro Aug. II et Marcello II. Cos. dedicatum .... in .... Peregrino et Aureliano Cos. dies.* Nos Rudorffium sequimur. Ex inscriptione II aliquantum pleniore apparet in fine instrumenti indicatum fuisse, quam diu haec lis fullones inter et magistros fontanos duraverit, videlicet inde ab Alexandro et Marcello consulibus anno post Chr. 226 usque ad Peregrinum et Fulvium Aemilianum consules an. p. Ch. 244 duodeviginti annos.

praef. class. pr. mis.[1] probavit et meruit sententiam, quam iussu eiusdem Senecionis subpraef. huic titulo proscripsit.

Senecio C. C. C.[2] dixit: Necessariam fuisse inspectionem aedificiorum et loci, de quibus aput me actum est, re ipsa manifestatur. Cum igitur aedificia solo puro posita deprehenderim, neque ullo sepulchro superposita vel coniuncta, apparet venditionem eorum iure factam, ideoque ad Aelium Rufinum militem ex causa emptionis pertinere videntur. Loci vero sive agri, quem adiacentem aedificiis Aelius Abascantus, pater Rufini ab heredibus Patulci Diocletis aeque mercatus est, quum habeat plurima et dispersis locis sepulchra, ius per venditionem transferri ad emptorem non potuisse, set, cum pater Rufini et postea Rufinus, quanquam non iure facta emptione semper in possessione fuerint, nullo iure cum locum vindicare sibi Patulcii possunt, plane cum in re praesenti inspexerim obliteratum atque erasum Patulci Diocl. nomen, et remanere inscripta capita quaedam[3] exprimentia haec verba: „Aelius Diocl. Patulc. Dioc. F. cum fratribus, qui nunc hic adsunt, vendunt P. Aelio Abascanto locum purum, in quo nulla sepulchra iacta, superposita neque coniuncta apparent, Lib. Nep. Pronep. Q.[4] et reliqua".

Ob contemptum tamen religionis Rufinus, P. Aelii Abasc. F. agro privetur, fiatque publ.[5] sepeliendorum militum class. pr. Mis. in usum. Heredes vero Patul. Dioc. mulctentur sorte una cum anatocismo binae centesimae usurae propter neglectam religionem sepulchrorum clam dirutorum, pauperesque milites class. pr. Mis. donati sint, dum aegrescunt et moriuntur, ne aere conlato curentur, sepelianturque[6].

Quam sententiam sanctam esse, omnes sciunto, idque totum testatur marmor.

§. 8. *Tabulae historicae romanae auctoritate publica scriptae.*

Ex fastis consularibus Capitolinis.

1735. P. Valerius P. F. Volusi N. Poblicola II. In mag[7] mortuus est in eius L. F. E.[8] L. Quinctius L. F. L. N. Cincinnatus. — *C. Claudius Ap. F. M. N. Erassin. Regill. Sabin.*

---

1) subpraefecto classis praetoriae Misenensis. — 2) cum consilio collocutus. — 3) Lapide hac parte diffracto, quod in exemplo Gruteriano significatur, scriptura turbata est. Dedimus ex emendatione Cuiacii. Apud Gruterum, alios ita legitur: „inspexerim lituratum ag. et erasum Patulcii dicunt remanere instipul. capita quaedam exprimentia." — 4) liberis, nepotibus, pronepotibus (puta: vendunt, quod verbum supra positum Cuiacius omittit). — 5) publicus. — 6) Gruterus indeque Spangenberg *sepelienturque;* sed Brissonius apertum mendum sive marmorarii sive exscribentis tollens: *sepelianturque.* — 7) magistratu. — 8) locum factus est. Consules hic nominati sunt anni U. C. 293.

Q. Fabius M. F. K. N. Vibulanus III. — *L. Cornelius Ser. F. L. N.* Maluginesis U*ritin.* [1])

C. Nautius Sp. F. Sp. N. Rutilus II. — ........F....N. Carven*tanus.* In mag. mortuus est; in eius L. F. est L. Minucius P. F. M. N. Esquilin. Augurin.

L. Quinctus L. F. L. N. Cicinnat. Dict. rei gerundae caussa. — L. Tarquitius L. F. Flaccus Mag. eq.

C. Horatius M. F. Volusi N. Maxumus. — Sp. Verginius A. F. A. N. Tricost. Caeliomont.

T. Romilius T. F. T. N. Rocus Vaticanus. — C. Veturius P. *F*..... N. Cicurinus.

Sp. Tarpeius M. F. M. N. Montan. Capitolin. — A. Aternius .... Varus Fontinalis.

CCC. Sex. Quintilius Sex F. P. N. — P. Curiatius ...... N. Fistus Trigemin.

P. Sestius Q. F. Vibi N. Capitol. Vaticanus. — T. Menenius *Agripp.* F. Agripp. N. Lanatus.

Ap. Claudius Ap. F. M. N. Crass. Inrigill. [2]) Sabinus II. — T. Genu*cius L. F. L. N.* Augurinus.

Abdicarunt ut Decemviri consulari *imperio* f*ier*ent. Decemviri consulari *imper*io legibus *scribundis* f*acti* eod. anno:

Ap. Claudius A. F. M. N. Crass. Inrigilensis Sabinus qui Cos. fuer. [3]) *Ser. Sulpicius. Ser. F.* Vibi N. Camer*in. Cornut.*

T. Genucius L. F. L. N. Augurin. qui cos. fuer. [3]) *P. Sestius Q. F. Vibi N. Capitol. Vaticanus*

Sp. Veturius Sp. F. P. N. Crassus Cicurinus. *P. Curiatius Fistus Trigemin.*

C. Iulius C. F. L. N. Iulus. *T.* R*omilius T. F. T. N.* R*ocus Vatican.*

A. Manlius Cn. F. P. N. Vulso *Cincinnat. Sp. Postumius A. F. P. N. Albus Regillens.* — Borghesi Nuovi framm. P. I. hoc fragmentum illustrat. Apud Fea Framm. di fast. est n. 1.

1736. *Q. Fabius Q. F. M. N. Max. Gurges III.* — L. *Mamilius* Q. *F. M. N. Vitulus.* [4])

Cens. Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blasio. — C. Marcius C. F. L. N. Rutilus II. qui L. F. [5]) XXXV. In hoc honore Censorinus appellatus E. [6])

Bellum Punicum primum.

Ap. Claudius C. F. Ap. N. Caudex. — M. Fulvius Q. F. M. N. Flaccus.

---

1) Post nomen *Uritin.* quod Borghes. coniectura assecutus est, idem supplendum censet: L. F. X. (lustrum fecerunt decimum). — 2) Crassus Inrigillensis pro: Inregillensis. Ita Borghesius explicat Nuov. framm. P. I. p. 99. P. II. p. 27. quum apud Livium sit Appius Claudius Crassus. Reliqui omnes: Crassin. Regillensis. — 3) consul fuerat. — 4) u. c. 488. et deinceps usque ad annum 500. u. c. — 5) lustrum fecerunt. — 6) est.

CDXC. M'Valerius M. F. M. Maximus, qui in hoc honore Messall. appell. E.[1]) M'Otacilius C. F. M'. N. Crassus.

Cn. Fulvius Cn. F. C. N. Maxim. Centumalus Dict. clavi fig. causa. — Q. Marcius Q. F. Q. N. Philippus Mag. eq.

L. Postumius L. F. L. N. Megellus. — Q. Mamilius Q. F. M. N. Vitulus.

L. Valerius M. F. L. N. Flaccus. — T. Otacilius C. F. M' N. Crassus.

Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Scipio Asina. — C. Duilius M. F. M. N.

L. Cornelius Q. F. Cn. N. Scipio. — C. Aquillius M. F. C. N. Florus.

A. Atilius A. F. C. N. Calatinus. — C. Sulpicius Q. F. Q. N. Paterculus.

Cens. C. Duilius M. F. M. N. — L. *Cornelius L. F. Cn. N. Scipio L. F.*[2]) *XXXVI.*

C. Atilius M. F. M. N. Regulus. — Cn. Cornelius Cn. F. L. N. Blasio.

Q. Ogulnius L. F. A. N. Gallus Dict. latinar. fer. causa. — M. Laetorius M. F. M. N. Plancianus Mag. eq.

L. Manlius A. F. P. N. Vulso Longus. — Q. Caedicius Q. F. Q. N. in. mag. mort. E.[3]) In eius locum factus est M. Atilius M. F. L. N. Regulus II.

Ser. Fulvius M. F. M. N. Paetin. Nobilior. — M. Aimilius M. F. L. N. Paullus.

Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Scipio Asin. II. — A. Atilius A. F. C. N. Calatinus II.

D. Cn. Servilius Cn. F. Cn. N. Caepio. — C. Sempronius Ti. F. Ti. N. Blaesus.

Cens. D. Iunius D. F. D. Pera abd.[4]) — L. Postumius L. F. L. N. Megell. idem qui Pr.[5]) erat in mag. M. E.[3]) — Ex editione Fastor. Capitolinorum, quam publicavit Laurent. Altonae. 1833.

Fragmentum fastorum Antiatinum.

1737. Q. Sulpicius c.... Amerinus C. Poppaeus.
Q. Poppaeus secund. M. Papius Mutil.
P. Cornelius Dolabell, C. Silanus.
S... er Lentulus, Q. Iunius Blaesus.
L... Statilius Taurus, M. Aemilius Lepid.
Germanicus Caesar, C. Fonteius. Suf.[1]) C. Visellius Varro.
L. Munatius Plancus, C. Silius.
A. Caecina Largus.

---

1) est. — 2) lustrum fecerunt. — 3) in magistratu mortuus est. — 4) abdicavit. — 5) praetor. — 6) suffectus.

Sex. Appuleius, Sex. Pompeius.

Drusus Caesar, C. Norbanus Flaccus. Suf. M. Silanus.

Sisenna Statilius Taurus, C. Scribonius. Suf. C. Vibius Libo, C. Pompeius Graecina.

C. Caelius, L. Pomponius Flaccus. Suf. C. Vibius Marsus. L. Volusenus Procul.

Ti. Caesar August. III. Germanic. Caesar II. .... Seius Tubero III. K. Maias.

.... Seius Tubero III. K. Maias.

...... Regulus. [1]) K. August.

................ius Gal.

— Fragmentum fastorum consularium prope vetus Antium 1847 repertum in tabula marmorea, quod complectitur consules an. 9 ad annum 19 p. Chr. Gerhard Archaeol. Zeit. 1846. p. 291. et 388.

Ex fastis triumphalibus Capitolinis.

1738. .... neis

L. Tarquinius Dama...
Priscus Rex de Lati...
L. Tarquinius Damarati F.
Priscus Rex II de Etrusci...
L. Tarquinius Damarati F. ann CXX
Priscus Rex III de Sabineis Idib. Sext.
Ser. Tullius Rex de Etruscis VI K. Dec. A. CXXCII
Ser. Tullius Rex II de Etrusc. VIII K. Iun. A. CXXCVI.
Ser. Tullius Rex III....... ann. CXXC.
de Etruscis IIII. Non....

M. Aimilius M. F. L. N. Paullus an. CDXCIX. Procos. de Cossrusensibus et Poeneis navalem egit XII. K. Febr.

Cn. Cornelius L. F. Cn. Scipio Asina an. D. Procos de Poeneis X. K. April.

C. Sempronius Ti F. Ti N· Blaesus Cos. an. D. de Poeneis K. April.

C. Aurelius L. F. C. N. Cotta Cos. an. DI. de Poeneis et Siculeis Idibus April.

L. Caecilius L. F. C. N. Catulus Procos. A. DII. de Poeneis VII. Idus Septembr.

C. Lutatius C. F. C. N. Catulus Procos A. DXII. de Poeneis ex Sicilia navale. egit. IIII Nonas Octobr. — Gruter. p. 296.

1) Ita legit literarum ductus propter tabulae labem incertos docta matrona Mertens Schaffhausen, quae hoc fragmentum ab oblivione adeoque ab interitu vindicavit; Henzenius ibidem nominis *Asciculus* vestigia deprehendisse sibi visus est.

Actorum diurnorum fragmenta.

1739. Diurna urbis acta sive diurna populi romani acta inscriptionibus adnumeranda esse, non est quod dubitemus. Nam etsi de conscribendorum et publicandorum ratione eorum plena et accurata notitia caremus, tamen ex reliquorum actorum publicorum similitudine colligi licet, haec acta diurna in albo scripta publice proponi solita esse. Quem quidem quotidianum in hac genere usum fuisse, res ipsa indicare videtur, quum aerearum aut marmorearum tabularum confectio plus laboris et temporis exigeret, quam ut rerum novarum curiosis satis commode consuli hoc modo potuisset; etsi hac prima et festinante divulgatione facta in aere insculpta esse acta, admodum probabile est (Cf. Lieberkuehn. Commentatio De actis Romanorum diurnis. Wimariae. typis Albrechtianis. 1840. p. 13.).

Iam de his actis diurnis praeter commemorationes apud veteres scriptores non tam paucas & locos aliquot inde decerptos, particula superesse perhibetur undecim dies complectens; quas quidem reliquias, etiamsi de earum fide non plane liquido constet, ab hac nostra inscriptionum collectione abesse noluimus. Servatae autem sunt hae reliquiae non in aere neque lapide sed in chartaceo exemplo, quod in Ludovici Vivis, doctissimi Hispani, schedis post eius obitum repertum est. Unde Vives habuerit, utrum ex lapide vel aere an e codice antiquo descriptum, plane ignoratur, etsi de doctrina et probitate viri omnes consentiunt. Hoc exemplum Vivesianum diu inter viros doctos circumlatum et varie transcriptum est, antequam typis expressum propagaretur. Primus eius mentionem fecit Iustus Lipsius, qui in adnotationibus ad Taciti Annales l. XV. anno iam 1581 ex his actorum reliquiis pauca verba affert, sed ita ut libros linteos pontificum, non acta urbana appellet. Primus omnia haec fragmenta typis divulgavit Pighius in annalibus suis p. 378 editis anno 1615. ita praefatus: „attestatur antiquissimae tabulae fragmentum eiusdem anni (585 u. c.) dierum septem acta urbana nobis pulcherrime repraesentans; cuius exemplum exscriptum inter schedas Ludovici Vivis olim repertum nobis communicavit vir eruditione singulari, antiquitatisque investigandae studio non minus quam nobilitate commendandus, Iacobus Susius.“ A Pighio mutuatus inscriptionum syntagmati p. 340 suo indidit Thomas Reinesius 1682. Pighius versus actorum non continuat aequales, sed maiores minores seceruit, ac si formam scripturae aeri vel lapidi insculptae exprimeret; eamque formam et Reinesius l. l. et Dodwellus in Praelectionibus Camdenianis (Prael. VIII.) sequitur. Atque haec sunt septem actorum fragmenta septem dierum, a. V. Kal. Apriles anni 585 u. c. L. Aemilio Paulo II. C. Licinio Crasso Consulibus, quae nos infra secundum Pighii exemplum etsi versuum mensura non servata repraesentavimus.

Sed praeter Pighianum exemplum aliud apographum horum fragmentorum penes Paulum Petavium fuit, qui inscriptionum volumini a se edendo neque vero edito inseruit, unde Isaacus Vossius transcripsit; a Vossio accepit Beverlandius, a Beverlandio Dodwellus, qui eodem in his Fragmentis edendis l. l. usus est. Atque hoc Vossianum apographum non solum pluribus locis a lectione exempli Pighiani recedit, sed etiam quatuor

dierum acta addit quorum tres sunt mensis Augusti anni urbis 692 Silano et Murena Consulibus (V. infra fragment. VIII. IX. X.), quartus dies calendarum Maiarum est anni u. c. 699. Pompeio Magno II. M. Licinio Crasso II. Consulibus. (fragm. XI.). Quae posteriora quatuor fragmenta Dodwellus primus l. l. ex apographo Vossiano edidit. Quod exemplum Gronovius secum ab I. Lockio esse communicatum scribit ad Sueton. Iul. Caesar. c. 20, id non tertiam eorundem fragmentorum recensionem praebet, sed haud aliud est quam Vossianum a Dodwello editum. De his binis autem exemplis, Pighiano et Vossiano, Pighianum praestat. Quaestio utrum hae actorum reliquiae genuinae sint, nec ne, varie est a viris doctis tractata. Plurimi viri docti inter quos Lipsius, Georg. Graevius, Pighius, Oudendorpius, Drakenborchius, Muratorius, I. A. Fabricius, Chr. Saxius, Ezech. Spanhemius, alii, pro genuinis habuerunt; alii, ut Welserus Norimbergensis, Thomas Reinesius, Gibbonus, P. Wesselingius, Beaufort, Io. A. Ernesti, Gaet. Marinius, Fr. C. Schlosser pro suppositiciis. Ex eorum numero qui tanquam spuria reiiciunt primarii sunt Petrus Wesselingius in Probabilibus (Franequerae 1731) pag. 354 sqq. et Leclerc in libro qui inscribitur: Des iournaux chez les Romains. (Paris. 1838); inter eos qui defendunt praeter Dodwellum in Praelectionibus Camdenianis, G. E. F. Lieberkuehnius in Vindiciis librorum iniuria suspectorum. Lipsiae. 1844. p. 1—100. qui mihi quidem argumentis admodum probabilibus haec fragmenta a suspicione criticorum vindicavisse videtur. De actis urbis diurnis in universum ipse aliquando in programmate universitatis Friburgensis an. 1831 (Ueber die Zeitungen der alten Römer) disserui, quae commentatio ephemeridi: Morgenblatt für gebildete Staende. 1835. p. 581 sqq. inserta est. Copiosius et accuratius posthac de eadem re egerunt Le Clerc in libro supra laudato: Des iournaux des anciens Romains; Lieberkuehnius tam in Commentatione de diurnis Romanorum actis (Vimariae 1840) quam in libro supra laudato Vindiciarum; Schmidt, Zeitschrift für Geschichtswissenschaft. Berlin. 1844. I. Heft. p. 395 seqq.

V. Kal. Aprileis.

Fasces penes Aemilium. Bene mane sacrificavit ad Apollinis; ove fecit Laurentiae [1]). Hora octava senatus coactus in Hostilia. S. C. factum est, uti praetores ex suis perpetuis edictis ius dicerent. Q. Minucius Scapula accusatus de vi a P. Lentulo apud Cn. Barbium Pr. urb. defensus a C. Sulpicio sententiis condemnatus XV. ampliatus XXXIII.

IV. Kal. Aprileis.

Fasces penes Licinium. Fulguravit [2]), tonuit et quercus tacta in summa Velia paullum a meridie. Rixa ad Ianum infimum in caupona, et caupo ad Ursum galeatum graviter sauciatus. C. Titinnius Aed. pl. mulcavit lanios, quod carnem vendidissent populo

---

1) Ita Voss. *laureatus.* Pigh. — 2) *fulminavit.* Voss.

non inspectam. De pecunia mulcatitia cella exstructa ad Telluris Lavernae.

III Aprileis.

Fasces penes Aemilium. Lapidibus pluit in Veienti. Postumius Trib. pleb. viatorem misit ad Cos. quod is eo die senatum noluisset cogere; intercessione P. Decimii Trib. pleb. res est sublata. Q. Aufidius mensarius tabernae argentariae ad scutum cimbricum cum magna vi aeris alieni cessit foro; retractus ex itinere causam dixit apud P. Fonteium Balbum Praet. et cum liquidum factum esset, eum nulla fecisse detrimenta, iussus [1]) est in solidum aes totum dissolvere.

Prid. K. Aprileis.

Fasces penes Licinium. Latinae celebratae et sacrificatum in monte Albano et data visceratio. Incendium in Caeliolo: insulae duae absumptae solo tenus et aedes quinque ambustae quatuor. Demiphon Archipirata captus a. Cn. Licinio Nerva legato, in crucem actus. Vexillum rubeum in arce positum. Cos. sacramento novo adegerunt iuventutem in campo Martio.

Kal. April.

L. Aimilio Paullo II. C. Licinio Crasso Cos. [2])

Paullus Cos. et Cn. [3]) Octavius Prae. paludati egressi sunt urbe in provinciam Macedoniam profecti, ingenti atque inusitata frequentia prosequente. Cu [4]) .... tota sacra via ex aedibus [5]) ...... usque ad sacellum Streniae [6]) magna consternatione vicinorum. Funus Marciae Sex. F. cum maiore pompa imaginum quam frequentia hominum. Pontifex Sempronius edixit Megalesia [7]).

IV. Non. April.

Ver sacrum votum de Pontific. sententia a Baebio praetore. Lautia legatis Aetolorum data CCIↃↃ CCIↃↃ [8]) aer. gravis in singulos; dimidium eius comitibus. M. Aebutius in provinciam suam Siciliam profectus est. Epulum in funere Marciae populo datum a filiis eius Q. [9]) et L. Metellis et ludi scaenici facti. Classis Carthaginiensis Ostiam ingressa cum tributo.

III. Non. April.

C. Popilius Laenas, C. Decimius, C. Hostilius legati mittuntur ad reges Syriae et Aegypti ad bellum inter ipsos componendum. Legati bene mane cum turba clientium et propinquorum sacrificarunt ad Castoris diis Penatibus P. R. [10]) tauro fecerunt et perlitarunt. Pont. max. .... [11]) in aede Vestae ...... L. L. V. V. [12])

D. IV. Syllano L. Murc. Coss. ad. Idus Sextil.

---

1) Deest in apographo Voss. — 2) *L. Aimilio .... Coss.* absunt Vossiano apographo. — 3) *Gn.* Voss. — 4) *Gn.* pro *Cn.* Voss. Lieberkuhnius lacunam ita supplendam coniicit: *cursatio prosequentium tota sacra via ex aedibus regiis usque ad Carinas.* Anteriores interpretes fere omnes mentionem incendii alicuius hac lacuna intercidisse arbitrantur. — 5) *aedilibus* Voss. spatium lacunae significandae liberum nullum relinquitur Ibid. — 6) *sternit* Vos. — 7) *Pontifex ... Megalesia* absunt in Voss. apogr. — 8) *CCM.* Voss. — 9) *C.* Voss. — 10) populi romani. — 11) *Pont. max. in aede* sine spatio libero interposito. Voss. — 12) lubentissime votum vovit, explicat Lieberkuhn.

Fasces penes Murenam. Is bene mane sacrum fecit ad Castoris diis Penatib. pub. Inde coegit in curia Pompae [1]. Syllanus cum accensis [2] causam dixit apud Q. Cornificium pro Sex. Ruscio ex municipio Larinati, accusato de vi privata; accusavit L. Torquatus filius; absolutusque est reus sententiis XL. damnatus XX. Tumultus in sacra via inter operas Clodii Pulchri et servos T. Annii. Rixa po. ...... et q [3].... SC. factum, ne multa aerariorum transeat ad heredes. Tonuit sub meridiem, fulguravit et quercus tacta in summo Argileto.

A. D. V. Kal. Septemb.

M. Tullius causam dixit pro Corn. Sulla apud iudices de coniuratione, accusante Torquato filio; quinque sententiis obtinuit. Trib. aerar. condemnarunt. Fasces penes Syllanum. Trib. pl. intercesserunt SC. [4] de tributis Laodiciae ut darent praedes. Praetor urb. filiam eo die [5] daret nuptum, edicto monuit, se ius non dicturum, et vadimonia omnia in diem quintum distulit. Testamentum Melionis allatum Mycenis Praetor peregrinus rescidit, q. [6] expressum erat ab eo tormentis. Q. Tertinio Praetori ius dicenti nuncius allatus est de morte filii, fictus ab amicis Copponii, rei de veneficio, ut concilium dimitteret. Ille perturbatus domum se recipiebat; sed re comperta perseveravit in inquirendo. C. Actius Copponium veneficii postulavit; divinatio Actium inter et Sepasium minorem de accusando. Actius obtinuit, q. [6] Sepasii uxor soror esset nurus Copponii. Rixa ad fornicem Fabii et caedes gladiatorum duorum ex ludo Curionis.

A. D. IIII. Kal. Sept.

Funus Metellae Piae virginis illatae sepulcro suorum maiorum via Aurelia. Censores locaverunt reficiendum tectum Aii loquentis HS XXV. Q. Hortensius sub vesperum orationem habuit pro rostris de censura et bello Allobrogum. Reliquiae coniuratorum cum L. Sergio tumultuantur in Hetruria. Caupo ad tres tabernas occisus a Thracibus ebriis in via publica.

Cn. Pompeio Magn. II. M. Livinio Crasso II. Coss.

Kal. Mai.

Coss. in Galliam profecti ad C. Caesarem.

Caesaris Augusti Index rerum a se gestarum, sive Monumentum Ancyranum.

1740. Imperator Augustus tria cum testamento suo volumina reliquit, quorum unum mandata de funere suo complexum est, alterum in-

---

1) Lieberk. coniicit: *Pomp. se.* i. e. Pompeia senatum; Dodwellus: inde senatum coegit in curia Pompeia. — 2) Dodwellus scribendum putat: *accenso.* — 3) Lieberk. supplet: *rixa popinariorum et quoquorum* (pro: coquorum). — 4) senatusconsulto. — 5) Lieberkuehn. cum Dodwello interponendum arbitratur hoc loco: *cum.* Sed aptius fortasse suppletur litera Q. (i. e. quod), ut infra eadem eodem sensu litera ponitur. — 6) quod.

dicem rerum a se gestarum, tertium breviarium totius imperii, id est, indicem de militum et pecuniae publicae copiis (Sueton. Aug. c. 101. Tacit. Annal. I., 11. Dio Cass. LVI., 33). Horum voluminum primum et tertium interciderunt; alterum reliquum est in monumento Ancyrano. Augustus enim hunc indicem rerum a se gestarum in aheneis tabulis incidi testamento iussit ante mausoleum suum statuendis. Neque hae tabulae mausolei aetatem tulerunt; sed quum plurima Augusto divinis honoribus ornato templa per provincias exstruerentar, occasio inde nata est exempla huius indicis propagandi. Quum enim Galatiae post Amyntam regem defunctum a. u. c. 729 in provinciae formam ab Augusto redactae urbes primariae communi consilio huic principi templum Ancyrae, (Angora) in metropoli provinciae, dedicavissent, in eiusdem templi vestibulo postea indicem illum rerum ab Augusto gestarum ex aheneis tabulis mausolei Augustei transcriptum incidi iusserunt, quae quidem inscriptio etsi non integra hodieque superest. Conspiciuntur enim in eius templi maximam partem diruti reliquiis, in antarum parte interiori parietibus marmoreis insculptae tres columnae intrantibus a laeva tres a dextra illum ipsum indicem continentes. Accuratiorem templi et inscriptionis descriptionem cum delineatione vestibuli praebent Texier Description de l'Asie mineure. I. Tab. 66. et Hamilton Researches in Asia minor. Tom. I. p. 420. Scriptura in media et infima parietum parte, maxime primae columnae sinistri parietis, pluribus locis obliterata est vel cavorum et foraminum detrimentis hausta; quam quidem labem Hamiltonus structurae vitio quodam accidisse demonstrat. Primi descripserunt an. 1554 Auger. Gislenius Busbequius et Antonius Wrantzius sive Verantius Dalmata episcopus Agriensis, a Ferdinando Romanorum rege tum ad portam Othomanicam legati (V. Busbequii Epistol. I.). Hinc nata sunt duo apographa Verantianum et Busbequianum, quae tamen vix pro diversis censeri possunt. Neuter ipse monumentum edidit. Busbequianum exemplum primus edidit A. Schottus, qui ab ipso Busbequio habuit, ad Aurel. Victorem Antwerp. 1579, 8. Verantianum Io. Leunclavius Pandect. hist. Turc. Francof. 1588. 4. p. 205. quos secuti sunt Lipsius in auctario ad Smetii Inscriptt. antiq. Lugd. Bal. 1588. Ianus Gruterus Thesaur. inscriptt. Heidelberg. 1603. p. CCXXX. alii, inprimis plures Suetonii editores. Alterum apographum Busbequiano et Verantiano auctius repertum est sequenti seculo (1689) inter postumas chartas Danielis Cossonii, mercatoris Hollandici, editum a Iacobo Gronovio in Memoria Cossoniana Lugd. Bat. 1695. 4. p. 47—138. Exemplum tertium Cossoniano praestantius edidit, sed vitiose, Paulus Lucas Voyage dans la Grèce, l'Asie mineure, la Macedoine et l'Afrique. Paris. T. I. c. 16. et mox Amstel. 1714. 12. Quartum exemplum est, quod Tournefortus a se transcriptum cum Chishullo communicavit, qui omnium id optimum esse iudicans edidit in Antiquitatt. Asiatt. Lond. 1728. fol. p. 165 seqq. Ex Chishullo monumentum deinceps repetierunt Ernestus, Brotier, Oberlinus ad Tacitum (Vol. II. p. 837.), alii. Post Tournefortum Rostanus Masiliensis inscriptionem Ancyranam inspexit, eamque pluribus locis quam antea male habitam et obliteratam invenit (Histoire de l'Academie des Inscript. Tom. XLVII. 1809.

p. 91), et nuper Hamiltonus, qui denuo transcripsit (Researches in Asia min. Vol. II. p. 421) neque vero edidit.

Quatuor igitur sunt monumenti Ancyrani exempla, ex quibus omnia reliqua propagata sunt, Verantio-Busbequianum, Cossonianum, Lucasianum, Tournefortianum. Sed praeter quatuor haec inscriptionis exempla etiam alia subsidia ad monumentum supplendum et explicandum nobis suppeditat versio eiusdem graeca, cuius fragmenta Appolloniae (hodie Oluburlu) in Pisidia, et Ancyrae sunt reperta. Atque fragmenta Apolloniensia, minora illa quidem quam Ancyrana, Arundello (Discov. in Asia minor. 1834. Vol. II. p. 426. Cf. Vol. I. p. 241) debemus, qui invenit et primus transcripsit. Multo plura supersunt fragmenta et luculentiora versionis graecae Ancyranae, in eius ipsius templi, quod latinam inscriptionem habet parietibus insculptae. Partem eius quamvis minutam dedit Pocockius Inscriptt. antiq. cap. 11. s. 1. pag. 6. 7. Sed maiore cum cura et feliciori successu in hac re elaboravit Hamiltonus, qui multo maiorem huius graecae inscriptionis partem, pariete domus turcicae templo Augusteo adstructae tectam, ex hac latebra in lucem produxit; reliquam partem aliis binis domibus opertam et fere plane obliteratam addere non potuit. (Hamilton Researches in Asia min. Vol. I. p. 421 et II. n. 102). Quo factum est, ut cum Pocockianis fragmentis additis nunc quidem columnas octo versionis graecae teneamus; binas priores admodum decurtatas, sequentes sex fere integras, quarum quidem unaquaeque quinos denos vel senos denos versus latini exemplaris praebet. Hanc graecam versionem dedit Eggerus quoque in sua monumenti editione (Examen critique des historiens d'-Auguste. Paris. 1843. p. 30 et p. 412.), eamque repetere quam ad tabulas inscriptionem denuo exigere maluit Texier Description de l'Asie min. Tom. I. p. 113. Atque hoc Hamiltoni ἕρμαιον ut per se non parvi aestimandum est ita et hoc nomine commendatur, quod occasionem praebuit praestantissimo huius Augustei aevi monumento peculiari cura edendo. Nam summi imperatoris scriptio etsi pluribus vicibus repetita nondum tamen iustam editionem nacta erat, et dum minutissima scholiastarum et levissimae cuiuslibet poetae reliquiae a viris doctis sedulo tractantur, neglecta fere iacuit. Cui incommodo iam remedium attulit coniuncta duumvirorum doctorum cura, Franzii et A. W. Zumptii, quos de hoc monumento nos adhuc exponentes in eodemque edendo secuti sumus. Ii enim optimam monumenti Ancyrani editionem publicaverunt, quae inscribitur: „Caesaris Augusti index rerum a se gestarum sive Monumentum Ancyranum. Ex reliquiis graecae interpretationis restituit Ioannes Franzius, commentario perpetuo instruxit A. W. Zumptius. Berolini ex libraria Reimeri. 1845. 4.“ Hunc librum adeant lectores qui accuratiorem monumenti notitiam desiderant. Plenam variarum lectionum et supplementorum copiam literis a me consignatam seponere, ut voluminis consulerem mensurae, adductus sum. Qui loci in textu uncinis [ ] includuntur ab editoribus vel coniectura vel e graeca versione suppleti sunt.

Tab. I.

Rerum gestarum Divi Augusti, quibus orbem terrarum imperio populi Romani subiecit, et impensarum, quas in rempublicam popu-

lumque Romanum fecit, incisarum in duabus aheneis pilis, quae sunt Romae positae, exemplar subiectum.

Annos undeviginti natus exercitum privato consilio et privata impensa comparavi, per quem rem publicam [dom]inatione factionis oppressam in libertatem vindicavi. [Sen]atus decretis honorificis in [amplissimum] ordinem sum [Pansa et Irti]o Consulibus [adlectus, ut praetorium obtine]rem locum; [atque] imperium mihi dedit res publica, u[ti pro] Praetore simul cum Consulibus Ir[tio et Pansa essem. Cum] autem eodem anno me [senatus populusque Consulem cum Q. Pedio edi]disset et triumvirum rei publicae constituen[dae], qui parentem [con]iu[rati occidissent omneis] in exilium expuli iudiciis legitimis ultus, postea bellum inferentis rei publicae.......... arma terra marique [moventes, sig]naque toto orbe terrarum [inferentes vici] victorque omnibus [supplicibus] civibus peperci et in exilio [diuturno] degentes, quibus tuto [parcerem], malui servare quam occidere. [In iis bellis] millia civium Romanorum [adacta] sacramento meo fuerunt circiter [quingen]ta, ex quibus deduxi [in colonias] aut remisi in municipia sua stipend[iis solu]tis millia aliquanto [plura] quam trecenta et iis omnibus agros ad[signavi aut pecuniam pro [agris ex] me dedi. [Longas] naves cepi sescen[tas praeter ali]as si quae minores [quam trir]emes fuerunt.

Bis ovans triumpha[vi, tris egi cu]rulis triumphos et appella[tus sum viciens et se]mel Imperator; [cumque plu]ris triumphos mihi se[natus decrevisset, iis agendis su]persedi [et tantum lau]rus deposui in Capitolio, [votis quae pro republica in q]uoque bello nunc[uparam reddi]tis. Ob res a[ut ductu meo aut per lega]tos auspiciis meis terra marique prospere gestas qu[inquagiens et quin]quiens decrevit senatus supplicandum esse dis immortalibus ..... quo ex senatus consulto supplicatum est in deorum [immortalium templis] ..... ter deciens [Consul factus sum .... tribunici]ae potes[tatis ....

Tab. II.

Patriciorum numerum auxi Consul quintum iussu populi et senatus. Senatum ter legi et in consulatu sexto censum populi conlega M. Agrippa egi. Lustrum post annum alterum et quadragesimum feci, quo lustro civium romanorum censa sunt capita quadragiens centum millia et sexaginta tria millia. Alterum consulari cum imperio lustrum solus feci C. Censorino, C. Asinio Cos. quo lustro censa sunt civium romanorum capita quadragiens centum millia et ducenta triginta tria millia. Tertium consulari cum imperio lustrum conlega Tib. Caesare feci Sex. Pompeio et Sex. Apuleio Cos. quo lustro censa sunt civium romanorum capitum quadragiens centum millia [nona]ginta et septem millia.

Legibus novis [latis] exempla maiorum exolescentia [revocavi et fugientia] iam ex nos[tra memoria] avitarum rerum exempla imi-

tanda [edictis proposui. Magistratus et sacerdotes commodis et dignitate auxi. Plebem multis beneficiis affeci. Ob ea merita senatus decrevit, ut per quattuor amplissima collegia sacerdotesque reliquos et per totam Italiam et municipiorum universorum templa supplicaretur apud omnia pulvinaria pro valetudine mea, nomenque meum inclusum est in Saliare carmen et sacrosanctus iudicatus sum, praetereaque tribunicia potestas mihi Consuli undecimum cum Cn. Pisone iterum in perpetuum delata est. Populo summum sacerdotium deferente mihi, quod pater meus procuravit, suscepi id sacerdotium aliquot post annos eo mortuo, qui post patrem meum illud procuraverat, cuncta ex Italia vota offerentibus municipis ex consuetudine, quanta Romae nunquam ante facta esse narrantur P. Sulpicio, C. Valgio Consulibus.

Aram Fortunae salutaris prope aedem Honoris et Virtutis ad portam Capenam pro reditu meo in urbem senatus consacravit, in qua pontifices et sacerdotes anniversarium sacrificium facerent ob salutem meam conservatam. Pro reditu meo in urbem ex transmarinis provincis senatus consacravit aram Fortunae Reduci, et quo die urbem intrassem, iussit esse ferias .... Aram Pacis in campo Martio ob res in Hispania Galliaque provinciis prospere gestas senatus consacravit Tib. Nerone, P. Quinctilio Cos. Aramque Fortunae Reduci eodem anno senatus pro reditu meo consacravit ad campum Martium, in qua magistratus et sacerdotes pro salute mea sacrificium anniversarium facerent ..... cussum esset .... quia] per totum imperium populi romani parta erat terra marique pax. Cum[que ab urbe condita ante me] Ianum Quirinum bis omnino clausum fuisse prodatur memoriae, ter me principe senatus claudendum esse censuit. Filios meos, quos sinistra [fortuna] mihi eripuit, eorum Gaium et Lucium Caesares, [postquam utrumque Consul ipse in forum deduxi],

Tab. III.

honoris mei causa senatus populusque romanus annum quintum et decimum agentis Consules designavit, ut eum magistratum inirent post quinquennium, et ex eo die quo deducti sunt in forum ut interessent consiliis publicis, decrevit senatus. Equites autem romani universi principem iuventutis utrumque eorum parmis et hastis argenteis donatum appellaverunt.

Plebei romanae viritim HS trecenos numeravi ex testamento patris mei et nomine meo quadringenos ex bellorum manibiis Consul quintum dedi; iterum autem in consulatu decimo ex patrimonio meo HS quadringenos congiari viritim pernumeravi et Consul undecimum duodecim frumentationes frumento privatim coempto emensus sum et tribunicia potestate duodecimum quadringenos nummos tertium viritim dedi, quae mea congiaria pervenerunt ad hominum millia nunquam minus quinquaginta et ducenta. Tribuniciae potestatis duo-

devicensimum Consul XII trecentis et viginti millibus plebei urbanae sexagenos denarios viritim dedi. In colonis militum meorum Consul quintum ex manibiis viritim millia nummum singula dedi: acceperunt id triumphale congiarium in colonis hominum circiter centum et viginti millia. Consul tertium decimum sexagenos denarios plebei, quae tum frumentum publicum acceperunt, dedi; ea millia hominum paulo plura quam ducenta fuerunt. Pecunia [quam pro] agris, quos in consulatu meo quarto et postea Consulibus M. Crasso et Cn. Lentulo Augure assignavi militibus, solvi municipis, ea sestertium circiter sexsiens milliens fuit, quam [ex] collationibus pro praedis numeravi, et circiter bis milliens et sexcentiens, quod pro agris provincialibus solvi. Id primus et solus omnium qui deduxerunt colonias militum in Italia aut in provinciis ad memoriam aetatis meae feci; et postea Tib. Nerone et Cn. Pisone Consulibus, itemque C. Antistio et D. Laelio Cos. et C. Calvisio et L. Pasieno Consulibus et C. Lentulo et M. Messalino Consulibus et L. Caninio et Q. Fabricio Consulibus [veteranis], quos emeriteis stipendis in sua municipia [remisi], praemia aere numerato persolvi, quam in rem sestertium circiter sexsiens milliens impendi.

Quater pecunia mea iuvi aerarium ita ut sestertium milliens et quingentiens ad eos qui praeerant aerario detulerim et M. Aemilio et L. Aruntio Cos. in aerarium militare, quod ex consilio meo constitutum est, ex quo praemia darentur militibus, qui viginti stipendia meruissent, HS milliens et septingentiens [Tib. Caesaris nomine et me]o detuli. Anno quo M. Claudius et L. Aruntius et anno eo quo Cn. et P. Lentulus Consules fuerunt, cum deficerent [horrea publica, pecuniam] centum millibus hominum ex meis opibus pro frumento dedi.

Tab. IV.

Curiam et continens ei Chalcidicum templumque Apollinis in Palatio cum porticibus, aedem Divi Iuli, Lupercal, porticum ad Circum Flaminium, quam sum appellari passus ex nomine eius, qui priorem eodem in solo fecerat Octaviam, pulvinar ad Circum Maximum, aedes in Capitolio Iovis Feretri et Iovis Tonantis, aedem Quirini, aedes Minervae et Iunonis Reginae et Iovis Libertatis in Aventino, aedem Larum in summa sacra via, aedem Matris magnae in Palatio feci.

Capitolium et Pompeium theatrum, utrumque opus impensa grandi, refeci sine ulla inscriptione nominis mei. Rivos aquarum compluribus locis vetustate labentes refeci et aquam quae Marcia appellatur duplicavi fonte novo in rivum eius immisso. Forum Iulium et basilicam, quae fuit inter aedem Castoris et aedem Saturni, coepta profligataque opera a patre meo perfeci et eandem basilicam consumptam incendio ampliato eius solo sub titulo nominis filiorum meorum incohavi et si vivus non perfecissem, perfici ab heredibus meis

iussi. Duo et octoginta templa deum in urbe Consul sextum ex decreto senatus refeci, nullo praetermisso quod vetus templum fuisset. [Consul septimum viam, quae Flaminia appellatur, ipse mea pecunia ab aliis praetermissam, sumpsi muniendam].

Privato solo empto Martis ultoris templum forumque Augustum et theatrum ad aedem Apollinis in solo magna ex parte a privatis empto feci, quod sub nomine M. Marcelli generi mei esset. Dona de manibiis in Capitolio et in aede Divi Iuli et in aede Apollinis et in aede Vestae et in templo Martis Ultoris consacravi, quae mihi constiterunt HS circiter milliens. Auri coronari pondo triginta et quinque millia municipis et colonis Italiae conferentibus ad triumphos meos quintum Consul remisi et postea quotienscunque Imperator appellatus sum aurum coronarium non accepi decernentibus municipiis et colonis Italiae similiter adque antea decreverant ...... munus gladiatorium dedi meo nomine et quinquiens filiorum meorum aut nepotum nomine, quibus muneribus pugnaverunt hominum circiter decem millia. Bis athletarum undique accitorum certamina dedi in spectaculo proprio meo nomine et tertium nepotum meorum. Ludos feci meo nomine quater, aliorum autem magistratuum [absentium aut non sufficientium] ter et viciens. In collegio XV virorum magister adlectus eius collegi cum M. Agrippa pro Quindecim viris C. Furnio C. Silano Cos. quintos ludos saeculares ratione ad id tempus inita ex oraculo librorum Sibyllinorum summa cum cura feci. Venationes bestiarum Africanarum meo nomine et filiorum meorum et nepotum in Circo aut in foro aut in amphitheatris populo dedi sexiens et viciens, quibus confecta sunt bestiarum circiter tria millia et quingentae.

Navalis proeli spectaculum populo dedi trans Tiberim, in quo loco nunc nemus est Caesarum, cavato solo in longitudinem pedes erant mille et ducenti, in quo triginta rostratae naves, triremes et quadriremes, pluris autem minores inter se conflixerunt. In iis classibus pugnaverunt praeter remiges millia hominum tria circiter.

In templis omnium civitatium Achaiae et Asiae victor ornamenta reposui, quae spoliatis templis is cum quo bellum gesseram privatim possederat. Meae statuae pedestres et equestres et in quadrigeis argenteae steterunt in urbe XXC circiter, quas ipse sustuli, exque ea pecunia dona aurea in aede Apollinis meo nomine et illorum qui mihi statuarum honorem habuerunt, posui.

Tab. V.

Mare pacavi a praedonibus. Eo bello servorum, qui fugerant a dominis suis et arma contra rempublicam tulerant, triginta fere millia capta dominis ad supplicium sumendum tradidi. Iuravit in mea verba tota Italia sponte sua et me pro victoria rei publicae ducem depoposcit. Iuraverunt in eadem verba Galliae, Hispaniae, Africa, Sicilia, Sardinia, Illyricum. Iuraverunt in eadem verba senatores plures quam DCC Cn. Domitio C. Sosio Consulibns. Facti sunt ad eum diem quo scripta sunt haec ...... circiter CLXX.

Omnium provinciarum populi romani, quibus finitimae fuerunt gentes, quae nondum parerent imperio nostro, fines auxi. Gallias et Hispanias provincias quousque eas alluit Oceanus /a Gadibus ad ostium Albis fluminis et quae pertinent a regione ea quae proxuma est Hadriano mari ad Tuscum composui, nulli genti bello per iniuriam illato. Classis romana ab ostio Rheni ad solis orientis regionem usque ad orbis extrema navigavit, quo neque terra neque mari quisquam Romanorum ante id tempus adit. Cimbrique et Charudes et Semnones et eiusdem tractus alii Germanorum populi per legatos amicitiam meam et populi Romani petierunt. Meo iussu et auspicio ducti sunt duo exercitus eodem fere tempore in Aethiopiam et in Arabiam, quae ad id tempus a nullo unquam aut Romani aut alius populi exercitu invisae sunt. In Siciliam . . . .

Aegyptum populi romani adieci imperio. Armeniam maiorem interfecto rege eius Artaxia cum possem [provinciam facere, malui maiorum nostrorum exemplo regnum id ad Tigranem, Artavasdis filium, nepotem] Tigranis regis, per Tib. [Neronem, qui tum erat privignus meus, transferre]. Eandem gentem postea insurgentem et rebellantem, domitam per Gaium, filium meum, regi Ariobarzani, regis Medorum Artavasdis filio, regendam tradidi et post eius mortem filio eius Artavasdi, quo interfecto Tigranem, qui erat ex regio genere Armeniorum oriundus, in id regnum misi. Provincias omnis, quae trans Hadrianum mare vergunt ad orientem Cyrenasque, iam ex parte magna regibus eas possidentibus, et antea Siciliam et Sardiniam occupatas bello servili reciperavi.

Colonias in Africa, Sicilia, Macedonia, utraque Hispania, Achaia, Asia, Syria, Gallia Narbonensi, Pisidia militum deduxi. Italia autem colonias, quae vivo me celeberrimae et frequentissimae fuerunt, duo de triginta deductas habet.

Signa militaria complura per alios duces amissa devictis hostibus recepi ex Hispania et Gallia et a Dalmateis. Parthos trium exercituum romanorum spolia et signa reddere mihi supplicesque amicitiam populi romani petere coegi: ea autem signa in penetrali, quod est in templo Martis Ultoris, reposui.

Pannoniorum gentes, quas ante me principem populi romani exercitus nunquam adit, devictas per Tib. Neronem qui tum erat privignus meus et legatus, imperio populi romani subieci; protulique fines Illyrici ad Istri fluminis ripam, cis quod Dacorum magnus exercitus meis auspicis profligatus est, exercitusque meus postea ductus trans Istrum flumen Dacorum gentes imperia populi romani perferre coegit.

Ad me ex India regum legationes saepe missae sunt nunquam antea visae apud quemquam Romanorum principem. Nostram amicitiam petierunt per legatos Bastarnae et Scythae et Sarmatarum cis Tanaim fluvium Tanaimque ultra reges, Albanorumque rex et Hiberorum et Medorum reges.

Ad me supplices confugerunt reges Parthorum Tiridates et postea Phrates,

Tab. VI.

regis Phratis filius, Medorum Artavasdes, regis Ariobarzanis filius, reges Britannorum Damno Bellaunusque et Tim... Cimbrorum Maelo, Marcomanorum Suebo.... Ad me rex Parthorum Phrates, Orodis filius, filios suos nepotesque omnis misit in Italiam, non bello superatus sed amicitiam nostram per haec suorum pignora petens; plurimaeque aliae gentes expertae sunt populi romani fidem me principe, quibus antea cum populo romano nullum fuerat legationum et amicitiae commercium.

A me gentes Parthorum et Medorum petierunt per principes earum gentium regesque eos acceperunt, Parthi Vononem, regis Phratis filium, regis Orodis nepotem, Medi Ariobarzanem, regis Artavasdis filium, regis Ariobarzanis nepotem.

In consulatu sexto et septimo, postquam bella civilia extinxeram, per consensum universorum civium mihi traditam rem publicam ex mea potestate in senatus populique romani arbitrium transtuli, quo pro merito meo senatus consulto Augustus appellatus sum et laureis postes aedium mearum vinctae sunt publice, superque eas ad ianuam meam ex querna fronde corona civica posita ob servatos cives; quique esset per inscriptionem testis meae virtutis, clementiae, iustitiae, pietatis, est positus clupeus aureus in curia a senatu populopue romano, quod quamquam dignitate omnibus praestarem, potestatem tamen nihilo ampliorem haberem quam conlegae mei.

Tertium decimum consulatum me gerente senatus et equester ordo populusque romanus universus me appellavit patrem patriae; idque in vestibulo aedium mearum inscribendum censuit et in curia et in foro Augusto sub quadrigis, quae mihi ex S. C. positae sunt. Scripsi haec cum annum agebam septuagensimum sextum.

Summa pecuniae, quam dedit in aerarium vel populo romano vel dimissis militibus, denarium sexsiens milliens fuit.

Opera fecit nova: aedem Martis, Iovis Tonantis et Feretri, Apollinis, Divi Iuli, Quirini, Minervae, Iunonis Reginae, Iovis Libertatis, Larum, deum Penatium, Iuventatis, Matris deum, Lupercal, pulvinar ad circum, curiam cum Chalcidico, forum Augustum, basilicam Iuliam, theatrum M. Marcelli, naumachiam circa Tiberim et nemus Caesarum, porticus in palatio, porticum ad circum Flaminium. Refecit Capitolium aedesque sacras octoginta duas, theatrum Pompei, aquarum ductus, viam Flaminiam. Ingens est magnitudo impensarum quas fecit in ludos et munera gladiatorum athletarumque et proelium navale et venationes; donorum, quae dedit colonis et municipis Italiae oppidisque provinciarum terrae motu incendioque consumptis vel amicis singulis senatoribusque, quorum census explevit.

§. 9. Acta publica municipiorum: Decreta (ordine alphabetico locorum disposita). Tabulae hospitii et patronatus. Nominum alba et Fasti municipales.

1741. K. Novemb.

L. Nonius Rufinus Pomponianus, Q. Veronius Fuscus P. I. D. [1]

Scrib. adf. [2] C. Lucretius Helvianus, M. Trebius Proculus, L. Cammius Maximus.

SC. [3]

Cum prona voluntate, honestissimo animo ultro C. Alvius Pollio IIII vir I. D. [4] in proximum annum professus sit, quo facto haesitationi publicae in partem moram ademerit, placere, ei quo magis etiam ceteri ad benefaciendum in re publica provocentur statuam equestrem auream in foro N. [5] poni. Censuer. Prim. cens. [6] C. Lucretius Helvianus. — Decretum Decurionum Aquileiensium sive senatus consultum, quo Alvio Pollioni, qui ultro se praefectum iuri dicundo in proximum annum professus esset, statua equestris decernitur. V. Fabret. p. 612. ex schedis Vaticanis. Donii Inscr. Cl. II. n. 66. unde Morcellus habet Stil. n. T. II. p. 169 Opp. epigraph.

1742. C. Ummidio Durmio Quadrato Leg. [7] C. Caesaris Germanici Imp. Pr. Praet. [8]

Iusiurandum Ariliensium. [9]

Ex mei animi sententia ut ego iis inimicus ero, quos C. Caesari Germanico inimicos esse cognovero et si quis periculum ei salutiq. eius inferet intuleritque armis, bello internecino terra marique persequi non desinam, quoad poenas ei persolverit; neque me liberos meos eius salute cariores habebo, eosque qui in eum hostili animo fuerint mihi hostes esse ducam. Si sciens fallo fefellerove, tum me liberosque meos Iupiter Optimus Maximus ac Divus Augustus caeterique omnes Di immortales expertem [10] patria, incolumitate, fortunisque omnibus faxint.... [11] die V Idus Mai in Ariliense oppido Vitiri.

Cn. Aceronio Proculo, C. Petronio Pontio Nigrino Cos. [12]

Vegeto Tallici Mag. Ibionarioni.... — Iusiurandum est a civibus Arilii oppidi in Lusitania, Imperatore Tiberio defuncto, Imperatori Caio successori praestitum, tabulae aeneae insculptum in Lusitania repertae.

---

1) praefecti iuri dicundo. — 2) scribendo adfuerunt. — 3) senatus consultum. — 4) quattuor vir iuri dicundo. — 5) nostro. — 6) primus censuit. — 7) legato. — 8) propraetore. — 9) Fabrettus emendandum coniicit: *Aritiensium* pro *Ariliensium*, quum *Aritium* oppidum apud Ptolemaeum II, 5. commemoretur, inter Vacuam et Durium fluvios, non longe ab Oceani occidentalis ora situm. Sed Morcellus: „quidni, inquit, in Ptolemaeo mendum esse potius credam et a librariis quod erat Arilium factum esse Aritium?" — 4) De voce *expertem,* quam Fabrettus supplevit, in aere tantum ultimae literae ...*em* supersunt. Vincentius a Vidania minus commode suppleverat *exulem.* — 11) In hac lacuna excidisse videtur: *Actum.* — 12) an. u. c. 790.

Edidit Fabrettus Inscriptt. pag. 574, qui hanc inscriptionem a Didaco Vincentio a Vidania regii sacelli Neapolitani Praefecto erudito labore explicatam esse adnotat. Secutus est Morcellus Stil. n. CCCXIII. editor, qui docte illustravit; Vincentii Vidaniae commentarium se usquam reperire potuisse negat.

1743. Vesbinus Aug. L.[1]) phetrium Augustalibus municipii Caeritum loco accepto a rep. sua impensa omni exornatum donum dedit.

Descriptum et recognitum factum in pronao aedis Martis ex commentario, quem iussit proferri Cuperius Hostilianus per T. Rustium Lysiponum scribam, in quo scriptum erat it[2]) quod infra scriptum est.

L. Publilio Celso II. C. Clodio Crispino Cos.[3]) Idibus Aprilib. M. Pontio Celso Dictatore, C. Suetonio Claudiano Aedile iuri dicundo, Praef. aerarii. Commentarium cottidianum municipii Caeritum inde pagina XXVII. Kapite VII.

M. Pontius Celsus Dictator et C. Suetonius Claudianus Decuriones in templo Divorum corrogaverunt, ubi Vesbinus Aug. lib. petit, ut sibi locus publice daretur sub porticu basilicae Sulpicianae, uti Augustalib. in eum locum phetrium faceret: ubi ex consensu Decurionum locus ei, quem desideraverat datus est, placuitque universis Curiatio Cosano Curatori ob eam rem epistulam mitti. In curiam[4]) fuerunt: Pontius Celsus Dictat. Suetonius Claudianus Aed. iuri dic. M. Lepidius Nepos Aedil. annon. Pollius Blandus, Pescennius Flavianus, Pescennius Natalis, Lollius Callimus, Petronius Innocens, Sergius Proculus.

Inde pagina altera Kapite primo:

Magistratus et Decurion. Curiatio Cosano sal. Idib. Aug.

Desideranti a nobis Ulpio Vesbino consilium Decurion. coegimus, a quibus petit, ut sibi locus publice in angulo porticus basilic.[5]) daretur, quod se Augustalib. phetrium publice exornaturum secundum dignitat. municipi. polliceretur. Gratiae huic actae sunt ab universis; placuit tamen, tibi scribi, an in hoc quoque et tu consensurus esses. Qui locus rei p. in usu non est, nec ullo reditu esse potest.

Inde pagina VIII. Kapite I.

Curiatius Cosanus Mag. et Dec. Caeretanor. sal.[6])

Ego non tantum consentire voluntati vestrae set et gratulari debeo, siqui remp. N.[7]) exsornat. Accedo itaque sententiae vestrae non tanquam curator, sed tanquam unus exs ordine, cum tam honesta exempla etiam provocari honorifica exsornatione debeant. Data prid. Idus Septembr. Ameriae.

---

1) Augusti libertus, puta Traiani. ut ex praenomine *Ulpii* infra posito patet. — 2) sic tab. pro *id.* — 3) anno p. Ch. 114. — 4) tabula *in curiam* pro *curia.* 5) basilicae. — 6) Magistratibus et Decurionibus Caeretanorum salutem. — 7) nostram.

Act. Idib. Iuniis Q. Ninnio Hasta, P. Manilio Vopisco Cos. [1])
Dedicatum K. Aug. iisdem Cos. — In tabula marmorea Romae olim apud Maffeios asservata. Inscriptionem probabile est phetrii (φρητρίας, φρατρείας) ipsius fuisse sive scholae a Vesbino liberto Augustalibus Caeritanis donatae. Continet omnia acta ad hanc donationem spectantia ex commentario municipii quotidiano descripta, videlicet: 1) decretum Decurionum, quo locus Vesbino publice datur ad phetrium faciendum atque gratiae aguntur; 2) epistolam Decurionum de ea re ad Curiatium Cosanum municipii Curatorem; 3) responsum eiusdem, quo Decurionum decretum ratum habet.

Edita est inscriptio a Fulvio Ursino n. XXXV. apud Brissonium De formul. II. 169. Ald. Manutium Orthograph. Ed. I. p. 285. Mart. Smetii Inscr. fol. 15. Gruterum p. 214. Haubold Monum. leg. p. 237. Orell. 3787. Egger Examen des Historiens d'Auguste p. 390 seqq.

1744. Decretum Decurionum Cumanorum de Licinio sacerdote creando V. supra n. 380. p. 42.

1745. IIviri et Decuriones Forosemproniens. Vero salutem.
Et dignitatis tuae tot tantique tituli iudiciis principalibus pulchri et in rem publicam N. [2]) notabilis munificentia et adfectus, quos civibus nostris nunc ipse praestas nunc ab eis percipis, et praecipue morum tuorum modestia singularis, reverentia insignis necessario nos compulit, ut tandem parem tibi gratiam in quantum potest, dum ignoras referamus. Nam statuam tibi pedestrem de nostro ponendam iam pridem decrevimus; sed idcirco decretum ad te non misimus, ne nunc quoque, sicut antea cum publice tibi statua decreta est fecisti, honore tantummodo te contentum esse rescriberes; quae res tuam quidem modestiam inlustraret, nobis vero velut segnitiam exprobraret. Igitur statua decreta, nequid negare possis, iam comparata advehitur. Quod superest, voluntati nostrae consule et qualem inscriptionem dandam putas petentibus facito notum. Optamus te bene valere. — Foro Sempronii (Fossombrone) Grut. p. 417. Orel. 4039. Titulum basis statuae honorariae, in cuius latere sinistro haec Decurionum epistola insculpta legitur, vide supra n. 1606.

1746. In honorem memoriae domus Domitiae Augustae Cn. Domiti Corbulonis fil. Domitii Polycarpus et Europe loc. dat. decreto ordinis Decur. aedem fecerunt et exornaverunt statuis et reliquis rebus pecunia sua, eiusdemque tutelam in perpetuum rei publicae dederunt sub inscriptione infra scripta.

„Imp. Caes. T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio III. M. Aelio Aurelio Caes. Cos. [3]) VIIII K. Maias Gabiis in municipio in curia Aelia Augusta. Scribendo affuit universus ordo Decurionum.
Referentibus L. Vipstano L. F. Cl. [4]) Publicola Messala, L.

---

1) ann. p. Ch. 114. — 2) nostram. — 3) Post Chr. an. 140. — 4) Lucii filio Claudia tribu.

Setrio L. F. Pal.[1] Prisco, IIII vir. QQ.[2] Cn. Domitium Polycarpum nomine suo et Domitiae Europes coniugis suae offerre ordini Decurionum et Sevirum Augustalium HS X. M. N.[3] quiam[4] pridem exstruxisset templum in honorem ac memoriam Domitiae Corbulonis fil. et hoc pietatis suae adfectu exornet et meliorem faciat ordinem N.[5] singulis et iam universisque prodesse festinet, at quos ex reditu eius pecuniae fructum semper desideret pervenire, confugiendo ad aeternam rempubl. N.[6] petendo, ut secundum exemplum codicillorum Cl. Vitalis stipulatione interposita desiderio suo talis condicio decerneretur, ut ex reditu eius pecuniae III Idus Febrar.[7] natale Domitiae praesentibus Decurionib. et Sevir.[8] discumbentibus in publico aequis portionibus fieret divisio: item hoc amplius in tutela et ornationibus templi HS V. M. N.[9] sub eadem condicione inferret. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. T. C.[10]

Placere universis secundum relationem S. S.[11] pecuniam accipi praestarique in perpetuum, ut celebraretur natalis dies ac memoria Domitiae Corbulonis fil. et ex reditu HS. X. M. N. divisionibus factis discumberetur in publ. et si ullo tempore intermissum esset, quo minus praestaretur, id quod ordo decrevisset, aut si ordo rescidisset decretum suum mutassetve condicionem, tum omnis summa, quae in hanc rem accepta esset, eadem condicione municipibus Tusculanis confestim renumeraretur.

Hoc decretum post tres relationes placuit in tabula aerea scribi et proponi in publico, unde de plano recte legi possit. — In marmore quatuor palmos alto, sedecim palmos longo, quod limen superius erat in porta templi in honorem memoriae domus Domitiae a Domitio Polycarpo et Domitia Europe coniuge libertis exstructi. Priores inscriptionis versus dedicationem templi continent ab his libertis Domitianis facti, sequitur deinde decretum Decurionum Gabinorum, quo res publica Gabina pecuniam a Domitio Polycarpo et coniuge sibi oblatam accipit atque templi tutelam et diem natalem Domitiae Corbulonis filiae in perpetuum celebrandum praestat. Primus edidit et commentario illustravit En. Quir. Visconti (Monumenti Gabini. Rom. 1797. p. 146. Ed. Labus. Milano. 1835. pag. 81.) Exstat in Eiusdem Museo Pio-Clementino T. VI. p. 239. in Orelli Inscriptt. Collect. n. 775. Haubold Monum. leg. 243.

1747. Pagus Herculaneus scivit A. D. x. termina.[12] conlegium seive magistrei Iovei compagei *sunt*[13] utei in porticum paganam

---

1) Lucii filia Palatina tribu. — 2) quatuorviris quinquennalibus. — 3) sestertium decem millia nummûm. — 4) pro: *qui iam*. — 5) nostrum. — 6) nostram. — 7) sic pro *Februar.* — 8) seviris. — 9) sestertium quinque millia nummûm. — 10) quid de ea re fieri placeret, de ea re ita toti censuerunt. — 11) supra scriptam. — 12) Mazochius interpretatur: ante diem X. Terminalia (i. e. die XIV. Februarii). Exhibent editores omnes praeter Göttlingium A. O. pro A. D. — 13) pone *compagei* Mazochi et reliqui editores addunt literam S. quae supplenda est *sunt*, quemadmodum in aliis invenitur: *locus sive ager est; monumentum sive sepulcrum est,* similia. Göttlingius literam S non amplius legit.

reficiendam pequniam consumerent, ex lege pagana, arbitratu Cn. Laetori Cn. F. magistrei pageiei [1]); uteique ei conlegio seive magistri sunt Iovei compagei, locus in teatro esset, tam quasei sei ludos [2]) fecissent. — L. Aufustius L. L. Strato, C. Antonius M. L. Nico, C. Navius [3]) Cn. L. Agathocles, C. Blossi. M. L. Protemus, M. Ramnius P. L. Diobant. [4]), T. Sulpicius P. Q. [5]) Pul., Q. Novius Q. L. Protem., M. Paccius M. L. Philem., M. Licculeius M. L. Philin., C. Hordeonius Cn. L. Euphemio, A. Pollius P. L. Alexand., N. Munnius N. L. Antiocus. C. Coelio C. F. Caldo [L] Domitio Cn. F. Ahenobarb. Cos. [6]). — Magno cubo lapideo reperto in pago Recale Capuae insculptum, qui in museo Borbonico asservatur. Ediderunt Mazochi (Comment. in Campani amphitheatri titulum. Neap. 1727. 4. et in Poleni Supplem. utriusque thesaur. Tom. V. p. 662. tum. Tabb. Heracleens. p. 399.), Murator. p. 290, Orell. n. 3793. Haubold. Monum. leg. p. 80. Egger Lat. serm. reliq. p. 255. Göttling Funfzehn röm. Urkund. p. 69.

1748. M. Vibio Liberale P. Martio Vero Cos. [7]) X K. Apriles Augustae Perusiae in schola Iach...na. Scribundo adfuerunt...

Quod P. Casinerius Clemens II vir suo et L. Petilii Nepotis collegae sui nomine verba fecit, Annium Leonam petere, ut secundum verba testamenti Egnatii Festi statuae quam divo Pio positurus esset, locus sibi adsignaretur Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.

Placere, ut secundum voluntatem Egnatii Festi locus statuae divo Pio ponendae proxim.... Iul. Libani ad introit.... daretur. — Decretum municipii Perusini, quo Annio Leonae locus statuae Antonini Pii ponendae conceditur. Ediderunt Marin. Att. arv. I. p. 6. Orell. 4038. Vermiglioli Inscriptt. Perus. II. 260.

Decreta coloniae Pisanae duo in L. et C. Caesarum defunctorum honorem, sive Cenotaphia quae dicuntur Pisana.

1749. Haec duo decreta in marmoreis singula tabulis in coemeterio Pisano (Campo santo) posita habentur inter reliqua monumenta sepulcralia, unde cenotaphiorum nomen nacta sunt. (V. Blum. Iter italic. II. 110.) Alterum in honorem Lucii Caesaris 755 u. c. 3. p. Ch. factum a duumviris et decurionibus Pisanis constituit, quotannis inferias illius manibus certo ritu mittendas per magistratus coloniae; altero decreto 757. u. c. 5. p. Ch. facto coloniae Pisanae universi ordines censent, ut a die quo Caii

Iovei est pro *Iovis*. Mazochius male *Iovum compagum* pro altero pago accipit pago Herculaneo coniuncto.

1) Mazochius explicat: *pagi eius*. Göttlingio dittographia subesse videtur. — 2) tabula mendose: *luoos*. — 3) Ita Göttling. ex tabula: reliqui *Cn. Avius*. — 4) Ita Göttl. reliqui *Diopant.* — 5) *Q.* mendum esse videtur pro L. (libertus). — 6) Alterius consulis nomen Mazochius eumque sequentes reliqui editores exhibent; sed Göttlingius se frustra haec postrema verba in tabula quaesivisse affirmat, et Mazochium de suo addidisse suspicatur. Fuit enim L. Domitius Ahenobarbus collega C. Coelii Caldi an. u. c. 660. — 7) Post Chr. 179. V. Marini Att. p. 179.

Caesaris obitus nunciatus sit usque ad eum diem, quo ossa relata sint ab omni laetitia abstineretur, utque illi eodem modo quo Lucio fratri parentaretur, arcus insuper et statuae ponerentur. De forma exteriori tabularum et de scribendi ratione addi h. l. alienum non erit, quae Gorius adfert (Inscriptt. Etrur. P. II. p. 8. 9).: „alicubi observavi has tabulas perforatas sed clarius eam quae ad Lucium Caesarem spectat, siquidem in primo versu post haec verba „in foro" visitur foramen, in quo plumbi fragmina supersunt, ut hinc ostendi possit haec decreta in aliquo loco celebri ac conspicuo fixa fuisse." — „Illud quoque indicandum videtur in his Pisanis tabulis, Augusteo aevo scriptis, quas non semel diligentissime et oculatissime observavi multo plures observari apices, quam pronuntiarint Cellarius in Orthograph. Lat. et Fabrettus Inscriptt. ant. cap. III. p. 168; nam in Lucii Caesaris decreto supra quinque voces, in Caiano supra decem sculpti sunt. Tria apicum genera in his tabulis observantur: primus graecum accentum acutum refert, secundus gravem, tertius lenem aspirationem, quos interdum variat Noris. Itemque non raro scriptum est A absque transversa lineola ut graecum Λ referat, quod scribendi genus in aliis lapidibus augustei saeculi, cusisque in nummis eruditi observarunt."

Saepissime haec monumenta edita sunt, postquam primus Picheua in notis ad Taciti Annal. Lib. I. vulgavit. Reliquos editores enumerant Haubold. Monum. legalia p. 179 et Blume Iter Italic II. p. 110. quibus addendus est Egger Lat. sermon. reliq. p. 334. Primarium opus est: Cenotaphia Pisana Caii et Lucii Caesarum dissertationibus illustrata ab H. Norisio. Venet. 1681. fol. (Opp. T. III.) Pisis 1764. II. 4. et in Burmanni Thesaur. Antiq. ital. Tom. VIII. P. 3. Neque vero Norisius textum decretorum tam accurate quam oportebat expressit, pluribus locis a Gorio l. l. correctus. Hauboldius tamen (l. l.) Norisii typum dedit, sed Orellius n. 642. meliore consilio Gorii, quem quidem et nos secuti sumus.

I.

D.[1] XIII. K. octobr. Pisis, in foro, in Augusteo. Scrib. adfuer.[2] Q. Petillius Q. F., P. Rasinius L. F. Bassus, M. Puppius M. F., Q. Sertorius Q. F. Pica, Cn. Octavius Cn. F. Rufus, A. Albius A. F. Gutta. Quod C. Canius C. F. Saturninus II vir V. F.[3] de augendis honoribus L. Caesaris, Augusti Caesaris, patris patriae, pontificis maxumi, tribuniciae potestatis XXV, fili, auguris, consulis designati, principis iuventutis, patroni coloniae nostrae, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.[4] Cum senatus populi romani, inter ceteros plurimos ac maximos honores L. Caesaris[5], Augusti Caesaris, patris patriae, pontificis maximi, tribuniciae potestatis XXV, filio, auguri, consuli designato, per cosesum[6] omnium studio[7].... tetur, data cura C. Canio Saturnino II vir. et Decem primis eligendi[8] as-

---

1) Ita initium inscriptionis, facillimum lectu, habere, prodit Blumius (Iter italic. Tom. II. p. 111): alii aliter. — 2) scribendo adfuerunt. — 3) verba fecit. — 4) quid de ea re fieri placeret de ea re ita censuerunt. — 5) mendose pro *Caesari*. — 6) Ita Gorius; *consensum* Donat. *consesum* Haubold. — 7) lacuna unius palmi. — 8) *eligendi* Donatus supplevit; in lapide tantum priores verbi literae supersunt.

picendique [1]), uter eorum locus magis idoneus videatur emendus publica pecunia a privatis eius loci quem magis probaverint; utique apud eam aram quodannis A. D.... [2]) publici manibus eius per magistratus eosve qui ibi iuri dicendo praerunt, togis pullis amictos, quibus eorum ius fasque, eo die, eius vestis habendae, inferiae mittantur, bosque et ovis atri infulis caerulis infulati, diis manibus eius mactentur; eaeque hostiae eo loco adoleantur, superque eas singulae urnae lactis, mellis, olei, fundantur; ac tum demum factam ceteris potestatem, si qui privatim velint manibus eius inferias mittere; nive quis amplius uno cereo unave face coronave mittat, dum ii qui immolaverint, cincti Gabino ritu, struem lignorum succendant, adque exinde habeant. Uti locus ante eam aram, quo ea strues congerantur conponantur, pateat quoque [3]) versus pedes XL stibitibusque rubustus saepiatur, lignorumque acervos eius rei gratia quodannis ibi constituatur, cippoque grandi secundum aram defixso hoc decretum cum superioribus decretis ad eius [4]) honores pertinentibus incidatur insculpaturve; nam, quod ad cetera solemnia, quae eodem illo die vitare caverive placuissent placerentque, id sequendum quod de iis senatus P. R. censuisset; utique pri[mo] quoque tempore legati ex nostro ordine imp. Caesare. Augustum, patrem patriae, pontificem maximum, tribuniciae potestatis XXV, adeant petantque ab eo, uti colonis Iuliensibus coloniae obsequentis Iuliae Pisanae ex hoc decreto ea omia [5]) facere exsequique permittat.

II.

.... [scribendo ad]fuer. [6]) Q. Sertorius Q. F. Atilius Tacitus, P. Rasinius L. F. Bassus, L. Lappius P. F. Thallus, Q. Sertorius Q. F. Alpius Pica, C. Vettius, L. F. Vircula, M. Herius M. F. Priscus, A. Albius A. F. Gutta, Ti. Petronius Ti. F. Pollio, L. Fabius L. F. Bassus, Sex. Aponius Sex. F. Creticus, C. Canius C. F. Saturninus, L. Otacilius Q. F. Panthera; quod adsunt, cum in colonia nostra propter contentiones candidatorum magistratus non essent, et ea acta essent, quae infra scripta sunt.

Cum A. D. IIII nonas Apriles allatus esset nuntius, C. Caesa-

1) Pro: *adipiscendique* omnia exempla dant. — 2) Post A. D. lacuna est scripturae quam Noris ita supplevit ut scriberet: A. D. XII K. Sept. Sed Gorius commemorat, in veteris Calendarii fragmento Antiatino, quod Blanchinius in Anastasii Vitis Pontificum edidit Tom. II. p. 221. XIII K. Sept. assignari inferias L. Caesaris. Idem calendarii fragmentum Orellius dedit Inscript. Coll. Vol. II. p. 397. Clemens Cardinalis ex testimonio Monumenti Gabiniani (Visconti Monum. Gabin. Ed. Labus. Prefaz. p. III.) legendum censuit (in Memorie Roman. I, 4. p. 190): A. D. XIII K. Oct. (Quo die L. Caesar discessit). Tanquam in re incerta lacunam reliquimus. — 3) Tabula: *pate ... uoque.* — 4) Tabula: *ei..* — 5) *omia* exhibet tabula; ut paulo superius *Caesare* pro: *Caesarem;* et *obsequenti.* — 6) Norisius primum versum integrum exhibet: *Pisis in Augusteo scrib. adfuer.*, eumque sequitur Haubold. Sed Gorius primae lineae tantum aliqua vestigia supperesse asseverat; praeterea ab imo ad summum marmor in duas partes scissum esse, in eoque hiatu literas haustas.

rem, Augusti, patris patriae, pontif. maxsumi, custodis imperi romani, totiusque orbis terrarum praesidis, filium, Divi nepotem, post consulatum quem ultra finis extremas populi romani bellum gerens feliciter peregerat, bene gesta re publica, devicteis aut in fidem receptis bellicosissimis ac maxsimis gentibus, ipsum, volneribus pro re publica exceptis, ex eo casu crudelibus fatis ereptum populo romano, iam designatum iustissumum ac simillumum parentis sui virtutibus principem, coloniaeque nostrae unicum praesidium, eaque res nondum quieto luctu quem ex decessu L. Caesaris, fratris eius, consulis designati, auguris, patroni [1]) nostri, principis iuventutis, colonia universa susceperat, renovasset multiplicassetque moerorem omnium singulorum universorumque, ob eas res universi decuriones colonique, quando eo casu in colonia neque IIvir neque praefecti erant, neque quisquam iure dicundo praerat, inter sese consenserunt, pro magnitudine tantae ac tam inprovisae calamitatis, oportere ex ea die qua eius decessus nuntiatus esset, usque ad eam diem, qua ossa relata atque condita, iustaque eius manibus perfecta essent, cunctos, veste mutata, templisque deorum immortalium balneisque publicis et tabernis omnibus clausis, convictibus sese apstinere, matronas quae in colonia nostra sunt, sublugere, diemque eum, quo die C. Caesar obit, qui dies est A. D. VIIII K. Martias, pro Alliensi lúgubrem memoriae prodi, notarique in praesentia, omnium iussu ac voluntate, caverique ne quod sacrificium publicum neve quae supplicationes, nive sponsalia nive convivia publica, postea in eum diem eove die, qui dies erit A. D. VIIII K. Mart., fiant concipiantur indicanturve; nive qui ludi scaenici circiensesve eo die fiant spectenturve;

Utique eo die quodannis publice manibus eius per magistratus, eosve qui Pisis iure dicundo praerunt, eodem loco eodemque modo, quo L. Caesari parentari institutum est, parentetur; utique arcus celeberrimo coloniae nostrae loco constituatur, ornatus spoleis devictarum aut in fidem receptarum ab eo gentium; super eum statua pedestris ipsius triumphali ornatu, circaque eam duae equestres inauratae Gai et Luci Caesarum statuae ponantur;

Utique, cum primum per legem coloniae duoviros creare et habere potuerimus, ii duoviri qui primi creati erunt, hoc quod decurionibus et universis colonis placuit, ad decuriones referant, eorum publica auctoritate adhibita, legitume id caveatur, auctoribusque iis in tabulas publicas referatur; interea T. Statulenus Iuncus, flamen augustalis, pontif. minor publicorum P. R. [2]) sacrorum rogaretur, uti cum legatis, excusata praesenti coloniae necessitate, hoc officium publicum et voluntatem universorum libello reddito imp. Caesari Augusto, patri patriae, pontif. maxsimo, tribuniciae potest. XXVI, indicet;

---

1) Noris PRONI; sed marmor Gorio teste plene scriptum: *patroni.* — 2) populi romani.

Idque T. Statulenus Iuncus, princeps coloniae nostrae, flamen august., pontif. minor publicorum p. r. sacrorum, libello, ita uti supra scriptum est, imperatori Caesari Augusto, pontif. maximo, tribun. potest. XXVI, pat. patriae, reddito fecerit [1]), placere conscriptis, quae A. D. IIII nonas Apriles, quae Sex. Aelio Cato C. Sentio Saturnino cos. fuerunt, facta acta constituta sunt, per consensum omnium ordinum, ea omnia ita fieri agi haberi opservarique ab L. Titio A. F. et T. Allio T. F. Rufo II viris, et ab eis quicumque postea in colonia nostra II vir. praefecti sive qui ali magistratus erunt, omnia in perpetuom ita fieri agi haberi opservarique; utiq. L. Titius, A. F. T. Allius T. F. Rufus, II viri, ea omnia quae supra scripta sunt, ex decret. nostro, coram pro quaestoribus, primo quoque tempore, per scribam publicum, in tabulas publicas referenda curent, censuere.

1750. Pridie K. Martias in cur. [2]) scribendo adfuere cuncti. Quod verba facta sunt M. M. [3]) Memmios [4]) Rufos pat. et fil. II vir. iter. [5]) pequnia ponderale [6]) et chalcidicum et scholam secundum municip. [7]) splendorem fecisse, quae tueri publice decreto D. E. R. I. C. [8]) Placere huic ordini cum M. M. Rufi pat. et fil. II vir. iter. in edendis muneribus adeo liberales fuerint, ut eorum monumenta decori municipio sint, adeo diligentes ut viticis ponderum occurrerint idq. in perpetuum provederint, placere decurionib. M. M. Memmios Rufos pat. et fil. dum ii viverent eorum pos.... m et schola. et chalcidi. [9]) quae ipsi fecissent procurationem dari, utique servos eius ..... m pius est... [10]) negotio praeponerent, neque inde abduci sine decurionum decreto et M. M. Rufis pat. et fil. publice gratias agei quod iterationi honori [11]) eorum non ambitionei neque iactationi suae dederint sed in cultum municipi. et decorem contulerint. — Decretum Pompeianum, qua Marcis Rufis patri et filio aedificiorum ab ipsis sua impensa exstructorum procuratio datur. Capacii Hist. Neapol. Lib II. cap. 9. Reines. Cl. VII., 15. p. 484. (Rosini) Dissert. isagog. I. p. 54.

Lex Puteolana parieti faciundo.

1751. Tabula marmorea Neapoli asservata (Palazzo Farnese) lata pedes IIII S. alta pedes II, crassa uno pollice, scriptura in tres columnas

---

1) Oratio hoc loco, quod Egger observavit, mendo laborat sculptoris, ut videtur, culpa: excidit aliquid in hunc fere modum supplendum: *quia* vel *cum fecerit.* — 2) curia. — 3) Marcos duos. — 4) Rosini exscriptorem in *Memmiorum* nomine peccasse arbitratur (nam tabula ipsa non amplius habetur), atque *Remmios* legendum, quos viros inter principes Pompeianos fuisse aliae inscriptiones ibidem repertae ostendunt. — 5) duumviros iterum. Capacius: *et viri.* — 6) Ad *pecunia* adde: *sua.* Capacius: *ponderali.* — 7) municipii. — 8) de ea re ita censuere. — 9) eorum ponderum et scholae et chalcidici. Reines. eorum ponderalis et scholae etc. Rosini cum Gorio. — 10) utique servos nisi quis eorum impius est isti negotio praeponerent. Reines. utique servos, quos ipsis erit libitum negotio praeponerent. Rosini. — 11) Legendum: iterationem honoris. Rosini.

disposita, literis satis bona sed alicubi incorrecta. (Grut. p. 207. Marini Att. arv. I. p. 222.) Continet inscriptio legem operum faciendorum, quae Puteolani publice locaturi erant. Primus edidit Georgius Fabricius Monument. antiq. p. 23. tum plurimi repetiverunt ab Hauboldio enumerati (Exercitatt. Vitruv. III. Opusc. acad. II. p. 438. not. h. et Monum. legal. p. 70.) collectionnm epigraphicarum auctores Ant. Augustinus, Brissonius, Smetius, Gruterus, Fleetwood, Terrasson, quibus adde Fabrettum p. 463, 95, tum qui historiam agri et oppidi Puteolani conscripserunt, vel data opera explicuerunt usque ad Petrum Marquez (Don Pietro Marquez Dell' ordine dorico con appendice sopra un' antica tabola di Pozuol. Rom. 1803. 8. p. 147. seqq.). Iis quidem accesserunt Guarini (Neapol. 1824.) Zannoni Antico marmo scritto di Pozzuoli. Firenz. 1826. Fidem tabulae Puteolanae qui impugnat Maffeius Art. crit. lapidar. Lib. III. c. 4. p. 304. refutatur a Zacharia Istituz. lapidar. p. 158. Caietano Cognolato Praefat. ad Forcellin. Lexic. Tom. IV. p. XXVI. Ed. Lips. et Hieronymo Amatio Giornale arcad. Tom. XXXIII. p. 323 seqq. Recepit tabulam etiam Egger in Lat. sermon. reliquiis p. 248.

Ab colonia deducta anno XC. N. Fufidio N. F. M. Pullio Duovir. P. Rutilio Cn. Mallio Cos.[1]) Operum lex II.

Lex parieti faciundo in area, quae est ante aedem Serapi trans viam.

Qui redemerit, praedes dato praediaq. subsignato duumvirum arbitratu. In area trans viam paries, qui est propter viam, in eo pariete medio ostiei lumen aperito, latum P. VI altum P. VII facito. Ex eo pariete antas duas ad mare vorsum proicito longas P. II. crassas P. I. ≡[2]) insuper id limen robustum, longum P. VIII. latum P. S. ≡[3]) altum P. S. ≡ imponito; insuper id et antas mutulos robustos II. crassos S= altos P. I. proicito extra pariete[4]) in utramq. partem P. IV. Insuper simas pictas ferro offigito. Insuper mutulos, trabiculas abiegnieas II, crassas quoque versus S.[5]) inponito, ferroque figito; inasserato asseribus abiegnieis, sectilibus, crasseis quoque versus = = disponito ni plus S ≡, operculaque abiegniea lata S≡ crassa Ϛ[6]), cumatiumque inponito, ferroq. plano figito, portulaque tegito, tegularum ordinibus seneis quoqueversus. Tegulas omnes in antepagmento ferro figito, marginemque inponito. Eisdem[7]) fores clatratas II. cum postibus aesculnieis facito, statuito, occludito, picatoque, ita uti ad aedem Honorus[8]) facta sunt. Eisdem[7]) maceria extrema paries qui est, eum parietem cum margine altum fa-

---

1) Ante Chr. 105. — 2) hanc notam tres uncias significantem ommittunt Brissonius, Egger, alii; sed Gruter. addit atque in tabula esse testatur Marini Att. arv. I. p. 228. — 3) semis et tres uncias. — 4) *pariete* pro *parietem* omnia exempla exhibent. — 5) post *quoqueversus* Brisson. Haubold. Egger addunt literam S (i. e. semis); Gruterus omittit. Idemque male: *abiegineis*, *abieginea*, quum Guarino et Zannonio testibus tabula exhibeat *abiegneis*, *abiegnea*. — 6) haec nota semiunciam significat. — 7) *eisdem* ut paulo infra *eidem* pro *item* accipiendum est, sive errori scalptoris vel describentium sive peculiari sermonis formae debetur. — 8) pro *honoris*.

cito P. X. Eisdem ostium introitu in area quod nunc est et fenestras quae in pariete propter eam aream sunt parietem opstruito et parieti, qui nunc est propter viam, marginem perpetuum inponito, eosque parietes marginesque omnes, quae lita non erunt calce harenato, lita politaque et calce uda dealbata recte facito. Quod opus structile fiet in terra, calcis restinctai partem quartam indito, nive maiorem caementa struito, quam quae caementa arda pendat P. XV., nive angolaria altiorem = = ⊊ facito [1]), locumque purum pro opere reddito. Eidem sacella aras signaque, quae in campo sunt, quae demonstrata erunt, ea omnia tollito, deferto, componito, statuitoque ubei locus demonstratus erit, duumvirum arbitratu. Hoc opus omne facito arbitratu duovir. et duoviratium [2]), qui in consilio esse solent Puteolis, dum ni minus viginti adsient, cum ea res consuletur. Quod eorum viginti iurati probaveriut, probum esto. Quod ieis improbaverint, improbum esto. Dies operis K. Novembr. primeis. Dies pequn.: pars dimidia dabitur, ubei praedia satis subsignata erunt; altera pars dimidia solvetur opere effecto probatoque.

C. Blosius Q. F. HS CI϶ D. idemque praes Q. Fuficius Q. F., Cn. Tetteius Q. F., C. Cranius C. F. Ti. Crassicius.

1752. Col. I.

...... laudabiliter functus ..... incrementa digni ..... manifesta spes ..... ficiant gratam ..... quam industri ..... levavit et magis ..... iam plebis ..... ntur plac ..... et tab. aeneam ..... rem p. erga .....I. R. H. I. *quod* [3]) *egregie de nobis insequen*tis an*ni curam antea iam ab eo splendide ad*ministra-

Col. 2.

tam rusus subeundo meru*erit et statuae* honore contentus sumptus *remiserit cum D. E. R.* [4]) *pu*blice decerneretur in E. V. Q. I. *S. S.* [5]).

---

1) nota ante verbum *facito* significat quattuor uncias cum semiuncia. De universo hoc loco inde a verbis: *Quod opus structile* cet. Iahnius, qui *caementa, angolaria* pro accusativo *caementam, angolariam*, ut supra *pariete* pro *parietem*, accipit, ita exponit (Bulletin. archeolog. 1841. p. 11.): „Totum locum sic intellige. Opus structile cui solidum opponitur, quod ex una materia factum est, struitur e calce vel simplice vel terra admixta, atque caementis; quod ut recte fiat, praescribit lex redemtori rationem qua calcem terrae misceat. Locus igitur sic iungendus: quod opus structile fiet in terra calcis restinctae partem quartam indito, neve maiorem caementam struito, quam quae caementa arda pendat pedes XV etc." Zanonius contra verba *nive maiorem* cum antecedentibus coniungit, sequentia ita explicat: caementa (lege *caementas*) struito, quamque (leg. *quaeque*) caementa arda pendat P. XV... nive angolaria (lege *angulariam*) altiorem etc. — Brissonius pro *nive maiorem* habet *vivae maiorem*. Forma *arda* est pro *arida*. — 2) duovirates sunt qui munere duumvirorum defuncti sunt. Erant qui coniicerent legendum esse: *duoviralium*. Sed tabula habet certa scriptura insculptum Guarino et Zannonio testibus *duoviratium*. V. Forcellin. s. duovirates. — 3) Supplementa Cayri et Pistilii sunt, *rusus* vitiose pro *rursus*. — 8) de ea re. — 4) in eisdem verbis quae infra scripta sunt.

Q. Licinio Graniano, L. Minicio Natali Cos... Sorae in basilica Caes.

Scrib. adf. M. Vibius Auctor, A. Iustuleius Balbus, M. Tossius Marcellus, C. Albinius Ingenuus, C. Iulius Clemens.

Quod A. Lucernius Decrianus, L. Tullius Cerialis II vir V. F.[1]) de II viro Quinquenn. in prox. annum fieri placere, M. Vibium Auctorem multa de R. P. merentem, ob tam egregium eius adfectum cotidie excogitantisque admodum col. N.[2]) beneficis suis honoret; omnium suffragantibus votis. — Tabula marmorea ab utroque latere fracta, ita ut primae columnae nonnisi lacerae reliquiae supersint, tertia columna plane interierit. Reperta est proxime praeterlapso seculo exeunte in agro Fregellensi, edita a Cayro (Sulla città di Fregelli. Napoli. 1795. p. 84.) et Pistillio (Citta sui fiumi Liri e Fibreno. Napoli 1798. p. 96.) Mommsenio (Bulletin. arch. 1846. p. 42); asservatur Neapoli in Museo Borbonico. Ex Mommsenii coniectura credibile est, prima columna contineri decretum primarium, quo M. Vibio Auctori tabula patronatus offertur ob merita duobus subnexis decretis commemorata, quorum priore adhuc integro M. Vibius Auctor Duumvir Quiquennalis in proximuma nnum creatur; posteriore, quod intercidit, statuae honorem adeptus est.

Decretum Tergestinum.

1753. Insculptum lapideo cubo satis magno, olim moenibus Tergestinae civitatis immisso, nunc in coemeterio ecclesiae cathedralis, ubi monumentum conspicitur Winckelmanni asservato. Fuit haec, ut ex inscriptione apparet, basis statuae eqnestris, quam hoc ipso decreto civitas Fabio Severo civi suo, senatori romano, ob multa in patriam urbem merita poni iussit. Nomen civitatis, quae ita decrevit, nusquam inscriptio continet; sed Tergestinam esse, non est quod dubitemus; atque factum esse decretum imperatore M. Antonino Pio mortuo (non igitur ante annum 161 p. Ch.) M. Antonino philosophi imperante tabula ipsa demonstrat. Binis inscriptio columnis continetur, quae res, monente Göttlingio, ostendit, primum hoc esse et originarium non ex alio transcriptum exemplum. Hoc quoque notandum est, primos sex versus prioris columnae maioribus literis insculptos esse, ita ut haec ipsa columna tantum triginta septem, altera triginta octo versus habeat.

Primus edidit Apianus p. 355, tum Fabricius Monum. IV. p. 36. Apiani exemplum exprimit, uno alterove tantum loco ab eodem recedens Gruterus p. 408. sed ita ut nec ipse de lapide transcripsisse nec praeter Apianum et Fabricium, alium denuo transcribentem auctorem secutus esse appareat. Gruterum secuti sunt Ireneo della Croce Istoria della città di Trieste. Venezia 1698 f. p. 145 et Terassonus nro. LX. p. 51. Emendatius et cum ipso monumento collatum denuo edidit decretum Don Gian-

---

1) verba fecerunt. — 2) coloniam nostram; ante *ad modum* videtur *quem* mutandum in *quem* et legendum: *quemadmodum*.

rinaldi Conte Carli (Della Antichità Italiche. P. II. Milano 1788. 4. Lib. II. §. p. 76); simulque lectionis varietatem suppeditat e codice Tornitano, qui exemplum e monumento transcriptum continet, excerptam. (P. III. Milano 1789. Supplement. alla Parte II. p. LIX. seqq.) Exhibet etiam Mainati Chroniche ossia memorie storiche antiche di Trieste. Tom. I. P. I. Venezia. 1819. Gruteri exemplum sequitur Orellius Inscr. sel. N. 4040. Carlii exemplum Hauboldus Mon. leg. p. 349. variantibus lectionibus e Grutero et e codice Redii additis. Commentatus est de hoc decreto Car. Witte (Vratislav. 1832), idemque seorsim edidit secundum exemplum a Kandlero Tergestino factum C. T. Zumpt (Decretum municipale Tergestinum. Berolin. 1837.) Denuo ad lapidem accuratissime exactum publicavit Göttling. (Funfzehn Urkunden S. 75), cuius exemplum nos quidem secuti sumus, ita tamen, ut aliquot locis ubi nunc in tabula scriptura obliterata est, ex priorum editorum exemplis supplementa lacunarum peteremus.

Kl. Novembr. Hispanius Lentulus et .....s Nepos IIvir iur. dic. V. F. [1]) Fabium Severum, clarissimum virum, multa iam pridem in remp. nostram beneficia contulisse, ut qui a prima sua statim aetate id egerit, ut in adaugenda patria sua et dignitate et eloquentia cresceret: nam ita multas et magnificas causas publicas aput optimum Principem Antoninum Aug. Pium adseruisse, egisse, vicisse sine ullo quidem aerarii nostri inpendio, ut quamvis admodum adulescens senilibus tamen et perfectis operibus ac factis patriam suam nosque insuper sibi universos obstrinxerit; nunc vero tam grandi beneficio, tam salubri ingenio, tam perpetua utilitate remp. N. [2]) adfecisse, ut omnia praecedentia facta sua, quamquam immensa et eximia sint, facile superarit: nam in hoc quoque mirabilem esse C. V. [3]) virtutem, quod cotidie in benefaciendo et in patria sua tuenda ipse se vincat, et idcirco quamvis pro mensura beneficiorum eius impares in referenda gratia simus, interim tamen pro tempore vel facultate, ut adiuvet saepe facturus, remunerandam esse C. V. benevolentiam, non ut illum proniorem habeamus; (aliud enim vir ita natus non potest facere); sed ut nos iudicantibus gratos praebeamus et dignos tali decore talique praesidio. Q. F. P. D. E. R. I. C. [4]) primo censente L. Calpurnio Certo:

Cum Fabius Severus, vir amplissimus adque clarissimus, tanta pietate tantaque adfectione remp. N. amplexus sit, itaque pro minimis maximisque commodis pius excubit. [5]) adque omnem praestantiam asseverat [6]), ut manifestum sit, id eum agere, ut non modo nobis sed proximis quoque civitatibus declaratum velit esse, se non ali quam patriae suae natum et civilia studia, quae in eo quamvis admodum iuvene iam sint peracta adque perfecta ac senatoriam dig-

1) verba fecerunt. — 2) nostram. — 3) clarissimi viri. — 4) quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt. — 5) errore quadratarii pro: excubuerit. — 6) Göttlingius priorem huius verbi partem obliteratam esse scribit; Gruterus: *auxerit.*

nitatem hac maxime ex causa concupivisse, uti patriam suam tum ornatam tum ab omnibus iniuriis tutam defensamq. praestaret, interim aput iudices a Caesare datos interim aput ipsum Imperatorem causis publicis patrocinando, quos cum iusticia divini Principis tum sua eximia ac prudentissima oratione semper nobis cum victoria firmiores remisit; ex proximo vero, ut manifestatur caelestibus litteris Antonini Aug. Pii, tam feliciter desiderium publicum apud eum sit prosecutus impetrando, ut Carni Catalique attributi a Divo Augusto Pio rei publicae nostrae prout qui meruissent vita adque censu per aedilitatis gradum in curiam nostram admitterentur ac per hoc civitatem romanam apiscerentur, et aerarium nostrum ditavit et curiam nostram complevit et universam remp. N. cum novis coloniis [1]) ampliavit admittendo ad honorum communionem et usurpationem romanae civitatis et optimum et locupletissimum quemque, ut scilicet qui olim erant tantum in redditu pecuniario nunc et in illo ipso duplici quidem per honorariae numerationem repperiantur, ut et ipsi sint, cum quibus munera decurionatus iam ut paucis onerosa honeste de pleno compartiamur; adque gratiam habendam ut in saecula permensuram eiusmodi beneficio oportuerat quidem si fieri posset, ac si verecundia clarissimi viri permitteret universos nos Romam [2]) ire et gratias ei iuxta optimum principem agere; sed quoniam certum est nobis, onerosum ei futurum tale nostrum officium, illut certe proxime fieri oport.... no statuam ei auratam equestrem primo quoque tempore in celeberrima fori nostri parte poni et in basi eius hanc nostram consensionem adque hoc decretum inscribi, uti ad posteros nostros tam voluntas amplissimi viri quam facta permaneant; petique a Fabio Vero egregio viro patre Severi, uti quandoquidem et commentum hoc ipsius sit providentiae, qua rem publicam N. infatigabili cura gubernat, et in hoc pignus publici beneficii, quod talem nobis et imperio civem procreavit atque formavit, cuius opera studioq. et ornatiores et tutiores in dies nos magis magisque sentiamus, uti ea placuisse in hanc rem adsensum suum legari mandarique sibi permittat, uti gratias publice clarissimo viro mandatu nostro agat et gaudium universorum singulorumque ac voluntatem ut magister talium rerum in notitiam eius perferat.

Censuerunt.

1754. T. Hoenio Severo, M. Peduceo Priscino Cos. [2]) VI K. Dec. Decret. decur.

Quod C. Caesius Silvester P. P. V. F. Aetrium Ferocem Centur. leg. II. Traian. fortis. per incrementa gradus militiae suae tam singulis quam reip. n. quotiens necesse fuit multum praestitisse,

---

1) coniectura est Göttlingii, qui in lapide haec antum invenit: *remp. n. cun. ic... niis ampliavit.* Kandlerus legit: *remp. n. cum egminiis;* unde Zumptius coniecit legendum: *remp. n. civv. egregiis* i. e. (rem publicam nostram civibus egregiis). — 2) Post Chr. 141.

proxime quoque petitioni nostrae ab optimo maximoque principe Antonino Aug. Pio vectigal viae silici stratae ita instituisse, ut mature impetraretur et impendis urbicis resp. beneficio eius relevaretur, et optimus Imp. n. excorniculario Praef. vigulum primo ei omnium ordinem Alexandriae dederit, debere nos itaque ei statuam pedestrem secus merita eius decernere: Q. F. P. D. E. R.

Referente L. Vario Firmo IIII vir. censente C. Cluvio Sabino ita cens. — Fabriani in oppido prope antiquum Tuficum. Bullet. archeo. 1845. p. 132.

1755. Centum viri municipii [1]) Augusti Veientis Rómae in aedem Veneris Genetricis cum convenissent, placuit úniversis dum decretum conscriberetur interim ex auctóritatate omnium permitti C. Iúlio divi Augusti L. Gelóti, qui omni tempore múnicip. Veiós non sólum consilio et grátiá adiuverit sed etiam impénsis suis et per filium suum celebrári voluerit honórem ei iústissimum decerni ut Augustalium numeró habcátur aeque ac si eo honóre usus sit liceatque ei omnibus spectáculis múnicipio nostro bisellio proprio inter Augustáles considere cénisque omnibus publicis inter centumvirós interesse; itemque placere, né quod ab eó liberisque eius vectigal múnicipii Augusti Veientis exigeretur.

Adfuérunt: C. Scaevius Curatius, Cn. Octavius Sabinus II vir.

L. Perperna Priscus,	T. Sempronius Gracchus [2])
M. Flavius Rufus. Q. [3])	P. Acuvius P. F. Tro. [4])
C. Vettius Rufus. Q. [3])	C. Veianius Maximus.
M. Tarquitius Saturnin.	T. Tarquitius Rufus.
L. Maecilius Scrupus.	C. Iulius Merula.
L. Favonius Lucanus.	

Actum Gaetulico et Calvisio Cos. [5]) — Inter Veiorum rudera repertum in tabula marmorea et a Fabretto Inscript. p. 170 primum editum, olim in museo Ciampino nunc in Capitolio asservatum. Post Fabrettum ediderunt et illustrarunt: Mazochi Tabb. Heracl. II. p. 450. Morcelli De stil. n. CCCVIIII. Haubold Monum. leg. p. 188. Orelli. Inscr. 4046. Goettling Funfzehn Röm. Urkund. pag. 73. Compluribus in tabula verbis accentus superscripti sunt, quorum ratio non satis certa est, Goettlingio eam vim habere videtur, ut syllabas longas indicando pronuntiationem adiuvent. Vertit et explicuit Egger Examen des historiens d'Auguste. App. II. Au-

---

1) litera altera I praecedente aliquanto altior in tabula, ut reliquam scripturam supermineat, quod plerumque nonnisi in una litera I pro duplice I posita fieri solet. — 2) In tabula, Göttlingio teste, est *Gracchus*, neque ut editores qui eum praecesserunt exhibent, *Graccus*. Praeterea apud *Haubold.* mendose *L. Sempronius* pro *T. Sempr.* et mox. *L. Maecilius Servius* pro *L. Maecilius Scrupus.* — 3) Quaestor. Morcel. Etiam Goettlingius ita explicari mavult, quam: Quirina tribu. — 4) Tromentina tribu. Morcel. Sed Goettlingius explicat: Trossulus; quod nomen antiquum equitum romanorum seriori aevo denuo nonnunquam in usum revocatum esse Marquardt Histor. equit. romanor. p. 62 et Zumptius (Ueber die röm. Ritter p. 40) demonstrent. — 5) Post Chr. 26.

gustales. p. 388. seqq. Neque minus docte de eodem decreto exposuit A. W. Zumptius in Comment. De Augustalibus p. 20.

1756. . . . . Quaeque aqua in oppidum Venafranorum it, fluit, ducitur, eam aquam distribuere discribere vendundi causa aut ei rei vectigal imponere constituere II viro II viris praefec. Praefectis eius coloniae ex maioris partis decurionum decreto quod decretum ita factum erit cum in decurionibus non minus quam duae partes decurionum adfuerint; legemque ei dicere ex decreto decurionum quod ita ut supra scriptum est decretum erit, ius potestatemve esse placet, dum ne ea aqua quae ita distributa deve qua ita decretum erit aliter quam fistulis plumbeis D. T. [1]) ab rivo P. L. ducatur, neve eae fistulae aut rivos nisi sub terra quae terra itineris viae publicae limitisve erit ponantur conlocentur, neve ea aqua per locum privatum invito eo cuius is locus erit ducatur, quamque legem ei aquae tuendae oneribusve, quae eius aquae ductus ususve causa facta sunt, erunt, tuendis.... ... Decreto, quod ita ut S. S. E. factum .... — Fragmentum decreti Venafrani. Bulletin. dell' Inst. arch. 1846. p. 164. Gerhard Archaeol. Zeitung. 1846. N. 47. p. 374. Cf. Savigny Zeitschrift f. gesch. RW. XIV. p. 373. not. 106. XV. p. 265. not. 131.

1757. *Die . . . consulibus senatum habentibus II viris . . . . in urbe . . . . in curia, Convenerunt decuriones. Quod universi* verba *fecerunt de L. Anii honoribus, quid de* ea re fieri *placeret, de ea re privatim et* publice *omnes ita censuerunt:* Cum L. An*nius mortuus sit, de quo senatus auc*toritas facta *esset honoris causa ante iam nisi gravis*sima bella iudicia de re *publica impedissent, qui et* militiae stip*endia omnia meruerit et domi pri*vatim publiceque munific*entia sua municipes exornarit*, deductusque *ab Imp. . . in urbem . . . patria re*licta variis et plurimis im*pensis ita rem publicam adiuver*it ut et patrim*onium non tam suum putaret* quam quod sibi ac suis *municipibus prodesset et* laetior semper *maiora onera praestaret, nu*nc quoque in maxim*a temporum cura de retributio*ne officiorum *digna semper sollicitis*, placere conscriptis *universis. quoniam tempus vitae* iam deficiens *impedivit virum honori*bus decorari ut e foro *omnes funus eius prosequantur* atque utilissime *videri eo die iudicia sisti* vadimoniaque eius diei *differri et curare duumviros* alterum amb*osve, ne quis in muni*ficentissimi princis [2]) in *exequis celebrandis per has aliasve r*es posset esse inped*itus; locumque dari quo statua in pub*lico ponatur cum ins*ignibus militaribus, ubi populus maxime* frequentet, ut *sciant omnes*, *quibus honoribus civis* optumus et minis*ter fidelissimus affectu*s *sit*, cum decreto aeri *inciso in curia figendo tum* clupeis donisque quae a *Caesare accepit occasione mili*tiae successori*busque eius; denique locum* publice

---

1) dumtaxat. — 2) Quomodo emendandum sit, non liquet.

dari quem f. . . . in mortem *funeris causa iuxta via*m Appiam. — Decretum est municipii prope viam Appiam siti, cuius nomen nescitur: nam nonnisi terna frusta basis marmoreae supersunt Neapoli in museo borbonico asservata, quae margines inscriptionis dextram et sinistram et laceram partem e media inscriptione continent. Singula frusta eorundem denorum senorum versuum fragmenta servarunt. Scripturae forma primum post Christum nat. seculum arguit. Decernuntur ibi L. Annio cuidam honores funeris publici, statuae et loci sepulturae. Edidit haec fragmenta et restituit pro rei argumento etiamsi singula verba non praestet Theodor. Mommsen in Richter. Krit. Iahrbüch. Tom. XV. p. 473.

1758. Fausto Cornelio Sulla, Sex. Tidio Catullino Cos.

L. Cornelius A. F. Fal. . . . . U*pilius* ut . . . . . cum M. Iunius Silani Monimus ex ordine sit nostro et utilis sit rei publicae et amator municipii, muneraque eius municipio conspiciamus, censeo, locum qui est extra portam Medianam ab eo loco in quo schola fuit long. P. LXVII. ad rivom aquae Albanae et a via introrsus in quo antea columnar. publicum fuit lat. P. X. honoris caussa M. Iunio Silani L. Monimo posterisq. eius dari.

Tum universi cum M. Iunius Silani L. Monimus in ara et municipium et reip. sit utilis et munificus ad munera omnia eius municipii facienda, locum qui est extra portam Medianam in quo columnar. fuit ab eo loco in quo schola fuit long. P. LXVII. ad rivom aquae Albanae, latum a via publica in agrum P. X. M. Iunio Silani L. Monimo posterisq. eius honoris caussa dari censuerunt. In Decurionibus fuerunt XXVI. — Marini, postea Romae. Fabret. p. 463. Orel. 4034.

1759. *Conscr*iptes Cose. [1] T. Fa [2] . . . *praifecti pro* praifectura tota *Fundanorum hospitium* fecere quom Ti [3] . . . . in eius fidem om*nes tradimus et* convenumis [4]. C*ooptamus eum patronum.* M. Claudio M. F. . . . . . *cos.* — Fondi Fragmentum tabulae hospitii in massa aerea, a Minervinio et Henzenio suppletum. Bulletin. arch. Napolit. III. p. 90. Archaeol. Zeitg. 1846. p. 330.

1760. L. Silano Flamine Martiali, C. Vellaeo Tutore Cos. [5] Non. Decembr.

Senatus populusque Siagitanus hospitium fecerunt cum C. Silio C. F. Fab. [6] Aviola, Trib. mil. leg. III. Aug. [7] Praefecto fabrum, eumque posterosque eius sibi posterisque suis Patronum cooptaverunt. C. Silius C. F. Aviola eos posterosque eorum in fidem clientelamque suam recepit. Agente Celere Milchonis Gulalsae [8] filio

---

1) *conscriptes* pro: *conscripti* antiquiore forma. In *Cose* Minervinio nomen *Cosentiae* in Apulia vel *Cossae* in Samnio subesse videtur; Henzenio est pro cosesu i. e. consensu. — 2) Fabia tribu. — 3) cum Tiberio... — 4) pro: convenimus, ut Venerus pro Veneris, simila. — 5) consules suffecti a. u. c. 763. vel ut Marinio placet 780. — 6) Fabia tribu. — 7) tribuno militum legionis III. Augustae. — 8) Ita Gruter. *Gulassae* Morc.

Suffete. — Romae in tabula aenea. Gruter. p. 470. Morcel. Stil. CCCXIIII.

1761. L. Arruntio Stella, L. Iulio Marino Cos. [1]) XIIII. K. Nov.

M. Acilius Placidus, L. Petronius Fronto IIII vir. I. D. S. C. [2]) Ferrentini in curia aedis Mercuri. Scribundo adfuerunt A. Segiarnus Maecianus, T. Munnius Nomanlinus.

Quod universi V. F. [3]) T. Pomponium Bassum clarissimum virum demandatam sibi curam ab indulgentissimo Imp. Caesare Nerva Traiano Augusto Germanico qua aeternitati Italiae suae prospexit secundum liberalitatem eius ita ordinare, ut omnis aetas curae eius merito gratias agere debeat, futurumque ut tantae virtutis vir auxilio sit futurus municipio nostro Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. [4])

Placere conscriptis legatos ex hoc ordine mitti ad T. Pomponium Bassum clarissimum virum qui ab eo impetrent in clientelam amplissimae domus suae municipium nostrum recipere dignetur, patronumque se cooptori tabula hospitali incisa hoc decreto in domo sua posita permittat, censuere.

Egerunt legati A. Caecilius A. F. Quirinalis et Quirinalis F. Ad Aug. Tem. C. P. Ad Aug. Tem. C. P. [5]) — Florentiae in aenea tabella. Ald. Manut. Orthogr. p. 74. Grut. p. 456. Gori Inscr. Etr. I. p. 65. Fea Frammenti di fast. cons. p. 9. n. 24. Adp. Haubold Mon. p. 232. Henzen in Annal. dell' instit. arch. 1845, p. 40.

1762. C. Vettio Attico et C. Asinio Praetextato Cos. [6]) pr. Idus April.

Peltvini Vestinis in curia ordinem habentibus T. Avidiano Restituto et Blaesio Natale Aedd. QQ. [7]) scribundo adfuerunt.

Quod universi verba fecerunt, Nummiam Variam C. F. sacerdotem Veneris Felicis ea adfectione adque prono animo circa nos agere coepisse pro instituto benevolentiae suae sicut et parentes eius semper egerunt, ut merito debeat ex consens. universorum patrona praefecturae nostrae fieri quo magis magisque hoc honore, qui est apud nos potissimus, tantae claritati eius oblato dignatione benignitatis eius gloriosi et in omnibus tuti ac defensi esse possimus. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. [8])

Placere universis conscriptis, Nummiae Variae C. F. [9]) sacerdoti Veneris Felicis pro splendore dignitatis suae patrocinium praefecturae nostrae offerri petique ab eius claritate et eximia benignitate, ut hunc honorem sibi a nobis oblatum libenti ac prono animo suscipere et singulos universosq. nos remq. publicam nostram in clientelam domus suae recipere dignetur et in quibuscumque ratio exe-

1) Post Chr. 101. — 2) quatuorviri iuri dicundo senatum consuluerunt. — 3) verba fecerunt. — 4) quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt, — 5) ad Augusti templum curaverunt ponendum. Haec postrema verba in exemplo Feae desunt. — 6) Post Chr. 242. — 7) Aedilibus Quinquenalibus. — 8) quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt. — 9) clarissimae feminae.

gerit intercedente auctoritate dignitatis suae tutos defensosque praestet, tabulamque aeneam huius decreti N. [1]) verba continentem offerri ei per Avidianum Restitutum et Natalem QQ. [2]) item Numissenum Crescentem et Fl. Priscum Primores ord. N. [3]) viros, censuere. — Apud Anton. Augustinum archiepiscopum Tarraconens. Grut. p. 443. Morc. Stil. CCCXI. Haubold. Mon. p. 362. Orel. 4036.

1763. Helpidi homo felix, deus te servet!

Flaviis Leontio et Bonoso Conss. [4]) VI. Idus Apriles.

Cum cibes [5]) frequentes coloniae Paestanorum coegissent, berba fecerunt: non aliunde aestimamus, statum cibitatis altiorem cultioremque reddi nisi industrium [6]) virorum patrocinio fulciantur. [7]) Optimi cibes igitur Helpidio, honestissimo viro, pro dignitate sua patronatum offeramus; credimus, quod in omnibus nos patriamque nostram fobere dignetur.

Helpidio placet; placet Helpidio, honestissimo viro; cuius tanta aequitas, tranquillitas, dignitas, iustitia, innocentia, humanitas ex origine propagata monstratur, cuiusque proles sanctissima et eius veneravilis flos decusque est, tabulam patronatus sicut parentibus eius obtulimus, offeramus; quem si accipere fuerit dignatus, speramus, quod pro honestate nominis sui in omnibus nos aequo sinceroque animo aspicere ac fobere dignetur. — Neapoli. Primus edidit Urlichs in Bullet. dell' instit. arch. 1836. p. 152 seqq. peculiari disputatione explicavit F. Osannus in programmate academico. Gissae. 1839.

Praeter has quinque patronatus tabulas, unde earum formula satis cognosci potest, novem mihi innotuerunt, quas integras hic proponi nec necessarium esse videtur, sed nominatim enumerare non erit alienum. Sunt igitur tabulae: conventus Cluniensis (Memorie dell' accad. di Turino. Tom. XXXV. p. 85.); gentilitatis Desoncorum (Orell. 156.); Faustinianensium (Orel. 1079); Genusianorum (Memorie dell' accad. di Tur. l. l. p. 99); Gurzensium (Marini Att. arv. II. p. 782; Emporii Naunae (Orel. 4035.); Sentinatium (Memorie Torin. l. l. p. 79.); Bocchoritanorum (Ibid. p. 73); coloniae Iuliae Augustae Usellis (Ibid. p. 35.); civitatis Themetrae (Morcell. stil. CCCXV.

Album Decurionum Canusinorum.

1764. Tabula aenea in agro Canusino effossa edita a Sponio Misc. p. 280. Fabretto p. 598. Illustrarunt Damadenus (Aes redivivum sive tabula Canusina illustrata in Graevii Thesaur. antiq. rom. T. IX. P. V.), Io. Lami

---

1) nostri. — 2) Quinquennales. — 3) ordinis nostri. — 4) Post Chr. 344. — 5) *cibes* pro *cives*, ut infra *berba*, *cibitas*, *fobere*; contra *veneravilis* pro *venerabilis*. — 6) vel per syncopen pro: *industriorum*, quod Osanno placet, vel a forma *industris*, quam in usu olim fuisse arbitratur Doederlein Synon. lat. I. p. 120. Sed mendum quoque subesse quis putet atque scribendum: *inlustrium*. — 7) pro *fulciantur* lapicidae negligentia tabula habet *fuiciantur*.

(In antiquam tabulam abeneam Decurionum nomina continentem Observatt. Florentiae. 1745. fol.) et Gori (Lettere critiche sopra l'osservazioni. Lucca. 1745. 4.). Exhibet Orellius n. 3721 sed nominibus propriis omissis, quorum tantum numerus in singulis capitibus indicatur.

L. Mario Maximo II. L. Roscio Aeliano Cos.[1])

M. Antonius Priscus, L. Annius Secundus, II vir. Quinquenn.[2]) nomina decurionum in aere incidenda curaverunt.

Patroni C. C. V. V.[3])

App. Claudius Iulianus.

T. Lorenius Celsus. (cet. Sequuntur nomina XXIX. ex quibus unum erasum).

Patroni E. E. Q. Q. R. R.[4])

P. Gerellanus Modestus. (sequuntur nomina VII.)

Quinquennalicii.

T. Ligerius Postuminus. (sequuntur nomina VI.)

Allecti inter Quinq.

C. Galbius Soterianus. (sequuntur III nomina.)

II viralicii.[5])

A. Caeselius Proculus II.

L. Faenius Merops II. (cet. sequuntur nomina XXXI.)

Aedilicii.

T. Flavius Crocalianus.

C. Ennius Marcianus. (sequuntur nomina XVII.)

Quaestoricii.

L. Ceius Asclepiodoteanus.

L. Abuccius Laberianus. (sequuntur nomina VII.)

Pedani.

Q. Fabius Fabianus.

L. Vibius Iuventianus. (sequuntur nomina XXX)

Praetextati.

T. Flavius Frontinus.

C. Iulius Hospitalis iun. (sequuntur nomina XXXIII.)

1765. . . . .

Suf. A. Plautius. L. Nonius. T. Salvius Parianus. A. Terentius II vir. Sex. Aponius Proculus. Q. Nollenius Aed. L. Cassius Longinus. M. Vinicius Cos.

Suf. C. Cassius Longinus. L. Naevius Surdinus. M. Sentius Rufus. Q. Vibidius Sedatus II vir. P. Subidius Pollio. Sex. Parianus Serenus Aed.

Tib. Caesar. Aug. V. Cos.

Suf. VII. Id. Mai. Faustus Cornelius Sulla. Sex. Teidius Catull. Cos.

---

1) Post Chr. 223. — 2) duumviri quinquennales. — 3) clarissimi viri. — 4) equites romani. — 5) duumviralicii.

T. Oppius Proculus. M. Staius Flaccus II vir. iter. Q. M. Atinius Florens. A. Cluvius Celer Aed.

Suf. K. Oct. P. Memmius Regulus Cos.

Cn. Domitius Ahenobarbus Cos.

Suf. Kal. Iul. A. Vitellius Cos. M. Valerius Postumus. Q. Luceius Clemens II vir.

C. Sentius Severus. L. Ippilius Atticus Aed. Ser. Sulpitius Galba. L. Sulla Felix Cos.[1] ..... — Fragmentum fastorum municipalium e vico S. Pauli prope Nolam. Grut. p. 1087. Orell. 4033.

1766. ...xecessum. C..[2]

P. Lucilius C.[3] ..... M. Suellius M... II vir.

M. Valerius Messalla, M. Aur.....[4]

V. K. Iun. Drusus triumphavit ex Ill*yrico.*

VII. Idus Iun. Nero tog*am virilem* sumpsit, cong. D.[5]

M. Valerius, C. Avian... II vir.

Tib. Caesar. IV.........[6] — Ostiae. Fragmentum fastorum coloniae Ostiensis in tabula marmorea. Explicant Aemilian. Sarti et Mommsen, vid. Berichte d. Verhandl. d. Sächs. Gesellsch. d. W. Philol. histor. Cl. I. p. 290. Primus edidit Clemente Cardinali Di un framento de' Fasti discoperto in Ostia Dissertazione epistolare. 1828. 4.

1767. ....inus

Imp. Caesare August. XII. L. *Cornelio P. F. Sulla Cos.*[7] Suf.[8] *L. Vin*icius L. F. M. N. S*ex. Pompeius Cn. F. Sex. N.* Ser. Sulpicius C. F. Galba.

....nnius L. F. Canul. Crisp. L. H...... *II vir.*[9]

.... A. F. L. F...... *Aed.*[10]

C. Calvisio C. F. Sabino, L. *Passieno .. F. Rufo Cos.*[11] — Luceriae. Fragmentum fastorum municipalium. Borghesi Frammento dei fasti di Lucera, in Annali dell' inst. archeol. 1848. p. 219—273.

§. 10. Acta collegiorum non sacrorum.

Legis collegii fontanorum sive Legis de Magistris aquarum fragmentum.

1768. E codice Barberino nro. 1239. p. 54. primus evulgavit hoc fragmentum Marinius in Atti dei frat. Arv. P. I. p. 70. Lapis vel aes, unde transcriptum est, non amplius extat. Denuo edidit Dirksen

1) Consules in hoc fragmento memorati sunt a. u. c. 782 (p. Chr. 29) 783. 784. 785. Post Tiberii erasum fuit L. Aelii Seiani nomen. De Tiberii consulatibus V. Sueton. Tiber. c. 26. — 2) Mommsen supplendum coniicit praeeunte Cardinalio: ob decessum (vel excessum) Germanici inferiae actae. — 3) *Gamala* supplet Sarti. Cf. Orel. 3882. — 4) M. Aurelius Cotta. Cos. anni 20 p. Ch. — 5) congiarium dedit. — 6) Ti Caesar IV. Drusus Caesar II. consules anni sequentis 21 p. Ch. — 7) U. c. 749. — 8) suffecti. — 9) duumviri. — 10) aediles. — 11) U. c. 750.

(Beiträge zur Kunde des röm. Rechts. p. 216 sqq.), qui ad locationis vectigalium legem a publicanis redemtae pertinere atque rem locatam vocabulo cretulenti significari coniicit. Recepit Hauboldius inter Monumenta legalia n. XXXVI. p. 177. sub hoc titulo: Legis de magistris aquarum fragmentum; eumque sequitur Egger Serm. reliq. pag. 359. Exposuit de hoc legis fragmento G. H. H. Iordans in Dissertatione de publicis urbium Romae et Constantinopolis aquaeductibus. Bonnae. 1845. 8. pag. 87. seqq. qui de praescriptione legis ab Hauboldio addita sic indicat: „haec inscriptio (de magistris aquarum) an vera sit, non constat. In ipso enim legis fragmento tantummodo collegium aquae, nec ullo alio apposito verbo Magistri nominantur; neque usquam in antiquitatis monumentis Magistri aquarum inveniuntur, ut de huiusmodi munere certiora afferri nequeant. Attamen qui nostra in lege Magistri commemorantur Curatoribus aquarum proximi, non autem uti illi singuli fuisse, sed collegium videntur effecise. Equidem suspicor hos Magistros fuisse eos, quibus custodia ductuum commissa esset, antequam Augustus Curatores aquarum instituisset." Quae omnia nunc primus doctissime explanavit, legisque fragmentum supplevit Rudorffius. (Die sogenannte lex de magistris aquarum, eine altrömische Brunnenordnung; in: Savigny Zeitschrift f. R. W. Bd. XV. H. 2. p. 203 seqq.), cuius doctrinae fructum in usum nostrum convertimus. Antea plerumque legis a populo latae et quidem de magistris aquarum fragmentum habebatur; Rudorffius contra demonstrat, pertinere fragmentum ad legem a collegio aliquo aquae sive collegio fontanorum statutam („eine Brunnenordnung"), cuius ipsius magistri in eodem commemorentur. Supplementa, quae Rudorffio debentur, typorum formis discreta exhibemus.

. . . . *mult*a esto A. D. [1])

*Cui fontanorum magisteriu*m ex H. L. [2]) capere, gerere licebit, *si is magister factus creatusve fuerit, luci pal*am in conlegio aquae intra paticabulum, quo die mag*isterium cepit, iurato in hanc legem.*

Qui hoiusce conlegi quod quidquid tenus [3]) sese venit *male egisse, quemve adversus H. L.* fecisse scientem D. M. in suo magisterio suosque prohibuisse *dicetur, is in H. L. iurato. Ni iurassit* A. D. [1]) multa esto.

Qui ita uti S. S. E. [4]) *non iuraverit, is magister* ni esto nive suffragium inito. Si quis adversus ea faxit, multa *esto ita uti S. S. E.*

*Qui non trans ma*re peregreve [5]) longius P. [6]) CXX reip. causa erit, is magistrorum *comitiis adesto. Ni adfuerit, multa* esto A. L. [7])

---

1) assium (vel: aeris) quingentorum. — 2) ex hac lege. — 3) verba *quod quidquid* sensu commodo plane carent. Rudorffius in tabula legis scriptum fuisse suspicatur: Q. Q. Q. (i. e. quinquennalitatem quae) a transcriptore male intellectum et his verbis (*quod quidquid*) explicatum. Post *quidquid* cod. Barberin. habet *penus*, quod Rudorffius quum praepositio *penes* cum verbo veniendi non satis commode iungatur, refinxit in *tenus*. — 4) supra scriptum est. — 5) emendavit Rudorff. codex exhibet *peregere*. — 6) passus centum viginti millia. — 7) assium quiquagenum.

Idcirco nihilominus deieratio esto apud magistros.

Si falso deieratum fuerit uti S. S. E.[1] A. C.[2] multa esto.

*Qui scierit, magistris denuntia*to. Sinon denuntiarit, ipsius multam sufferto.

Eius rei causa qui volet ex hac lege actio esto.

Magistro ex hac lege multam dicere liceto si semel si saepius volet. Dictio esto A. I.[3]

*Ni quis fullonicas instituisse; n*ive cretulentum exegisse velit, nisi in duabus lacunis prius emet. *Nive fulloni magisterium capere,* gerere liceto, magistrisve denuntiamino in biduo continuo. Ni nuntiab*it quotiens artis causa ad aquam* venerit, multa A. V.[4] esto.

*Si quis H. L. multam petere volue*rit, ex H. L. magister magistrive iudicium danto, qui iuraverit *ita uti S. S. E.*

*Recuperato*ris[5] recuperatorem unum communem adeunto simulque iuranto: *sese vere et ex H. L. iudicaturum.* Ni ita iurassit, multa esto A. D.[6]

Si sciens D. M. adversus H. L. iudicassit, ita uti S. S. E. multa esto.

Recuperatore unoquoque[7] *in ius iurandum adacto, actor fa*cito uti iuret; isque si ibi testium caussa esse dicet, magister quam *primum facito iudicetur.*

I. *D*[8] .... *perpe*tuis rem iudicanto. Ni ita iudicarint[9], ita *uti S. S. E.* multa esto.

Recuper*at*or *qui luminibus captus erit, iura*to sese[10] ita gnatum esse. Ni indicassit A. V.[4] multa esto. I. D.[8] ... *iurato; ni iurassit uti S. S. E. multa* esto A. V.[4]

1769. Imp. P. Licinio Valeriano Aug. ter. et Gallieno Aug. II Coss...., Februar.

In coll.[11] suo cum frequens convenisset N. Cent.[12] ibique referentibus Q. Mirone et Festo iun. Magg. Q. V. F. S.[13] esse oportun. in perpet. coll. n.[14] si eos patr. nobis coopt. honorib. illustr. praedit. bon. vit. maxs. fid. plenos[15]; ergo cum sit L. Cot. Proculus, vir splend. cumul. patric. spl. civitatis n. Lunens.[16] homo simpl. vitae, unde credimus grandi cumulo repleri num. N.[17] si eum nobis patr. N. cooptemus, Q. F. P. D. E. re I. C.[18] placere cunctis universisq. tam salubri relationi magistrorum nostr. consentiri, praesertim cum sit et dignitate accumulat. et honore fascium repletus, unde

---

1) supra scriptum est. — 2) assium centum. — 3) assium singulorum. — 4) assium quinum. — 5) pro: *recuperatores.* — 6) assium quinquagenorum. — 7) Cod. vitiose: *unoquotque.* — 8) In diebus. Numerus dierum excidit. — 9) Cod. vitiose: *iudicacarint.* — 10) Cod. male *esse* habet pro *sese.* — 11) collegio. — 12) numerus centonariorum, — 13) iuniore, magistris, quod verba facta sunt. — 14) collegio nostro. — 15) patronos nobis cooptemus honoribus illustres, praeditos bona vita, maxima fide plenos. — 16) vir splendidus, cummulatus patricio splendore civitatis nostrae Lunensis. — 17) numerum nostrum. — 18) quid fieri placeret de ea re ita censuerunt.

satis abundeq. gratulari possit N. N.[1]) si eum nobis patr. adsumamus, petendumq. de benignit. S. et S.[2]) benevolentia, ut eo anim. suscipe. dignet. hoc decretum votivum consens. N.[3]) quam et nos gloriosi gaudentesq. offerimus, tabulamq. aeneam huius decreti N.[4]) scriptura adfigi praecipiat ubinam iusserit, testem futuram in aevo huius consensus nostri. Relationem censuerunt. Feliciter. — Tabula aenea Bononiae. Bianconi Tavola in bronzo della università di Bologna; in: Annali dell' instit. archeol. Vol. III della serie nova. Rom. 1846. p. 67 sqq. quem secuti sumus. Exhibent tabulam etiam Orioli in Annali dell' inst. archeol. Vol. I. p. 179. Gazzera in Memorie dell' accad. di Torino, Tom. XXXV. . p. 87. N. XV. Formis Corpo epigrafico Lunense in Memorie dell' accad. di Torino. Serie II. Tom. I. p. 252.

1770. C. Domitio Dextro II. L. Valerio Messala Thrasia Prisco Cos.[5]) VI. Idus Ianuar. in curia basilicae. Aug. Scribendo adfuerunt A. Aquilius Proculus, M. Caecilius Publicius Fabianus, T. Hordeonius Secund. Valentinus, T. Caesius Bassianus.

Quod postulante Cn. Gaio Pudenti O. V.[6]) de forma inscription. danda statuae, quam dendrophor. Octavio Agathae P. C. N.[7]) statuerunt, Cn. Papirius Sagitta et P. Aelius Eudaemon II vir. rettulerunt Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.[8])

Placuit universis honestissimi corporis dendrophororum inscriptionem, quae ad honorem .... daret, quae ...... serta est. — Neapoli. Grut. p. 444. Orel. 4135 qui conferri iubet Maffei Sigl. gr. p. 112.

1771. Imp. Caes. M. Aurelio Antonino Pio Aug. Felice VI. M. Petronio Septimiano Cos.[9])

X. Kal. April. In templo[10]) collegi fabrum et centonariorum Regiensium.

Quod referentib. P. Saenio Marcellino et C. Aufidio Dialogo Quaestoribus V. F.[11]) Tutilium Iulianum, virum et vita et modesta et ingenita vereccundia ornatum et liberalem, oportere collegii nostri patronum cooptari, ut sit ceteris exemplo iudicii nostri testimonium. Q. F. P. D. E. R. I. C.[12])

Salubri consilio tam honestam relationem a Quaestorib. et Magistris collegi nostri factam et Singuli et universi sentimus et ideo excusandam potius honesto viro Iuliano huius tardae cogitationis nostrae necessitat. petendumq. ab eo, libenter suscipiat collegii N. patronat. honorem; tabulamque aeream cum inscriptione huius decreti in domo eius poni censuerunt. — Regii Lepidi. Gruter. p. 1101. Murat. p. 563. Orel. 4133.

---

1) numerus noster. — 2) de benignitate sua et sua. — 3) consensus nostri. — 4) nostri. — 5) Post Chr. 196. — 6) optimo viro. — 7) patrono corporis nostri. — 8) Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt. — 9) p. Chr. 190. — 10) Idem quod alias schola s. curia collegii. — 11) verba fecerunt. — 12) quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt.

1772. L. Ogius Patroclus secutus pietatem col. cent. [1]) hortos cum aedificio huic sepul. [2]) iuncto vivos donavit, ut ex reditu eor. largius rosae et escae Patrono suo et quandoque sibi ponerentur. — Toricelli. Mur. 513,3. Orell. 4070.

1773. Ti Claudius Chresimus ob hon. [3]) Quinquennalitatis collegio dendrophor. romanor. quibus ex S. C. coire licet argenti P. X et HS. X. milia N. reddedit, quae divisa sunt populo per gradus K. Aug. collegii N. [4])
Nummio Albino et Ful. Aemiliano Cos. [5]) — Romae. Grut. 175,8. Orell. 4075. Morcell. Stil. CCLXXX.

1774. Mu. [6]) Acilio Glabrione, M. Valerio Homulo. Cos. [7])
Ordo corporatorum lenuncularior. tabulariorum auxiliares Ostienses.

Patroni.

M. Sedatus C. F. Severianus.
T. Prifernius Sex. F. Paetus Rosianus Geminus.
M. Sedatius M. F. Severus Iulius Reginus.
C. Aelius C. F. Fuscianus.

L. Volusius Marcianus QQ. [8])
L. Iulius Memor. M. Cornelius M. F.
M. Cipius Proclianus Secundus.
T. Aurelius Aug. Lib. Strenion.
L. Marius Germanus.

Quinq. perp. [9])

M. Cornelius Epagathus.

Quinq. [10])

M. Antistius Aelius.

Plebs.

M. Sollius Marinus. C. Septimius Prophimus. L. Valerius Severus. C. Vatronius Iunianus. (cet. nomina in totum CXXIII.) — Ostiae. Gruter. p. 1077. Orel. 4054.

1775. Nomina collegii fabrum tig. [11])

Patroni P. [12])

Nunnius Montanus. Valerius Proculus. (sequuntur nomina XIII. quorum postremum:) Numisius Tacitus pater collegii, biselliarius.

---

1) collegii centonariorum. — 2) sepulcro. — 3) honorem. — 4) natali. — 5) Post Chr. 206. — 6) Manio. — 7) P. Ch. 152. — 8) Quaestores. — 9) Quinquennalis perpetuus. — 10) quinquennalis. — 11) Promis adnotat, binas priores literas *ti* plane incertas esse, atque posse legi etiam *lig.* i. e. ligniferorum, pro *tig.* i. e. tignariorum. Muratorius legit: *Ilic.* intelligens Ilicitanos vel Ilicienses incolas oppidi nunc *Lerici* dicti prope Sarzanam, cui olim nomen fuerit *Ilex.* Sed eiusmodi oppidum an vere fuerit nimium quantum incerta res est, secundum Promis. — 12) Murat. literam P. non addit, quae et ipsa nihil aliud quam *patronos* significare videtur.

Decuriones.

A. Octavius Faustus Ti....

Le. Aninius Faustus (Sequuntur nomina XII. In altera tabula superiori margine manca nomina XXVI.).

Immum. [1])

Herenn. Demetrius iun. Flavius Iustus.

Mat. [2])

Lepidia Iulia. Titinia Crispin. Numitoria Felicitas. Filiae: Iulia Probit. Fl. Athenais. — Hae binae tabulae marmoreae, unius inscriptionis partes, repertae in agro veteris Lunae asservantur Sarzanae (casa Magni). Murat. p. 522. Orel. 4055. qui non integram inscriptionem dat; denuo nuper ad tabulas accurate exactam edidit Carlo Promis Dell' antica citta di Luni, in Memorie dell' accadem. di Torin. Serie II. Tom. I. p. 239. 250.

1776. Ti Claudio Severo et C. Aufidio Victo.... Ordo corporator. lenuncula... pleromariorum, auxiliarior. Osten...

Patr. [3]) M. Cipius Vitalis et T. Antistius Favor. QQ. L. [4]) Veius Adiutor, M. Cloelius Carus, P. Ciargius Vitalis, M. Cipius Fortis, C. Fonteius Fortunatus, Q. Atinius Maritimus.

Plebs.

M. Cipius Ostiensis.

Q. Atilius Lucrio. (sequuntur nomina XV.)

— Ostiae, nunc in mus. Vatican. Visconti Lettera su due monum. ne' quali è mem. d'Antonia magg. p. 9. Fea Viaggio a Ostia p. 47. Framm. di fast. p. LIX. n. 41.

§. 11. *Tabulae negotiorum solemnium. Obligationes, donationes, emtiones, mancipationes, chirographa, stipulationes.*

Tabula alimentaria Traiana.

1777. Tabula aerea est, quae in museo Parmensi asservatur, pedes novem, unum pollicem lata, quatuor pedes sex pollices mensurae Parisinae alta, pondere sexcentarum librarum, omnia reliqua monumenta epigraphica aerea ad magnitudinem superans; inventa anno 1747 in agro Placentino prope vicum Macinessum in ruinis Veleiae. Scriptura tabulae in septem columnis sexcentos septuaginta unum versus continet; super septem columnis titulus tabulae sive index ternis versibus continuis procurrit. Literae sunt quae dicuntur maiusculae, sed eae quidem quarum forma neque exacte quadrata neque omnio accurate sculpta sit.

---

1) immunes. — 2) Muratorius explicat: *matronae*. Hagenbuchio *pater*, *matres*, *filiae* hoc in monumento communem significatum habere videntur. Orellius contra meliore iure patronorum vel patris collegii uxores et filias appellatas esse arbitratur collegii matres et filias. — 3) patroni. — 4) quinquennales.

Pertinet inscriptio ad institutionem ex indulgentia Imperatoris Traiani factam, qua certo puerorum et puellarum egenorum numero alimenta in singulos menses largienda assignabantur. Pecunia ad hanc rem necessaria ita comparabatur, ut summa sufficiens daretur fundorum dominis in agro Velleiate, qui sua praedia pro rata parte acceptae pecuniae obligabant et usuram quincuncem sive quinarum centesimarum per annum pendebant, unde alimenta pueris praestarentur. Neque vero haec tabula instrumentum ipsum continet, quo institutio alimentaria condebatur, sed nonnisi album professionum a dominis praediorum factarum, quibus domini fundos obligandos profiterentur, pretio fundorum et summa in quam obligarentur additis. Atque hoc ipsum album duplex est. Prius idque multo longius album obligationis professiones continet post annum Chr. 101 factae, quippe quo anno Traianus Dacici agnomen assumsit; alterum quod sequitur in tabula album obligationis professiones continet per Cornelium Gallicanum factae, quam ante annum 101 p. Ch. factam esse inde colligitur, quia Dacici appellatio ibi nondum additur Imperatoris nomini, nisi scalptoris vel scribae negligentia excidisse statuas. Ex priori albo apparet, summam decies centum millium sestertiûm dominos praediorum quadragenos senos accepisse, quae quidem sors universa usuram quincuncem per annum quinquaginta duo millia sestertium efficit, ex qua summa pueri legitimi CCXLV. in singulos menses sestertios XVI., universi igitur quadraginta septem millia quadraginta sestertiûm, accipiebant; puellae legitimae XXXIV. in singulos menses sestertios XII., universae igitur quatuor millia octingentos nonagita sex sestertiûm; porro spurius puer unus per annum CXLIV. sestertios, spuria puella una CXX. sestertios. Alterum album obligationis per Cornelium Gallicanum factae exhibet summam septuaginta duorum millium sestertiûm a quinis praediorum dominis acceptam, e cuius summae usura annua quincunce, quae fit trium millium sexcentorum sestertiûm, alimenta acciperent pueri legitimi XVIII. in singulos menses sestertios XVI., universi igitur tria millia quadringentos quinquaginta sex sestertiûm; puella una legitima sestertios XII.

In causas huius institutionis universae accuratius inquirere ab hoc loco est alienum, quum non nisi argumentum tabulae et virorum doctorum de eadem commentationes breviter indicare nobis propositum sit; sed summa rerum capita de quibus quaeritur significare libet. Quaeritur igitur primum, quis summam in quam praedia obligarentur largitus sit; deinde, quibusnam pueris et puellis hoc alimentorum beneficium competeret; postremum, qua ratione praediorum obligatio facta sit. Iam de largientis persona communis opinio obtinet, Imperatorem Traianum hanc largitionem fecisse, etiamsi non deessent, qui a Velleiatibus vel aliarum adiacentium urbium rebus publicis hanc pecuniam datam esse contenderent, ut F. V. de Poggio, Petrus de Lama, Vitalius qui confirmatam tantum fuisse hanc largitionem neque factam a Traiano arbitrantur. Pueros et puellas alimentarios Velleiates fuisse et fortasse etiam urbium vicinarum, in quarum territorio praedia obligarentur, res ipsa docet. Obligationis peragendae rationem eandem fuisse par est, quae in simili institutione a Plinio iuniore

facta adhibita est, secundum ritum mancipationis per fiduciam. (V. Plin. Epist. VII, 18.).

Utrumque tabulae Traianae album hunc in modum comparatum est. Titulus albo praepositus indicat summam, in quam universa praedia obligantur, puerorum alimentariorum et puellarum numerum, addita summa alimentorum in singulos menses ex indulgentia Imperatoris assignatorum, usurae annuae quincunci totius sortis respondente. In capitibus albi perscribuntur primum domini praediorum, tum praedia cuiusque domini universa cum indicatione pretii, quanti ea domini professi sunt; deinde sors, quam singuli domini ex universa summa accipere debent; postremo praedia singula nominatim recensentur a dominis obligata, additis summis in quas a dominis obligantur. Neque vero pretium universorum praediorum ab initio capitum positum semper cum singulorum praediorum pretiis in unam summam collectis consentit, sive calculatoris sive scalptoris errore. Unde haec capitum communis formula efficitur: „Aliquis professus est praedia rustica aliqua sestertiorum aliqua summa. Accipere debet aliquam sestertiorum summam et obligare aliquos fundos in aliquam summam". Quodsi quis dominus universa sua praedia, non partem eorum obligat, tum statim ab initio capitis fundi singuli nominatim enumerantur, ut cap. 1. Singulae praediorum partes fundi ubique accurate definiuntur nomine, re (e. c. fundus, saltus, casae, colonia &c.), situ (secundum agrum, pagum, vicum, adfines.)

In alterius albi titulo obligatio per Cornelium Gallicanam facta scribitur, qui vir pro Praefecto alimentorum Borghesio docente accipiendus est, neque ut alii opinati sunt, pro donatore.

Editores tabulae et interpretes priores enumerant Petrus de Lama in libro qui inscribitur: Tavola alimentaria Vellejate detta Traiana restituita alla sua vera lezione. Parma. 1819. 4. p. 14—19 et Spangenbergius in Iuris romani Tabulis negotiorum sollemnium pag. 307; Muratorium, Maffeium, De Canonico, Pitarellium, F. A. Wolfium (Von einer milden Stiftung Traians Berlin. 1808. 8.) Quibus postea accesserunt: Franke Zur Geschichte Traians. Gustrow. 1837. p. 377 sqq. Vitale Intorno alla natura degli atti contenuti nella tavola degli alimentari di Velleja. Piacenza. 1843. (Cf. Bulletin. dell' instituto arch. 1843. p. 165). Universae huius institutionis rationes explicuerunt Borghesi (Osservazioni intorno i due primi praefecti alimentorum in Bullet. dell' inst. arch. 1844. p. 125) et Henzen (De tabula alimentaria Baebianorum; in Annal. dell. inst., archeol. 1845. p. 5 sqq.) Ex nostri operis consilio et finibus nonnisi partem tabulae exhibere visum est, sed tantum unde totius tabulae ratio et formulae satis cognosci possint.

Obligatio praediorum

ob HS deciens quadraginta quattuor milia, ut ex indulgentia optimi maximique Principis Imp. Caes. Nervae Traiani Aug. Germanici. Dacici, pueri puellaeque alimenta accipiant: legitimi [1]) N. CCXLV. in

---

1) Totus hic locus ita intelligendus: legitimi (i. e. *pueri*) numero ducenti quadraginta quinque in singulos (i. e. menses) sestertios sedecim nummos: fiunt

singulos HS. XVI. N. F. HS XLVII. XL. N. legitimae N. XXXIV. sing. HS. XII. N. F. HS. VI. DCCCXCVI, spurius I. HS. CXLIV. spuria I. HS CXX, summa HS LIICC, quae fit usura ½ ² ½ sortis supra scribtae.

C. Volumnius Memor et Volumnia Alce per Volum. Diadumenum libertum suum professi sunt fundum Quintiacum, Aurelianum, collem Muletatem, cum silvis, qui est in Veleiate pago Ambitrebio, adfinib M. Momeio Persico. Satrio Severo et pop*ulo* H-S. CVIII. Accipere deb*ent* H-S. VIIIDCLXXXXII. n.[1] et fundum s. s.[2] obligare.

M. Virius Nepos professus est praedia rustica, deducto vectigali H-S. CCCXDXXXXV. n. Accipere debet H-S. XXVCCCLIII. n. et obligare fundum Planianum, qui est in Veleiate pago Iunonio, adfinibus Prisco Palameno et Velleio Severo et pop.[3], quem professus est H-S. XIIII. et fundum Suigianum cum casis III. pago s. s., adfine C. Calidio et Velleio Proculo et pop., quem professus est H-S. XX., et fundum Petronianum. pago et adf. s. s.[4] quem professus est H-S. IIII. et fundum Manlianum Hostilianum cum casa, pago s. s., adf. Coelio Vero et Baebio Vero et pop., quem professus est H-S. XI., in H-S. IIICCCLIII. n. Item fundum Manlianum Storacianum Calpurnianum pago s. s. adf. Ulvis[5] Stolicinis fratribus, et Fettls fratribus, quem professus est H-S. XX., et fund. Munatianum Attianum cum casis III; pago s. s. adf. Valerio Adulescente et Baebio Vero et pop., quem professus est H-S. XXVIII., et fundum Munatianum Attianum cum casis, pago s. s., adf. Naevls fratribus et Syllaelis fratribus, quem professus est H-S. XIIII., in H-S. V. Item fund. Arsuniacum cum casis pro parte dimidia et tertia et duodecima, pago s. s., adf. Coelis fratribus et pop. quem professus est H-S. XXCIIIICCCLXXXIII. n. in H-S. VI. Item fundum Propertianum, pago s. s. cum casa, adf. Atilio Palameno et Alasis fratribus et pop., quem professus est H-S. XXICCCCX. n. et fundum Missianum, Allelianum pro parte quarta, qui est in Veleiate pago Domitio adf. Volumnio Crescente et Novellis frat. et pop., quem professus est XIIII., et fundum Licinianum Virianum pro parte dimidia, qui est in Veleiate pago Iunonio, adf. Palameno Prisco et Pullieno Prisco, quem professus est H-S. VIIDC., n. in H-S. III. Item fund. sive saltus Narianos, Catusianos pro parte dimidia et IIII, qui sunt in Veleiate pago Iunonio adf. C. Coelio Vero et Dellio Proculo, quos professus est H-S. LXIIII., in H-S. IIII. Item fundum Munatianum, Praestanum, Vibianum, Vaculcianum pago s. s., adf. Stonicelis frat-

---

(quotannis) sestertii 47,040: legitimae (puellae) numero triginta quatuor (in) singulos (menses) sestertios duodecim nummos: fiunt (quotannis) sestertii 4896; spurius unus (quotannis) sestertios 144; spuria una (quotannis) sestertios 120. Summa est sestertiûm 52,200, quae fit usura quincunx sortis supra scriptae (i. e. sestertiorum decies centum quadraginta quatuor millium).

1) nummos; et sic semper litera N pone sestertiorum numerum (*nummos* vel *nummis*) supplenda. — 2) supra scriptum. — 3) populo. — 4) adfinibus supra scriptis. — 5) In anterioribus edd. *Ulvis.* Lama: *vivis.*

ribus et pop., quem professus est H-S. $\overline{XIIII}$., et fund. Cornelianum Colacterianum Flacceliacum cum colonia Munatiana Artefigia pro parte dimidia, et coloniam Vettianam Cornelianam pro parte quarta pago s. s., adf. Coelio Vero et Catunio Pupillo et pop., quem professus est H-S. $\overline{XXVI}$CCC., n. Item fund. Acilianum, Albonianum, Caninianum pro part. dimidia, pago s. s., adf. Dellio Proculo et Aebutls frat. et pop., quem professus est H-S. $\overline{X}$CDXXXII. n. in H-S. $\overline{IIII}$.

Item Obligatio praediorum facta per Cornelium Gallicanum ob H-S. $\overline{LXXII}$, ut ex indulgentia optimi maximique Principis Imp. Caes. Nervae Traiani Augusti Germanici, pueri puellaeq. alimenta accipiant, legitimi N. XIIX, in singulos H-S. XVI. n. Fiunt H-S. $\overline{III}$CCCCLVI., legitima H-S. XII. Fit summa utraque H-S. $\overline{III}$DC., quae fit usura $\frac{2}{2}\,2\,\frac{2}{2}$ summae s. s.

C. Coelius Verus professus est saltus Avegam, Veccium, Debelos cum figlinis, saltus Velvias Leucomelium, qui sunt in Veleiate pag. Albense et Velleio, adf. rep. Lucensium et rep. Veleiatium H-S. $\overline{XC}$. Accipere debet H-S. $\overline{IX}$. Item prof. est fund. Valerianum, Tovianas, Adrusiacum, Lucilianum p. p. dimid. et fundum Noviacum, pro p. IIII, qui sunt in Veleiate pag. Statiello. adf. Annia Verra, rep. Lucensium et pop., H-S. $\overline{LX}$. Accipere debet H-S. $\overline{IV}$.

L. Cornelius Severus professus est saltum Blaesiolam, qui est in Libarnense et Veleiate pagis Bagienno et Moninate, adf. Vibio Severo et pop., H-S. $\overline{CCCL}$. Accipere debet H-S. $\overline{XXXV}$.

C. Vibi Severi, profitente ipso, fundi Aurelianus, Coelianus, qui s. in Veleiate pag. Ambitrebio, adf. C. Volumnio Memore et pop., H-S. $\overline{XXX}$. Accipere debet H-S. $\overline{III}$. Item saltus Attinava cum fundo Flaviano, Messiano, Viponiano, qui est in Veleiate pag. Ambitrebio, adf. L. Cornelio Severo et pop. H-S. $\overline{XXX}$. Accipere debet H-S. $\overline{III}$.

M. Mommei Persici, profitente ipso, saltus Nevidunus in Veleiate pag. Sulco, adf. Licinio Catone, Vettls fratribus et pop., H-S. $\overline{LX}$. Accipere debet H-S. $\overline{VI}$.

Vibiae Sabinae, profitente Vibio Idaeo, saltus Carucia et Velius, et fund. Naevian., p. p. dimid., pagis Salvio et Valerio, inter adfines rem. Lucensium et P. Naevium Probum et C. Titium Graphicum et Q. Cassium Faustum et pop., H-S. $\overline{C}$. Accipere debet H-S. $\overline{X}$.

Tabula alimentaria Ligurum Baebianorum.

1778. Tabula aerea, Campolatari, quae est parvula regni Neapolitani prope Beneventum civitas, anno 1838 effossa ibidem asservatur in possessione equitis de Agostino. Ita erat rubigine induta, ut non sine multo labore perpurgata et polita legi posset. Scriptura tres columnas habet, quarum

prima plane lacera est, ut eam in nostro exemplo infra posito omittere satius duxerimus. Titulus super tribus columnis per integrum tabulae spatium maioribus literis insculptus excurrit. Cum tota tabula parum bene scalpta sit (quod plerumque in aeneis tabulis usu venire solet) tertia columna versus obliquos habet et nimium quantum compressos.

Pertinet tabula ad institutionem alimentariam ex indulgentia Imperatoris Traiani in commodum puerornm puellarumque Ligurum Baebianorum factam. Est igitur consimilis argumenti cum tabula Velleiate; differt tamen et tempore, quum in titulo Traiani nomen Dacici appellationem additam nondum habeat ut annum 101 p. Ch. praecedere appareat, et tota formularum ratione. Illico in titulo sive indice tabulae Baebianorum praescripto deest et summae ab Imperatore donatae indicatio et puerorum puellarumque numerus et usurarum pecuniaeque illis praestandae nota, quae omnia titulus tabulae Velleiatis habet. Neque minor in singulis capitibus diversitas, in quibus id potissimum spectatur, ut usurarum summae a praediorum dominis solvendae recte perscriptae sint; omnia reliqua brevissime et sine accurata definitione absolvuntur. Neque professionum a dominis factarum usquam mentio fit. Quapropter Henzenius (De tabula Baebianor. pag. 68) de argumento et proposito tabulae in universam ita iudicat: „Comparata brevi hac perque compendia exprimendi ratione cum oratione prolixa fusaque tabulae Veleiatium, quae publico instrumento magis convenit quam brevis illa Baebianae tabulae ratio, Baebianam tabulam pro epitome quadam habeo facta ex publico professionum albo in commodum magistratus, cui alimentorum cura demandata erat." Singula autem capita hanc formulam sequuntur: perscribitur primo loco domini nomen praedii obligati ablativo casu positum; deinde nomen fundi genitivo casu addita perticae sive agri, pagi, adfinium et pretii, quo aestimatur, mentione; deinde summa, in quam fundus obligatus est. postremo, in margine columnae, summa a domino praediorum solvenda. Quum initium primae columnae obliteratum in tabula sit, plena formula, cuius sequentia capita compendium continent, cognosci non amplius potest; quam ex Henzenii coniectura tamen satis certa in hunc modum suppleas: „Ab aliquo domino fundi alicuius aestimati summa aliqua, obligati in aliquam summam debetur summa aliqua." Capitibus aliquot in fine nomen quoddam additur modo liberi alicuius modo servi, quin etiam feminae, praeposita nota N. id est, numerat; quibus nominibus actores vel conductores fundorum intelliguntur. Neque vero haec formula ubique constanter tenetur, sed vel brevitatis studio vel negligentiae vitio notationes subinde omittuntur in fundis describendis perticarum, pagorum. adfinium, adeoque pecuniae acceptae in quam fundus obligatus est. Praeterea magnam scalptoris negligentiam deprehendere licet in numerorum notis et literis scalpendis.

Primam tabulae huius alimentariae notitiam dederunt acta menstrua Instituti archaeologici romani (Bulletin. dell' Instit. arch. 1832. p, 210). Ipsius inscriptionis partem primus edidit Guarinius in Commentario suo XVI. 1833. aliam Commentario XIX. Neapoli 1840. p. 16. Quam partem Guarinius ediderat doctissime illustravit Burghesius in Bulletin. dell' inst. arch. 1835. p. 116 sq. Plenum et accuratum tabulae apographum

debetur Henrico Brunnio, qui primus hunc laborem perfecit 1844. Post eum Garuccius soc. Ies. descripsit et primus integram tabulam cum commentario edidit Neapoli 1845. Eandem provinciam administravit G. Henzen, qui magna cum cura et eleganti doctrina tabulam edidit et explicuit in Annalib. Instit. archaeol. 1845 (Volume I. della serie nuova p. 5—112), quem ducem secuti sumus adhibitis Mommsenii emendationibus, qui denuo tabulam excussit. Secundis curis in eodem argumento desudavit et ántigraphum tabulae sive fac simile quod dicitur accuratissime factum dedit Garucci, in opere suo quod inscribitur: Monumenta Baebiana. Romae 1846. fol. quocum observationes conferenda sunt T. Mommsenii et Henzenii in Bulletin. archeolog. 1847. p. 3—16. Nos hic sextam fere tabulae partem damus. Literae inclinatae supplementa indicant.

Imp. Caes. Nerva Traiano Aug. Germanico IIII. Q. Articuleio Paeto II. Cos. *ob liberalitatem optimi* maximiq. Principis obligarunt praed. *ex proposito* Ligures Baebiani unde ex indulgentia eius pueri puaellaeque alimenta accipiant. [1])

(Column. II. vers. 5. seqq.) Crispa Restituta. fund. Pompeiani, pertica Benevent. pago Aequano in Ligustino, adfin. Nasidio Vitale, aest. HS $\overline{L}$, in HS $\overline{III}$DXX - HS LXXXIIX. [2])

L. Nacratio Diadumeno fund. Rubriani in Beneventano pago Ligustino, aest. HS XXXIIII in HS M. - HS. XXV.

Tamunio Silvano fund. Trebelliani et Appiani cum circeis, pago Romano, aest. HS $\overline{XXXXVI}$ in HS $\overline{IIII}$. - HS C.

Neratio Corellio, fund. Pacciani et casae Aureliani, adf. Iulio Saturtino [3]), aest. HS $\overline{XXII}$ in HS $\overline{II}$. N. [4]) Neratius Marcellus. — HS L.

Cn. Martio Rufino, fund. Marciani et Satriani, aest. HS $\overline{CXXX}$ item fund. Iuliani, aest. HS XIIII. item fund. Avilliani, aest. HS XXXXII. item fund. Vitelliani et Naseniani et Marcelliani, adf. Suellio Flacco, aest. HS $\overline{CXX}$ in HS X. item fund. Curiani et Satriani, pago Herculaneo, adf. Tettio Etrusco aest. HS XXXV in HS $\overline{III}$ item fund. Albiani cum casis, pago Mefiano, adf. Nonio Restituto, aest. HS $\overline{CX}$ in HS X item obleg. VIIII [5]) fund. Caesiani in Benevent. pago Tuciano, adf. Messio Apro, aest. HS $\overline{L}$ in HS M. M. M. [6]) - HS M. LXi.

---

1) Praeter literas in textu insignitas aliquot aliae in tabula detritae evanuerunt, sed certa ratione supplendae. Maxime notabilis lectionis differentia est in verbis: *praedia ex proposito*, ab Henzenio restitutis, quo quibus Burghesius restituit: *praedia de proprio*. — 2) Hoc caput et reliqua deinceps capita hunc in modum, formula ex antecedentibus suppleta, legenda sunt secundum Henzenium: A Crispa Restituta obligatione fundi Pomponiani, pertica Beneventana, pago Aequano in Ligustino, adfine Nasidio Vitale, aestimati sestertium quinquaginta millibus, in sestertios ter mille quingentos viginti debentur sestertii octoginta octo. Numerum LXXXIIX dedit Garrucci; LXXXII. Henzen. — 3) Mendose pro: *Saturnino*. — 4) Numerat. — 5) oblegatione (pro: *obligatione*) nona. — 6) Pro M. alia in tabula est nota, qua caremus.

L. Tettio Etrusciano fund. Albiani et Amarantiani Suriani Anniani in Beneventano; pago Saeculano; adf. Mario Restituto, aest. HS CL in HS XII - HSCCC.

Ptitio Aiace fund. Veiaeani in Benevent. pago Romano in Ligustino adf. Caes. N.[1] HS XIIII in HS. M. HS. XXV.

Valgia Secunda fundi Curiani et Munatiani in Benevent. pago Mefano adf. Octavio Modesto, aest. HS XXIIII item fund. Profiani in Benevent. pago Caelano adf. Gavia Myrtale, aest. HS XXIIII F.[2] HS XXXXVIII in HS M. M. M. - HS C.

L. Longio Pyramo fund. Sestiani finib. Beneventanor. pago Romano, adf. Metilio Marcello et pop.[3] aest. HS XX in HS M. DCLXXX. - HSXXXXIIX.

Annio Rufo fund. Bassiani et Valeriani Caesiani Pliniani cum saltibus XXV, pertica Beneventana, adf. Caes. N. aest. HS CCCCLI. F.[4] HS XIIII. - HS CCCI.

C. Iulio Saturnino fund. Publiani, adf. Neratio Marcello, aest. HS LXXX in HS VII. - HS CLXXV.

Iulia Hecate fund. Coroniani et Cerelliani et casae Crispinill. pago Roma. adf. Caes. N. aest. HS XXIX in HS M. M. item fund. Clodiani, pago Herculaneo adf. Turpillio Lupo aest. HS XXIII in HS M. M. F. HS LII in HS IIII. - HS C.

P. Camurio Fortunato fund. Lusiani et casae Popillianicae, pago Mefano adf. Valerio Valeriano aest. HS LXXX in HS VII. - HS CLXXV.

Trebonio Primig. fund. Apuleiani et Cassiani et Arelliani pag. Mefani adf. Marcio Rufino, aest. HS C in HS VIIII. - HS CCXXV.

Clodio Convenienti fund. Premigeniani et Albiani et Sutoriani et Suelliani, pag. Salutare, adf. Suellio Flacco et Rufo, empt.[5] HS CVIIII in HS VIIII. - HS CCXXV.

L. Statorio Restituto fund. Marciani cum parietinis, adf. Caes. N. pago Salutare, aest. HS XXV in HS M. M. D. N.[6] Comicus. - HS L.

L. Vibio Anencleto fund. Flaviani pago Meflano adf. Neratio Marcello, aest. HS XXX in HS M. M. D. N.[6] Hedone. - HS LXXIIS.[7]

Naevio Vitale fund. Flaviani pago Meflano, adf. Marcio Rufo, aest. HS XXVII. in HS M. M. CCC XXXX. item fund. Aquiliani pago SS. adf. Umbrio Primo. aest. HS XL in HS III F.[2] HS LXXXIIII in HS V CCCXL. - HS CXXXIIIS.

Flavii Syntrophi donationis instrumentum.

1779. Reperit hoc instrumentum Ritschelius in codice incertae originis seculo ut videtur XVI. vel XVII. scripto, qui Romae in bi-

---

1) Caesare nostro. — 2) fiunt. — 3) populo. — 4) Mendum scalptoris pro: IN. — 5) emptorum. — 6) numerat. — 7) sestertii sexaginta duo semis.

bliotheca Vallicellari asservatur notatus R. 26. fol. Etiam Furlanettum eius apographum habuisse ex verbis ipsius in Lexico Forcelliniano s. v. Rosatio (T. III. p. 677. Ed. German.) apparet, indeque simul comperimus, inscriptionem Romae extra portam Labicanam prope aquaeductus Claudii esse inventam. De codicis Vallicellaris apographo presse, ut videtur, ad lapidis nunc deperditi vestigia facto V. Ritschelii Commentatio praemissa indici scholarum universitatis Vratislaviensis per semestre aestivum anni 1838 habendarum. Praeclare hoc monumentum supplevit et illustravit Ph. Eduard. Huschke in Commentatione quae inscribitur: T. Flavii Syntrophi instrumentum donationis ineditum. Vratislaviae. 1838. 4. quem nos secuti sumus. Supplementa literis inclinatis significantur.

T. Flavius Syntrophus priusquam hortulos Epagathianos, Daduchianos... *ianosque* cum aedificio et vineis maceria clusis, ita ut instructi sunt, qui sunt via Labi*cana inter miliarium I et II.* euntibus ab urbe parte laeva ad viam Aïthale, liberto suo, mancipio daret, test*atus est*, se in hanc condicionem mancipare, ut infra scriptum est: Si tibi hortos Epagathianos, Daduchianos ..... *ianosque*, Q. D. A. Q. S. S. S. [1]) mancipio dedero, vacuamque possessionem tradidero, tum per te n*on fieri factumve iri neque per* heredem tuum, eumve ad quem ea res qua de agitur pertinet, pertinebit, quo minus ii *horti aedificiumve sit com*mune tibi cum conlibertis tuis utriusque sexus, qui a me testamento codicillisve *manumissi erunt cumque iis fru*aris, parique portione inter eos reditum eius custodiatis, ita ut die parentali *meo* [2]), *item XI. Kalendas Apriles die viola*tionis [3]), item XII Kalendas Iunias die rosationis, item III Kalendas Ianuarias die natali meo, *cum mortuus ero, tum ut* quisque vestrum vivet, quive ex vobis geniti erunt, aut a quo vestrum quis ma*numissus erit, ad quem unum* pluresve portio similiter huius loci aedificiive pertinebit, id ex formula sup*rascripta dividatis et si quis* ibi inhabitare voluerit ex communi omnium consensu maiorisve partis *eorum qui vivent, id ei liceat:* quae autem membra aedificii vacabunt, in reditu sint, ita ut huic volunta*ti meae satis fiat, tantumque* impensae et quod ad tutelam aedificii opus erit, quod reliquom erit, inter *vos dividatur, et ita horti cum aedi*ficiis instrumentoque omni, quod die mortis meae ibi habuero, usui vestro *deserviant, quamdiu vivetis.* Quive ex vibis novissimus morietur, eodem modo testamento suo *caveat ut heredes eius quive* ex iis prognati erunt, aequaliter in familiam nominis mei permanea*nt eodemque quo vos iure sint.* Et ab hac re promissioneque dolus malus cuius [4]) vestrum, de quibus agitur, absit. *Si adversus ea factum erit,* Q. E.

---

1) quibus de agitur qui supra scripta sunt. — 2) Borghesius apud Huschkium legendum censet: *die parentalium meorum:* quae quidem est vulgatior forma, sed Huschkio spatium eam non capere videtur. — 3) *die violationis* coniecit Borghesius. Violationis vox hoc sensu, quo significat violarum, ut rosatio rosarum, in sepulcra illationem hucusque ignota fuit; alias dies violaris vel violae dictus. — 4) *cuius* h. l. pro *alicuius* et hoc pro: *cuiuscunque vestrum.* Huschk.

R. E.[1]), tantam pecuniam dari et amplius poenae nomine HS. L. M. N.[2]) nummum stipulatus est T. Flavius Syntrophus, spopondit T. Flavius Aïthales libertus.

Tum hortulos cum aedificio *et vineis maceria clusis ita ut* empti sunt et quae postea iis accessere, mancipio accepit T. Flavius Aïtha*les libertus de T. Flavio Syntropho HS. N. I.*[3]) libripende Ti. Claudio Phileto.

Antestatus est T. Flavium Theopom*pum et in vacuam possessionem hort*orum, qui supra scripta ire aut mittere iussit T. Flavius *Syntrophus T. Flavium Aïthalem libertum seque* inde excessisse desisseque possidereque dixit salva volu*ntate sua si ossa sepulcris, quae sunt in illis* hortis, inferri consacrarive voluerit. Actum III.. .... *Consulibus. Nomina testium.* M. Clodii Saturnini, A. Cascellii, F. Flavii Pii, T. St.... *et T. Flavii Theopompi*, quem antestatus est, et Ti. Claudii Phile*ti libripendis.*

Instrumentum donationis Statiae Irenes.

1780. Monumentum quot[4]) est via triumpale inter miliarium secundum et tertium, euntibus ab urbe parte laeva in clivo Cinnae, et est in agro Aureli Primiani, fictoris Pontificum C. C. V. V.[5]) et appellatur Terentianorum, iuxta monumentum Claudii quondam Proculi et si qui alii affines sunt ei qua quemque tangit et populum, Statia Irene[6]) ius trium liberorum habens, M. Licinio Timotheo donationis mancipationisque causa HS N. I.[7]) mancipio dedit, libripende Claudio Dativo, antestato Cornelio Victore, eique vacuam[8]) possessionem monumenti SS.[9]) cessit, et ad id monumentum itum, aditum, ambitum adque haustum, coronare, vesci, mortuum, mortuam mortuosve ossa inferre ut liceat. Quod mihi Licinio Timotheo tu Statia Irene I. L. H.[10]) monumentum SS. HS. N. I.[7]) mancipio dedisti, de ea re dolum abesse, afuturumque esse a te, herede tuo et àb his omnibus, ad quos ea res pertinebit, haec sic recte dari, fieri, praestarique stipulatus est Licinius Timotheus, spopondit Statia Irene I. L. H.[10])

Actum pr. Kal. Aug. Impp. DD. NN. Gallo Aug. II. et Volusiano Aug. Consulibus.[11])

Isdem Consulibus eadem die Statia Irene I. L. H.[10]) donationi monumenti SS.[9]) sic ut supra scriptum est, consensi, subscripsi et

1) quanti ea res erit. — 2) sestertium quinquaginta millia numero. — 3) sestertio nummo uno. — 4) pro: *quod*, ut etiam infra. — 5) calatoris curiati virginum Vestalium. — 6) Spangenberg. male *Statia Airene.* — 7) Tabula, certe quidem Gruterus hic male N. L. quod emendandum N. I. (nummo uno), ut etiam paulo infra. — 8) Gruterus: *inque vacua cuam possessionem.* Emendationem cum Spangenbergio dedimus; sed fortasse legendum: *eique vacuam suam possessionem.* — 9) supra scripti. — 10) ius liberorum habens. — 11) an. p. Ch. 252 Imperatoribus Trebonio Gallo II, et Volusiano Consulibus.

adsignavi. Actum.[1]) — In tabula marmorea effossa Romae 1554. Gruter. p. 1081. Maffei Ist. dipl. p. 41. Terasson. Hist. de la iurisp. Adpend. p. 58. Brummer. Comment. ad leg. Cinciam cap. 14. cum doctis annotationibus. Spangenberg. Tab. p. 155.

1781. C. Iulius Caedus Lib. Samiaris Quintianus[2]) Salutem. Cum petieritis a me, ut si cui quid vestrum humanitus acciderit, is in locum qui est in fundo Aeschiniano meo intrantibus a via parte laeva a monumento testacio per longitudinem pedum CLXXV. latitudin. a maceria introrursus[3]) pedum XXV. inferatur, id ius concedere me hac epistula notum vobis facio. Bene valere vos cupio. Data XIII K. Iulias in hortis Statiliae Maximae. Ceiono Commodo et Civico Pompeiano Cos.[4]) Samyaris Doryphorion. — Romae. Grut. 874, 5. Terasson. Histoire de la iurisprud. Adpend. p. 44 sub falso titulo libellus Adriani Imp. Spangenberg. p. 157. Orel. 4354.

1782. . . . . inferendi in area, humandi, sepeliendi ius potestasque esto, ut huic areae, quam ego definii et a fronte macerias duxi et titul. posui, ultra eam aream et maceriam in fronte in agro versus late P. X. retro usque ad Canabetum huic area cedat, in qua pedatura neque humari neque tumulum fieri volo, ut habeat ea area et a tergo[5]) et a latere accessum suum . . . . . — Patavii in lapide. Apian. Inscr. p. 335. Gruter. p. 896. Spangenberg. Tab. p. 156.

1783. . . . ob memoriam patris sui dec. VII.[6]) collegi fabr. M. R.[7]) HS. ∞ $\bar{N}$ liberalitate donavit sub hac conditione, ut quotannis rosas ad monumentum eius deferant et ibi epulentur dumtaxat in V Id. Iulias. Quod si neglexerint, tunc ad VIII eiusdem collegii pertinere debebit, conditione supradicta. — Ravennae. Grut. p. 748. ex Apiano. Spangenberg. p. 189.

1784. Locus sive is ager est, qui est via Appia inter milliarium secundum et III euntibus ab Romae parte dexteriori in agro Curtiano Talarchiano in praedis Iuliaes Monimes et sociorum, locus n quo aedificata est schola sub por. consecrata Silvano et collegio eius sodalic. mancipio acceperunt Immunes et Curator et plebs universa collegi eius de Iulia Monime et socis eius sestertio nummo uno donationis causa, tutore C. Memio Orione Iuliaes Monimes, et ad eum locum itum, actum, aditum, ambitum, sacrificia facere, vesci, epulari ita liceat quandiu is collegius steterit. Quodsi aliter

1) Verbum *actum*, quod Gruterus exhibet, Maffeius et Spangenberg. omiserunt. — 2) Corrupta haec. Pighi Ms. *Duob. lib. Lemiari Quiritiali.* Orel. — 3) *introrsus.* Hagenbuch, *Diptych. Quir.* p. 197. Orel. — 4) p. Chr. 136. — 5) Verba: *et a tergo* desunt apud Apianum. — 6) decuriae septimae. — 7) Spangenberg. coniicit: *fabrum nemorariorum*, quod nihili est. Fortasse explicandae sunt notae: *fabrum marmorariorum Ravenatium:* vel simpliciter: *fabrum Ravennatium*, ut M ante R cum *fabr.* sit coniungendum.

factum fuerit, quod ad collegium pertinet Silvani, is locus sacratus restituetur . . . . . pi sine ulla controversia haec . . . ici . . sunt. — Romae in cippo. Cardinali Iscriz. Velit. p. 466. Orel. 4947. Eiusd. Anal. epigr. p. 46. Mommsen De Colleg. p. 122.

1785. Chirographum.

Ollaria numero quatuor, cineraria quinquaginta tria, intrantibus parte laeva, quae sunt in monumento T. Flavii Artemidori, quod est via Salaria in agro Volusi Basilides, ientibus [1]) ab urbe parte sinistra, donationis causa mancipio accepit M. Herennius Agricola de Tito Flavio Artemidoro sestertio nummo uno, libripende M. Herennio Iusto; antestatus est Tiberium Iulium Erotem [2]); inque vacuam possessionem earum ollarum et cinerariorum F. Flavius Artemidorus Herennio Agricolae ire aut mittere, ossaque inferre permisit, sacrumque quotiens facere vellit Herennius Agricola heredesve eius, permisit, clavisve eius monumenti potestatem facturum se dixit, dolumque malum huic rei abesse afuturumque. Sic haec recte [3]) dari, fieri, praestarique stipulatus est M. Herennius Agricola, spopondit Titus Flavius Artemidorus.

Actum XVIII. Kalendas Ianuarii C. Calpurnio Flacco, L. Trebio Germano Cos. [4]) — Hoc instrumentum donationis Flavii Artemidori repertum est prope Romam in cippo marmoreo Diis Manibus Marci Herennii Proti a parentibus Herennio Agricola et Herennia Laiena posito, postea in Angliam translatum. V., Philosophical Transactions an. 1736. Tom. XXXIX. p. 211 sqq. Murator. Tom. I. p. 337 et p. 439. Chr. Saxii Observatt. ad vetus chirographum. Traiect. ad Rh. 1757. Spangenberg Tab. p. 153. Orel. 4358.

1786. P. Aelius Chrestus et Cornelia Paula hoc scalare adplicitum huic sepulcro, quod emerunt a fisco, agente Agathonico Proc. Augg. NN. [5]) quod habet scribtura infra scribta.

Gentiano et Casso Coss. [6]) VII. Kal. Apr. Martialis Augg. lib. Prox. [7]) Tabular. scribsi, me accepisse ab Ael. Chresto pro podismo structionis scalaris quod est via Ostiensi parte laeva inter mil. I et II. quod conductum habet Sulpiciauns e bonis Aeliorum Onesimi et Fortis in praediis Amarantianis, secundum renunciationem mensorum pro areae pid. [8]) S. N̄. S. [9]) — Romae. E schedis Piccart. Reines p. 486. Maffei Istor. dipl. p. 43.

---

1) *ientibus* pro: *euntibus*. — 2) Subintellige: antestatus est sc. Herennius Agricola Tib. Iulium Erotem; aut lege: antestatus est Tib. Iulius Eros. *Spangenberg*. — 3) Apud Spangenberg. *Se hac re dari etc.* vitiose; est formula solennis. quae in donationis instrumento Statiae Irenes supra n 1780. ita profertur: *haec sic recte dari etc.* Huschke (Flavii Syntrophi instrument. p. 4) coniicit: *affuturumque esse. Haec etc.* — 4) annus consulum suffectorum ignotus. — 5) Procuratore Augustorum nostrorum (i. e. Septimii Severi et filiorum). — 6) a. u. 964. — 7) legendum: *Proc.* i. e. Procurator tabularius; aut retinendum *prox.* ut sit: *proximus tabularius* vel *proximus a tabulario.* — 8) Reinesius explicat: *pro areae pedatura;* Maffei accipit pro nota pedum venditorum (P.) addito numero. — 9) In

1787. In his praediis insula Sertoriana bolo [1]) esse Aur. Cyriacetis, filie meae, cinacula N. VI. tabernas N. XI. et repossone subiscalire. [2]) Feliciter. — In lapide Romae detecto anno 1819. Edidit et explicuit Birger Thorlacius, Prof. Havniensis, in programmate academico. Havniae. 1820. 4. Spangenberg p. 598.

1788. M. Rutilius Sp. Col. Niger emptor adiectis partibus iuris Q. Appuleii Eutichi C. Appulei Felicis M. Castricius Mysticus. — In via Appia. A duobus lateribus cippi incisa testium nomina. Silloge d'Iscrizioni antiche inedite da G. Melchiorri e P. Visconti. Roma. 1823. Osann, in: Allgemeine Lit. Zeitg. Ergänzbl. 1827. N. 69. Orell. 3122.

§. 12. Testamenta et testamentorum partes, ordine alphabetico secundum nomina testatorum disposita.

1789. Albinia Vatti fil. Valerianae, pudiciss. femin. P. Appius P. F. Eutyches. Ad cuius memoriam colendam huic [3]) colleg. dendroph. leg. HS C̄. N. [4]) cuius summae reditu quodannis die natal. eiusdem III. Id. April. decur. sportul. ex X CCC. inter praesent. arbitr. suo divid. [5]) oleum et propin. [6]) ex X DCCL praebeant; item lectisternium tempore parentalior. ex X CC memoriis eiusdem Valerianae et Appi. Valerian. fil. eius per offic. tesserarior. [7]) quodannis ponatur et parentetur; item coronae myrt. ternae et tempore rosae Iul. ternae [8]) eis ponantur: micatae [9]) de selectis [10]) ex X L profundantur; item Appius Eutychianus maritus eiusdem Valerianae scholae vexillarior. largitus est HS XXXX. N. ex cuius summae reditu quodannis die SS. natalis eius ante statuam lectist. ex X CCL ponant. sport. X CCL inter praesent. sibi divid. oleum et propin. per rosam praebeant. — Bergomi. Gruter. p. 753. ex Apiano et Alciati schedis. Spangenberg. p. 390.

1790. D. M. M. Aurelius Romanus et Antistia Chresme uxor eius fecerunt sibi et libertis libertab. posterisque suis item libertis libertabusq. posterisq. eorum monumentum aedificio superposito.

---

his siglis latet summa ab Aelio Chresto pro podismo, de quo mensores publci renunciaverant, structurae scalaris soluta: nimirum solvit sestertios numos centum. *Reines.*

1) Pro: *volo.* — 2) *repositiones subscalares* explicat Thorlac. — 3) legendum videtur: *huc* i. e. P. Appius Eutyches. — 4) collegio dendrophororum legavit sestertium centum millia numero. Sed summa cum proxime sequentibus non bene concinit: mendum subesse videtur. — 5) decuriones sportulas ex denariis trecentis inter praesentes arbitrio suo dividant. — 6) propinationem. — 7) per officium tesserariorum. — 8) pro *rosae Iul.* Salmasius de modo usurar. c. 7. legit: *rosarum.* Spangenbergius legendum censet: *tempore Iulii et rosae ternae.* Pro *rosae* utique legendum videtur *roseae* i. e. coronae. — 9) sensu caret; fortasse: *micae turis.* — 10) *selitis* Apian.

Hocautem monumentum cum aedificio neque mutabitur, neque vaeniet, neque donabitur, neque pignori obligabitur, nec nllo modo abalienabitur, ne de nomine exeat familiae suae. — Romae. Grut. p. 762. ex Apiano et Fabricio. Spangenberg. p. 391. Orel. 4386.

1791. L. Caecilius L. F. Pap.[1]) Optatus 7 leg. VII. G. Fel. et 7 leg. XV. Apollin. missus honesta missione ab Imp. M. Aur. Antonino et Aur. Vero[2]) Aug. Atlectus ab Tarr.[3]) inter immunes, consecut. honores aedilic.[4]) II vir, III Flamen Romae[5]) divorum Augustor. qui R. P. Barc.[6]) Italc.[7]) do lego darique volo: X VII.[8]) ex quorum usuris semissi.[9]) edi volo quodannis spectac. pugilum die IIII Iduum Iunii usque at X CCL et eadem die ex X CC oleum in therm. public. populo praeberi; hocq. prestari eà condicione volo, ut liberti mei item libertor. meor. libertarumque liberti, quos honor Seviratus contigerit ab omnibus muneribus Seviratus excusati sint. Quod si quis eorum at munera vocatus[10]) fuerit, tum ea X VII at remp. Tarrac. transferri iubeo sub eadem forma spectaculorum quot S. S.[11]) edendorum Tarracone. L. D. D. D. — Barcinone: pro aede divorum Iusti et Pastoris in angulo exteriori domus cuiusdam. Gruter. p. 378. ex iis quae Piersonus, Metellus et Schottus exceperunt. Spangenberg. p. 67 cui suspecta inscriptio videtur.

1792. . . . . Caelia C. F. Macrine testament. ex HS. CC. . . . fieri iussit, in cuius ornatum et tutelam HS. . . . reliquid. Eadem in memoriam Macri fili sui Tarricinensibus HS. . . reliquid ut ex reditu eius pecuniae darentur centum pueris alimentorum nomine sing. mensib. sing. XIIII. pueris usq. ad annos XVI. puellis usq. ad annos XIII ita ut semper C pueri et puellae . . . r[12]) successiones accipiant. — Terracinae. Borghesi in Bullet. arch. 1839. p. 153. Osann. in Bergk. Zeitschr. f. A. W. 1848. nr. 1832.

1793. Caput ex testamento Cetraniae Severinae.

Collegiis dendrophororum, fabrum centonariorum munic. Sassi.[13]) HS sena milia N. dari volo, fideique vestrae collegiali committo, uti ex reditu HS quatern. M. N. omnibus annis prid. Idus Iun. die natalis mei oleum singulis vobis dividatur et ex reditu HS binum millium N. manes meos colatis. Hoc ut ita faciatis fidei vestrae committo. — Inventum Sassinae in Flaminia ad Appenini radices in ara mar-

---

1) Spangenberg. male P. P. quum Gruterus det PAP. Idemque non magis recte pro signo Centurionis exhibet: *et.* — 2) Gruterus aperto vitio: *Varo* pro *Vero.* Mox pro *atlectus* Spangenbergius temere: *adlectus.* — 3) Tarraconensibus. — 4) consecutus honores aedilicios. — 5) post *Romae* excidisse videtur coniunctio *et.* — 6) rei publicae Barcinonensi. — 7) aperte vitiose. Spangenberg. ex coniectura: *talia.* — 8) denariorum septem millia. — 9) semissibus. — 10) Apud Gruter. *vocitus.* — 11) legendum et interpretandum videtur: *quos supra scripsi.* — 12) Borghesi. supplet *Tarr.* (Tarracinensibus); Osann. *per successiones.* — 13) municipii Sassinatis.

morea quadrata cum hoc titulo: D. M. Cetraniae P. F. Severinae Sacerdoti divae Marcian. T. Baebius Gemellius August. coniugi sanctiss. In dextro latere eiusdem arae stat ipsa sacerdos Vestalium more velo involuta. In sinistro latere caput testamenti incisum legitur. Ex Smetio Gruter. p. 322. Spon. Miscel. p. 264. Brisson. Formul. VII. cap. 157. Terasson. Adp. p. 83. Spangenberg. p. 62. Morcel. Op. II. p. 99.

1794. L. Cincius L. F. Suc.[1] Martialis V vir, possessor huius monumenti ex testamento L. Mamili Felicis, decuriae X collegium fabrum tignariorum parietem dextrum introitus ollas XXXII donavit eis qui infra scripti sunt singulis singulas:

P. Sulpicio Felici Dec.[2] T. Statilio Onesimo. (sequntur nomina viginti)
L. Baebio Apollinari. M. Antonio Philosterg.

Reliquas ollas X, qui in hac decuria allecti erint singulis singulas do, lego.

Reliquum omne eius meum, quod est in hoc monumento, Amatiae Euniae, uxori meae et L. Cincio L. F. Pal.[3] Martiali F. et M. Amatio Crescenti do possidereque eos iubeo. — Romae. Spon. Misc. erud. antiq. p. 59. Spangenberg. p. 69.

Testamentum Dasumii.

1795. Continetur hoc monumentum tabula marmorea cuius alterum fragmentum anno 1820 repertnm prope viam Appiam in vinea Sanctae Ammendolae praeter titulum quinquagenos octonos versus priores exhibet; alterum fragmentum non longe ab eo loco anno 1830 inventum eiusdem tabulae marmoreae reliquos versus inde a quinquagesimo octavo ad centesimum tricesimum secundum exhibet. Bina haec fragmenta coniuncta tabulam efficiunt decem palmos longam. Secundum longitudinem metienti tabula integra apparebit, sed secundum latitudinem multis partibus lacera est, ita quidem, ut versus vel maximam partem servati nonnisi tertiam sui partem, plerique nonnisi sextam reliquam habeant. De tempore testamenti conditi versus 123 docet Aelio Hadriano, Trebatio Prisco Consulibus esse factum, id est, anno 109 p. Ch. De persona Dasumii quem etiamsi nomen in titulo interciderit, e versu 34 testatorem esse apparet, non aeque liquido constat. Ex Rudorffii arbitrio Dasumius idem est vir consularis, cuius nomen Senatus consultum Dasumianum de fideicommissa libertate prae se fert anno u. c. 854 p. Ch. 101 assignandum. Borghesius ex commemoratione Cordubae in testamento facta coniicit, Dasumium Corduba oriundum fuisse atque ex eorum Hispanorum numero, qui Traianum popularem suum Romam proficiscentem sequerentur.

Prius fragmentum edidit Puggé in Museo Rhenano (1827) I, 3. p. 249 seqq.; utrumque Ambrosh Annali dell' instituto di corrispondenza archeolog. 1831. II. p. 388—406 et in Clemente Cardinali Diplomi im-

1) Sucusana tribu. — 2) decurioni. — 3) Palatina tribu.

periali accordati ai militari. Velletri. 1835. p. 217. No. 403. Novis curis egregie illustravit Rudorff in: Savigny. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissensch. Tom. XII. (1845.) p. 301.—392. cuius exemplum cum supplementis hic transcriptum damus. Testamenta etiamsi capitibus plerumque distinguantur, Dasumianum hac distributione caret. Capitum distributio quam addidimus, Rudorffii est. Asservatur hoc monumentum Romae penes Institutum archaeologicum.

*Test*amentu*m Dasumi.*

I. *Quoniam est* rectum, praestare . . . . . . amicus rarissimus . . . . . ., *si se nome*n meum laturum p*romiserit* . . . . . . *mearum fortu*narum ex uncia *heres esto eamque nominis bonorumque hereditatem cernito in diebus centum prox*imis quibus sci*erit poteritque. Quodni ita* c*reverit*, *tunc Septuma Secundina*, *matertera mea* pientissima, mihi *heres esto ex eadem parte. Si nec ea mihi heres erit tunc* . . . . *f*ilia Serviani ex *eadem uncia mihi heres esto. Ex reliqua parte Ursus Servianus domin*us meus mihi heres *esto. Si Servianus mihi heres non erit, tunc* . . *et* . . *mi*hi heredes sunto. *Si* . . *et* . . *mihi heredes non erunt, tunc Dasumia* . . *mi*hi heres esto. Si Da*sumia* . . *mihi heres non erit, tunc* . . *et* . . *mihi heredes sun*to II que cernunto *in diebus centum proximis, quibus scierint poteruntque. Si nec eorum quisquam* crev*e*rit, tunc Sy*che nutrix b*(*ene*) *m*(*erita*) *ex eadem parte mihi heres esto.*

II. *Amicis meis bene merentibus* infra scriptis, qu*isquis mihi heres erit, eum rogo fideique eius committo, uti det singulis* auri P. libras: Iuli*o* . ., ... no, Volusio Iuliano, ..., *Plinio* secundo, Cornelio *Tacito* . . . . . . auspicato, singulis . . . . . ., *M*inicio Iusto. Fabul, ... Iunio Avito, Pont*io* Laeliano . . . . . . *Sem*pronio Crescenti Ianuario . . . . . . *Licinio* nepoti, Tullio Varroni, Sat*rio Rufo*, ... *Minicio A*nniano, Appuleio Nepoti, Re*mmio Martiali* . . . . . . ustio Acantho, Fabio Rusticio, ... co, agris Phoebo et Servato, ... *Va*lerio Hermeti, Otacilio Or . . . . . .

III. *Sempronio Pr*oculo iurisconsulto, Ateio. m. . . . . . . no, Cornelio seni, Iulis Threp*to et* . . . . . . *Apollo*doro adfini meo. X. CXXV *conferri volo* . . . . . . *fideiq*ue eius eorumque committo, ut . . . . . . er consecrent Cordubae, it*a ut sub inscri*ptione nominis mei consec*rentur*, ... opera supra scripta fiant ei*us eorumque arbitratu* . . . . . . *fideiq*ue eius eorumque commit*to, ut* . . . . . . est.

IV. Dasumiae Syche nutri*ci* . . . . venucum areum piscato*res*, ... Elegerit, praeter quam. X. C, ... *argenti escari et potori ex meo quod* e*legerit* . . . . *chartam siv*e philuram calculatoriam . . . . . .

V. . . . . et Sabinum notarium et my . . . . *rat*ionibus redditis cum con*tubernalibus suis liberos esse iubeo* . . . . M cocum et o. Numicum C. . . . . et Diadumenum notarium . . . . mnem sumptuarium ration*ibus redditis cum contubernali liberum*

*esse volo, ita, ut eam in ma*trimonio habeat, fidelem*que* .... rculis pusillis componit. v ......

VI. .. *Dasumio co*lono. lib. ·X·. ∞, Dasumiae Sy*che nutrici bene meritae.* ·X· .... *lib.* ·X· ∞, Heliopaedi lib. ·X· ∞, ca ... ... singulis ·X· ∞, Eurotae lib. ·X· ......

VII. .... *Si* Eros vestiarius rationem *actus sui heredi meo reddiderit, liber esto, item .. paeda*gogus, ratione reddita, Phoe*bus .. et .. liberi sunto praeterquam si que*m ex his alio scripto liberum *esse vetuero. Quem enim ita vetuero, is neque liber esto, neque* vicensimae nomine ei *prove eo pub(licano) XX libertatis heres meus quidquam dato. Ceteros omnes*, quos liberos esse iussi, eos, *ex meo accipere volo, quod eo nomine pub(licano) debebunt, fidei aut*em eorum committo, quis*quis mihi heres heredesve erunt, ut eam pecuniam singulis dent tri*buant concedant sine ulla *controversia: et cum primum quisque eorum liber factus hoc* amplius ·X· V: et hoc amplius ...... cum primum manumissa *fuerit* ...... *ar*culam tha. cum ornato ......

VIII. *Hoc amplius heredes mei praef*ati dent tribuant conceedan*t sine ulla contreversia* .... *Har*masto Anatellonti libert*is in singulos annos, quandiu quis eorum vivet, initio cuiusque an*ni vestiari nomine singulis ·X· .., *hoc amplius* .... *T*erpno Achilli Heliopaedi lib*ertis initio cuiusque anni vestiari nomine singulis in sing*ulos annos, quandiu quis e*orum vivet*, ·X· .., *hoc amplius* ...... *libertis quand*iu quis eorum vivet, initio *cuiusque anni heredes mei vestiari nomine* ·X· .. *ipsi danto, curan*tove dare infra scriptis *conditionibus.*

IX. *Hoc amplius heredes mei supra scripti lanc*em auream meam maxima*m quae e*st et Diadumenum cubicul*arium* ...... *e*t Stephanum dropacatorem ...... orem et Faustum sutorem e*t* ...... *et paria* mularum, quae elegerit, cum *carruchis et mulionibus danto Septumae materterae meae pientiss*imae. Hoc amplius Epaphroditum ...... tum medicum, hilocyrium ...... *signa mea aure*a et argentea omnia et im*agines argenteas eidem Septumae materterae dari volo et rogo pie*tatem tuam, ut cures in pub*lica eas porticu poni, quam Cordubae extrui iussi, sigilliaria vero,* quae ubique habeo, in amicos *fidelissimos, quos voles, conferas. Hoc amplius* .... dispensatorem, rationibus ...... em et Eutychen, cubicul(*o*) maio*ri praepositum,* .... *dari volo mat*erterae Septumae Secundin*ae. Hoc amplius, martertera carrissima, commendo tibi* .... Erotem, Menecratem et Paeder*otem* .... *et rogo pietatem tuam, ut in eodem o*pere illos habeas donec vi*vent* ...... *quoniam* nullo merito meo tam valde .... *Hoc amplius* .... *reliq*ua Septumae materterae m*eae commendo,* .... *rebús* meis habuit, fideique eius N. ...... *Hoc a*mplius Septumae materterae meae ...... cursorem, Encolpium actorem, ...

X. Praedium suburbanum sestertium sexagies, quod beneficio Imp. Caesaris Traiani Augusti Germanici Dacici consecutus sum, intra biennium, quam mortuus ero, libertis in alimenta dari volo. Fidei itaque heredum committo, uti praedium, in quo corpus meum sepeliri volo, cum in eo..., amicus meus rarissimus, reliquias meas condiderit, exceptis locis religiosis et monimento, quo reliquiae meae inlatae fuerint, cuicunque sive testamento anteave libertatem dedi sive codicillis dedero, praeterquam Hymno pessime de me merito et ingrato erga patronum suum, cum pascuis, saltibus, silvis, instructum mancipio dent, ita ne de nomine libertorum exeat neve ii vendant pignore dent, cedant, condonent, eius autem portio, qui ex his decesserit, reliquis adcrescat donec in rerum natura esset unus eorum. Quodsi liberti libertaeque in rerum natura omnes esse desierint, tunc ad libertorum meorum filios posterosque, donec esset unus eorum, idem volo pertinere. Quodsi esse desierit, tunc ad Serviani mei libertos posterosque eorum pertineat. Cum autem in tam multas partes praedium praefatum distributum iri intelligam, nec possit omnes universa possidere, reliquum est, huic quoque difficultati consulere. Itaque Terpnum, Achillen, Heliopaeden Cymbalistam curatores do et siquis ex his decesserit tunc alium curatorem substitui curatori defuncto reliquorum suffragio iubeo ut ab his curatoribus alimenta omnia computari et reditus distribui libertis volo, qua re effectum iri existumo, ut ab uno omnia percipiant omnes.

XI. Hoc amplius heredes meos rogo fideique omnium heredum meorum committo, maxime vero a tua, Serviane, domine, erga me benevolentia peto, ne patiaris post me quemquam illorum, quos sive testamento sive codicillis maumittes, aut etiam veterum libertorum tuorum poni in monumento meo, aut quemquam ex meis libertis praeter Encolpu (m) et Harmastum et Anatellonta. Aditum autem ambitum et accessum in monumento volo habere omnes, quos sive ante testamentum sive testamento manumisi praeterquam te, Hymne, qui, quamvis plurimum tibi praestitisse me agnoveris, adeo tamen ingratus extitisti, ut propter ea, quae a te passus sim aut timuerim, etiam a tumulo meo removendum te statuerim. Reliquias meas Ursi Serviani domini mei et.. amici rarissimi curae commendo, capulum autem ferri volo per Serviani mei libertos. Per eundem amicum intra biennium postquam defunctus ero consummari inchoatum iubeo monumentum sumtuumque in eam rem factorum rationem eum reddere volo Serviano meo, et quo notior sit voluntas mea, lapidi incidi testamenti exemplum et poni ad latus monimenti mei.

XII. Hoc amplius quisquis mihi heres heredesve erit eruntve eum eosque rogo fideique eius eorumque committo, ut quaecunque hoc testamento cuiquam dedi legavi, ea vicensimis omnibus liberent, ita ut eas aut solvant iudiciave suscipiant eo nomine, aut vicensimae nomine cum publicano, qui id vectigal conductum habebit, aut paciscantur, aut decidant, aut in arbitrum compromittant.

XIII. *Novissime, si quid codicillis alio*ve quo genere scriptum sig*natumque reliquero, valere volo, quasi testamento scriptum signatum*que reliquissem. Liturae, *inductiones, superinductiones, quae in eo inveniuntur* iam testamenti faciundi et *signandi tempore factae sunt. Testamentum scribendum curavi per V*entidium Campanum, testa*mentarium, iuris studiosum*, ..., *Romae, Ae*lio *Hadri*ano, Trebatio Pri*sco coss.*

XIV. . . t. do lego damnas*que esto quisquis mihi heres erit, dare* . . . . *Imp. Caes. Traia*no Aug. Germanico *Dacico* . . . . . . *Sosio* Senecioni singu*lis* . . . . . . *argen*ti P. V., Otacilio or . . . . . . *to* medico HS. ·X̄· I . . . . . . HS C̄C̄C̄, ex qu. . . . . . . *Anatellon*ti Eurota(e) lib*ertis sine ulla aliena*tione di*lexerunt* . . . . . .

1796. Expl. tesm.[1] partis pos.[2]

Iulianus V. C. sanus salbus sana mente integroque consilio, memor condicionis omane[3] testamentum feci. Inter cetera civibus Prae.[4] omnibus dari bolo[5] ex massa Prae.[6] kasam cui vocabulem est Fulgerita regioni. camp. terr. Prae.[7] ita ut ad memoriam meam per singulos annos sine dubio colant spiritum meum, ita tam.[8] ut conlocent statua[9] nomine mei in foro et hoc ipsum expl. testam. ascribant ibi et non hact. potest. dextraendi[10] ut si quado[11] alienari boluerint, fiscus possideat. — Praeneste. Foggini Fasti p. VII. Orel. 4350. Legitur in basi statuae Iuliano positae, praecedente hoc titulo honorario: Iuliani Postumio Iuliano C. M. V.[12] ob meritum amorem et religionem quam erga cibes universus[13] habere satis dignatus est, quiquae[14] testamento suo memor honorificentiae n...e[15] memoriae retines[16] testamentoque *ca*sa cui vocabulum est Fulgeritam ter*ritorio Prae*nestino nobis universis cibibus quos magna adfectione diligebat, reliquit; cuique ob eadem contemplatione[17] dignissimo Patrono, cuius omnes requimus[18] defensionem et vindicium[19], statuam prompto animo erigendam censuimus adq. ob nimio amore civico[20] secundum[21] in anno vel amplius universi civves[22] Prae. aepulum celebraturi.

1797. M. Lollius Arphocras V. F. S.[23] et Paelinae[24] uxori V.[25] et lib. libertab. postq. eorum M. S. S. E. H. N. S.[26] neque ulli liquebit[27] locationis causa in annis centum quandoque transven-

---

1) Exemplum testamenti. — 2) Non liquet; fortasse: partis posterioris. — 3) pro: humanae. — 4) Praenestinis. — 5) pro: volo. — 6) Praenestina. — 7) regionis campestris Praenestinae. — 8) tamen. — 9) statuam. — 10) Orellius explicat: et non habeant potestatem detrahendi. — 11) pro: quando. — 12) clarissimae memoriae viro. — 13) pro: cives universos. — 14) quique. — 15) *nostrae* supplet Orel. — 16) retinens. — 17) ablativ. pro accusativo. — 18) requirimus. — 19) pro: vindiciam. — 20) *adque obitum amore civico* Fogg. Male siquid video. Est potius *atque ob nimio amore*, ut supra *ob eadem contemplatione*. Orel. — 21) i. e. bis. — 22) sic pro: cives. — 23) vivus fecit sibi. — 24) i. e. Paulinae. Orel. — 25) vivae. — 26) monumentum sive sepulcrum est heredes non sequitur. — 27) pro: licebit.

dere. Quod siqui adversus it[1]) fecerint, eorum bona pertinere debebunt ad rem publicam Brundisinorum. — Brundusii. Grut. p. 801. ex Aldo Orthogr. Spangenberg. p. 391. Orel. 4431.

Caput ex tesamento M. Meconii.

1798. Adscriptum legitur cippo sepulcrali M. Meconii Leonis, Aedilis, Quatuorviri lege Cornelia, Quaestoris pecuniae publicae, patroni municipii et Augustalium Petilinorum (Gruter. p. 437) reperto 1498 prope Strongilos in Calabria. V. Georg. Fabric. Moniment. antiq. p. 12. Gualther. Antiq. tabulae n. 391. Brisson. De form. VII cp. 156. Gruter p. 215 (e Scaligeri schedis). Fabretti p. 403 (qui diligentius ope Dominici Sabbatini Strongilensis recognitum exhibet). Terasson Hist. de la iurispr. Adp. p. 84. Spangenberg. Tabb. p. 64. Gruterum, Orel. 3678. Fabrettum sequentes. De hoc testamento agit etiam Egger Examen des historiens d'Auguste. App. II. p. 293. Zumpt. De Augustal. p. 45.

Kaput ex testamento M. Meconii M. F. Cor. Leon.[2])

Hoc amplius R. P.[3]) Petilinorum dari volo HS. X̄ N.[4]) Item vineam Credicianam[5]), cum partem[6]) fundi Pompeiani, ea uti optima maximaque sunt, finibus suis, qua[7]) mea fuerunt. Volo autem ex usuris semissibus HS. X̄. N. comparari Augustalium loci N.[8]) ad instrumentum tricliniorum duum, quod eis me vibo[9]) tradidi, candelabra et lucernas bilychnes[10]), arbitrio Augustalium, quo facilius statis diebus epulas[11]) obire possint, quod ipsum ad utilitatem reip. N.[12]) pertinere existimavi, facilius subituris onus Augustalitatis, dum hoc commodum ante oculos habent. Caeterum autem temporum usuras semissis[13]) HS. X̄. N. ad instrumentum Augustalium arbitrio ipsorum esse volo, quo facilius munus meum perpetuum conservare possint, neque in alios usus usuras quas ita a rep. acceperint transferri volo, quam si necesse fuerit in pastinationem, vineamque[14]) cum parte fundi Pompeiani sicut supra dixi. Hoc amplius Augustalibus loci icciroo dari volo quae est Aminea, ut si cogitationi meae, qua prospexisse me utilitatibus vestris credo[15]), consenseritis vinum usibus vestris dumtaxat, dum[16]) publice epulas exercebitis, habere possitis. Hoc autem nomine relevati impendiis facilius prosilituri[17]) hi

1) pro: id. — 2) Marci filii Cornelia tribu Leonis. — 3) rei publicae. — 4) sestertiûm decem millia numorum (vel: numero). — 5) *Chalcidianam* Grut. quem sequitur Spangenb. — 6) mendose pro: *parte.* — 7) *qua mea.* Grut. Spangenb. Zumpt. *quae mea* Fabret. Orel. — 8) loci nostri. — 9) pro: *vivo.* — 10) sic Fabrett. *bilychneis* Gruter. — 11) Ita in tabula legitur Fabretto teste; Gruterus: *strati ius publ. obire possint.* Fabrettus suspicatur legendum: *stratinibus publicis*, quod adscivit Orel. *Quam* nos dedimus emendatio est Zumptii. — 12) nostrae. — 13) *usuras semisses.* Gruter. *usura semisse.* Fabret. — 14) ita Grut. *vineam quoq.* i. e. quoque Fabret. Orel. et Zumpt. puncto post *pastinationem* posito. — 15) Ita Fabrettus; apud Gruterum, quem Spangenbergius sequitur vitiose: *qua prospexissent utilitatibus nostris credo consenseritis.* — 16) *dum* Grut. *quum* Fabret. — 17) Fabretti. *prosilituri ... compellerentur* Gruterus, quem Spangenb. sequitur, *impendiis facilius prospecturi ... compellentur.*

qui ad munus Augustalitatis compellentur, locatione vineae partis fundi Pompeiani vineam[1]) colere poterint. Haec ita ut cavi fieri praestarique volo. Hoc amplius ab heredibus meis volo praestari reip. Petilinorum et a rep. Petilinorum corpori Augustalium ex praediis ceteris palum ridicam omnibus annis sufficiens pedaturae vineae quam Augustalibus legavi.[2]) A vobis autem Augustales peto hanc voluntatem meam ratam habeatis et ut perpetuam firmam[3]) observetis, curae vestrae mandetis. Quo facilius autem nota sit corpori vestro haec erga vos voluntas, totum loci Kaput, quod ad vestrum honorem pertinet.[4])...

1799. Liberti, libertae Prisci Aug. L. Gamiani.

Ex testamento descriptu. ita ut cautum erat subscripser.

Locus monumenti sive ager est via latin. ad milliarium V supra pontem ad monimentum Gami Caesaris Agathocliani.

Do lego libertis meis utriusque sexsus posterisque eorum et iis quos manu mitti rogavi, ibique tabernam fieri, inque eam consumi HS N. IϽϽϽ[5]) arbitratu Agathangeli collib. — Ravennae. Spretii Inscript. Ravenn. Tom. I. p. 238. Morc. Op. ep. Vol. II. p. 115. Marini Att. I. 270. Orel. 4353.

1800. ....cilius Threptus et Manlia Agape se viv*is fe*cerunt sibi et Caeciliae Threptae filiae et .....ecilio Mendauro filio et suis libertis libertabusque posterisq. eorum.

Hoc monumentum ne de nomine nostro exiat; qui externum inducere voluerit poenae *no*mine inferet arcae pontificium HS. L. M. N. — Romae. Grut. p. 765. Spangenberg. p. 391.

1801. Dis Manibus. M. Ulpius Aug. lib. Symplor... flaturarius auri et argenti monetar. sibi et Viliae Helpidi, quae et Claudia, lib. et uxori suae[6]) Ulpiae Arsinoe filiae et Claudio Amthociano filio Helpidis lib. suae fecit et libertis libertabusque utriusque sexus qui ex familia mei erunt, reliquiarum suarum condendarum causa et posterisque eorum qui in nomine meo permanserint, ea conditione,

---

1) Pro *vineam*, quod Fabret. exhibet, Gruterus: *eam*. Locus obscurus ita fortasse explicandus, ut pro *locatio* legatur *locatione*, vel *locatio*, praecisis literis finalibus ita intelligatur, hoc sensu: locanda altera vinea supra nominata Caediciana, quae pars est fundi Pompeiani, hanc vineam Amineam colere, id est, pecuniam huic vineae colendae necessariam sibi comparare poterunt. Haec postquam scripsi, ad eandem coniecturam (*locatione*) Zumptium adductum esse vidi; quapropter in textum recepi. — 2) Quae hactenus leguntur lateri dextro cippi insculpta sunt; reliqua a verbis: *A vobis autem*, lateri sinistro. — 3) ita Grut. *perpetua forma* Fabret. *perpetuo firmam* emendat Zumpt. — 4) Grut. *tuli L. Kaput.* Fabret. *totum loci kaput.* Zumptius emendat: *ascribi volo caput*, afferens inscriptionem Orel. 4360. ubi testator praecipit: ut conlocent statuam nomine mei in foro et hoc ipsum exemplum testamenti ascribant ibi. Possis etiam coniicere: *totum legavi caput;* etsi insolentius dicendi genus esset. — 5) sestertios numos quinquagies mille. — 6) Lapis vitiose: *saa.*

ne fiducient, ne vendant, neve alio quo genere id sepulcrum sive monumentum est alienare ulli potestas sit. H. M. H. N. S. [1] — Romae. Gruter. p. 638. e Smetii cod. mscrpt. Spangenberg. p. 387.

1802. D. M. Aur. Maximianus Aur. Olympiadi, fil. dulcissimae, quae vix. ann. XXII. M. X. D. XXXVI. et Publiciae Carpodorae [2] eius et lib. libertabusq. suis posterisq. eorum F. [3]

Si quis hoc sepulcrum vel monumentum cum aedificio universo post obitum meum vendere vel donare voluerit, vel corpus alienum invehere vellit, dabit poenae nomine arc. pontif. [4] HS. $\overline{C}$. $\overline{N}$. [5] et ei [6] cui donatum vel venditum fuerit eadem poena tenebitur. — Romae. Gruter. p. 672 ad Smetium provocans, qui viderit. Spangenberg. p. 388. Oret. 4427.

Caumont Bulletin monumental ou collection de memoires et renseignemens pour servir a la confection d'une statistique des monumens de la France. Paris 1834—50. 15 voll.
Chaupy Decouverte de la maison de campagne d'Horace. Rome 1767. 3 voll. 8.
Conradi Scripta minora. Ed. Pernice. Halis. 1823. 8.
Corsi, Faustino, Delle pietre antiche Trattato. Rom. 1833.
Corsini Series Praefectorum urbis. Pisis 1763. 4.
Creuzer Zur Geschichte altrömischer Cultur am Oberrhein und Neckar. Leipzig 1833.
Dale, van, Dissertationes IX antiquitatibus et marmoribus Graecis et Romanis explicandis inservientes. Amstelod. 1702. 4.
Dausquii, Claudii, Tornacensis Orthographia latini sermonis vetus et nova. Parisiis 1677. Fol.
Delamare Exploration scientifique de l'Algérie pendant les années 1840 bis 1842 publiée par ordre du gouvernement. Archeologie. Paris. Imprimerie royale. (Bis 1851 29 Lieferungen.)
Denkschriften der kaiserl. Akademie der Wissenschaften. Philos. hist. Classe I. Bd. Wien 1850.
Dirksen Beiträge zur Kunde des römischen Rechts. Leipzig 1825.
Dirksen Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des röm. Rechts. Leipzig 1828.
Dirksen Civilistische Abhandlungen. Berlin 1820. 2 Bde.
Eckhel Doctrina nummorum veterum. Vindobonae 1792. Vol. 8.
Egger Latini sermonis vetust. Reliquiae Paris 1842.
Estrangin Description de la ville d'Arles antique et moderne. Arles 1845. 12.
Exploration scientifique de l'Algérie. Siehe Delamare.
Fabretti De aquis et aquaeductibus veteris Romae. Rom. 1680. Fol. in Graev. Thes. Tom. IV.
Fea Osservazioni sull' arena del amfiteatro Flavio. Roma 1813. Parte I. ed II.
Florez Hispania sacra. Madrid 1769.
Fuchs Alte Geschichte von Mainz. Mainz 1771. 8. Tom. I.
Gerhard Archäolog. Intelligenzblatt zur Allgem. Hall. Literaturzeitung. Halle 1833—1837.
Gerhard Archäolog. Zeitung. I—IV. Berlin 1843—46. Neue Folge. Jahrgang V—VI. 1847. 1848. — Denkmäler und Forschungen. Jahrgang VII—X. 1849—1852. 2.
Giornale Arcadico di scienze, lettere ed arti. Roma 1825 ff.
Giornale e Bibl. Ital. Milano 1841 ff.
Gromatici veteres. Ed. Lachmann. Berlin 1848. (Die Schriften der römischen Feldmesser, herausgegeben von Blume, Lachmann, Rudorf. Erster Band.)
Grotefend, C. L., „Die Legio I. Adiutrix von Galba, nicht von Nero er-

richtet." Zuschrift an Al. L. Ahrens Hannover 1849.
Guarini Iter vagum. Neapoli 1846.
(Guattani) Monumenti antichi inediti. Roma 1794—1805. 4.
Haller Helvetien unter den Römern. Bern. 1811. 2 Bde. 8.
Hefner, Ios. von, Das römische Bayern. 2. Aufl. München 1842.
Hefner, Ios. von, De statuis viris illustribus apud Romanos positis. Monac. 1847.
Hugo, Herm., societat Iesu, De prima scribendi origine et universa rei literariae antiquitate. Ed. Trotz. Traiecti ad Rh. 1738.
Iabornig-Altenfels und Christaling Kärntens römische Alterthümer. Klagenfurt 1843.
Iahresberichte des historischen Vereines der Pfalz. Speyer 1842. I. 1847. II.
Iahrbücher der Literatur. Wien 1818—1849. 128 Bde.
Iahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande. Bonn 1842—1852. 18 Hefte.
Iannssen De grieksche, romeinsche en etrurische Monumenten van het Museum van Oudheden te Leyden. Leiden 1848. (Inschriften N. 1—71.)
Iaumann Colonia Sumlocenne, Rottenburg unter den Römern. Stuttgart 1840. (Zusätze von Iaumann in den Rheinisch. Jahrbüchern. Bonn 1852. S. 221—226.)
Iorio Guida di Pozzuoli e contorno. Napoli 1817. 8.
Iorio Guida di Pompeji. Napoli 1836.
Knapp Römische Denkmale des Odenwaldes. Heidelberg 1813.
Laborde, Alex., Description d'un pavé en mosaique decouvert dans l'ancienne ville d'Italica. Paris 1802. Fol.
Laborde, de, Voyage pittoresque et historique de l'Espagne. Paris 1807. 4 voll.
(Labus) Museo Bresciano illustrato. Brescia 1838. 2 voll. 4.
(Labus) Museo di Mantova. Mantova 1833. 3 voll.
Lanzi Saggio di lingua etrusca et di altre antiche d'Italia. Roma 1789. 3 voll. Ed. II. Firenze 1824.
Leake Iournal of a tour in Asia minor. London 1824.
Leclerc Les journaux chez les Romains. Paris 1838.
Lehne Die röm. Alterthümer der Gaue des Donnersbergs. Mainz 1836. II. Th.
Leichtlen Traian als Gründer oder Mitstifter von Baden-Baden; Schriften der Freiburger Gesellschaft zur Beförderung der Geschichts-Kunde. Freiburg 1828 I. S. 1.
Leichtlen Forschungen im Gebiete der Geschichte, Alterthums- und Schriftkunde Deutschlands. I. Heft. Das römische Zehntland. III. Heft. Schwaben unter den Römern. Freiburg 1822.
Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Egypte. Paris 1823. 8.
Lieberkühn Commentatio de diurnis Romanor. actis. Vimar. 1840. 4.
Long Denis, Recherches sur les antiquités romaines du pays des Vocontiens; memoire couronné par l'institut de France. Paris 1849. (Cf. A. Martin.)
Lupuli Iter Venusinum vetustis monumentis illustratum. Neapoli 1793. 4.
Lysons Reliquiae Britannico-romanae. Londini 1813.
Mabillon Vetera Analecta. Parisiis 1723. Fol.
Manutii, Aldi, Orthographiae ratio. Venet. 1561. 8. (Noch mit wenigen Inschriften.) — Orthographiae ratio ex libris et monimentis antiquis collecta. Venetiis 1566—68. und sonst öfter.
Mai Nova Collectio auctorum classicorum. Rom. 1831.
Mariana, Ioan. de, Historiae de rebus Hispaniae libri XX. Toledo 1592. Fol.
Masdeu Histoire critique de l'Espagne. Tom. V. et VI.
Memminger's Würtemberg. Jahrbücher. 1835. (Sammlung römischer Inschriften von Stälin.)
Memoires et Histoire de l'Academie des Inscriptions et Belles lettres. Paris 1736 sqq. 50 voll. 4. Memoires de l'Institut national. Litterature et beaux arts. 5 voll. Histoire et Memoires de l'Institut de France. Classe d'Histoire et de litterature ancienne. 1815. 4 Voll. Academie des inscriptions et belles lettres. 1821 ff. 1850. 17 voll.
Memoires et dissertations sur les antiquités nationales et étrangères publiés par la société des antiquaires de France. Paris 1817—50. 22 voll.
Memoires de la société des antiquaires de la Morinie. St. Omer et Paris 1834—50. 8 voll.
Memoires de la société des antiquai-

res de la Normandie. II. Serie. Paris 1840 ff. 8 voll.
Memorie della regale accademia Ercolanese di archeologia. Napoli. Vol. I. 1822. II. 1833. III. 1843. V. 1846.
Memorie della reale accademia di Torino. Torino 1818—1838. 40 voll. Serie seconda. Torino 1839—1850. 11 Voll.
Memorie romane di antichita e di belle arti. Roma 1824. voll. 3.
Millin Voyage dans les departements du midi de la France. Paris 1811. 5 voll.
Millin Monuments inedits. Paris 1802. Tom. I.
Millin Magazin encyclopédique. Paris 1797. und Annales encyclopédiques. 1818. 138 voll.
Millin Description de tombeaux decouverts a Pompeji. Naples 1813.
Mittheilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich. Zürich 1841. 3 Bde.
Mittheilungen des archäologischen Vereins zu Rottweil. Tübingen 1845.
Mommsen, Theodor, Die römischen Tribus in administrativer Beziehung. Altona 1844.
Mone Urgeschichte des badischen Landes bis zum Ende des siebenten Jahrhunderts. Karlsruhe 1845. 2 Bde.
Montfaucon l'Antiquité expliquee. Paris 1722. 10 vol. Fol.
Monuments publiés par l'Institut arch. Rom et Paris 1829—51. Tom. V.
Morcelli Africa christiana. Brixiae 1817. 3 voll. 4.
Morcelli Sull' agone Capitolino dissertazione. Milano 1816.
Museum, Rheinisches für Philologie, Geschichte u. s. w. von Hasse, Böckh, Niebuhr, Brandis. Bonn 1827. 3 Bde. — Für Philologie von Welcker. Ebd. 1833—41. Neue Folge. 1842—51.
Nibby Viaggio antiquario ne' contorni di Roma. Roma 1819. 8. 2 voll.
Novelle letterarie. Firenze 1770—92. 4. (Herausgegeben von Lami.)
Nouveau traité de diplomatique par deux Religieux benedictins de la Congregation de S. Maur (Toustin und Tassin). Paris 1750. 6 Bde. 4. Davon gehören hierher Tom. I. II. III. Uebersetzt und mit Anmerkungen versehen von Adelung. Erfurt 1759. 9 Theile.
Passerii Lucernae fictiles. Pisauri 1739. 3 voll.
Pignorii Symbolicae epistolae. Patavii 1694.
Platner, Bunsen u. A., Beschreibung der Stadt Rom. Stuttgart 1830 ff. 6 Bände.
Platner und Urlichs Beschreibung Roms. Stuttgart 1845.
Poleni Utriusque thesauri antiquitatt. romanarum graecarumque supplementa. Venetiis 1737. 5 voll. Fol.
Ponz, Antonio, Viage de Espanna. II. Ed. Madrid 1776. 13 voll.
Pratilli Della via Appia descritta da Roma a Brindisi. Napol. 1745. Fol. (S. Mommsen Inscr. Nap. p. XX. s. v.)
Preller, L., Die Regionen der Stadt Rom. Iena 1846.
Prevost Notice sur Orleansville; Revue archeol. 1844. IV. p. 652.
Prevost Sur la determination de la date de l'ere provinciale d'Afrique. Ebend. p. 800.
Raiser Der Oberdonaukreis des Königreichs Bayern unter den Römern. Augsburg 1830. 4.
Ravoisié Exploration scientifique de l'Algérie. Beaux arts. Premier Vol. Paris 1846.
Revue de Philologie, de litterature et d'histoire ancienne. Paris 1845 sqq.
Revue archeologique ou Recueil de documens et de memoires relatifs à l'étude des monumens, à la numismatique et a la philologie de l'antiquité et du moyen age, publiés par les principaux archeologues français et etrangers. Paris. Von 1843 an, jedes Jahr 2 Bände.
Romanelli Antica Topografia istorica del regno di Napoli. Napoli 1815. 3 voll.
(Rosini) Dissertationis isagogicae ad Herculanensium voluminum explanationem Pars prima. Napoli 1797.
Roulez Magistrats romains dans la Belgique; Nouveaux Memoires de l'academie de Bruxelles. Tom. XVII.
Roulez Melanges de philologie. Bruxelles 1842.
Sallengre Novus Thesaurus antiquitatum romanarum. Hagae 1716. 3 Voll. Fol.
Savigny Zeitschrift für geschichtliche Rechtswiss. Berlin 1826—1850.
Schmidl Oesterreichische Blatter fur Literatur und Kunst. 1846. N. 19. 45. 85. 135. 1847. N. 36. 42. 294.
Schoepflini Alsatia illustrata. Colomariae 1751. Fol. Tom. I.

Schreiber Die Feen in Europa. Freiburg 1842.
Schreiber Historisches Taschenbuch für Süddeutschland. Freiburg 1839—1844. 1846.
Schriften des Badener Alterthumsvereines. Baden und Karlsruhe 1845—1847. 3 Bände.
Schriften des histor. Vereines für Inner-Oesterreich. I. Heft. Gratz 1848.
Schumann von Mansegg Iuvavia, eine archäologisch-historische Darstellung u. s. w. Salzburg 1843. (S. 269 ff. Iuvavische Steinschriften nebst Erklärung.)
Sestini Viaggio per la Valachia, Transilvania e Ungheria. Firenze 1815.
Sponii Miscellanea eruditae antiquitatis. Lugduni 1685. Fol.
Steiner Archiv für Hessische Geschichte. Darmstadt 1835—1841. 6 Bände.
Steininger Geschichte der Trevirer unter den Römern. Trier 1845.
Stuart, Robert, s. Caledonia.
Symbolae litterariae signa, lapides, numismata, gemmas et monumenta medii aevi complectentes (a Gorio editae). Florentiae 1748. 2 voll. et Decadis II. voll. 10. Romae 1751—1754.
Ursini, Fulvii, Imagines et elogia virorum illustrium ex antiquis lapidibus et nomismatib. expressa cum annotationib. Romae 1570. Fol.
Visconti, E. Q, Antichi monumenti sepulcrali di Ceri. Rom. 1836. Fol.
Visconti Museo Pio-Clementinum. Rom. 1782. 7 voll Fol. Milano 1824. 7 voll. 8.
Visconti Opere varie. (Ed. Labus). Milano 1827. 4 voll.
Wal, de, De Moedergodinnen. Eene oudheidkundig-mythologische Verhandeling. Te Leyden 1846. (Zusätze dazu von C. L. Grotefend in den Rhein. Jahrbüchern. Bonn 1852. XVIII. S. 238.)
Walch, Io. Ern. Eman., Antiquitates medicae selectae. Ienae 1772. (woselbst die Inscriptiones medicor. oculariorum p. 19—32. 93—102.)
Walter Die Sammlungen von Gegenständen des Alterthums u. s. w. in dem grossh. Museum zu Darmstadt. 2. Aufl. Darmstadt 1844. Supplemente dazu in den Jahrbüchern des Vereins im Rheinlande. Bonn 1844. VI. p. 155.
Wesseling Probabilium Liber singularis. Franequerae 1741.
Wesseling Observationum variae. Libri II. Amstelod. 1727.
(Wiltheim) Luciliburgensia s. Luxemburgum romanum ed. Dr. Neyen. Luciliburgi 1842. (Add. Schneider Antiquar. Entdeckungen im Grossherzogthum Luxenburg. Rheinische Jahrbücher 1846. VIII. p. 89.)
Zeitschrift für Alterthumswissensch. herausgegeben von Zimmermann. Darmstadt 1834. und Cäsar. Marburg 1843 ff.
Zeitschrift des Vereins zur Erforschung der rheinischen Geschichte u. Alterthümer in Mainz. Mainz 1845.
Zumpt, C. Theophil., Commentatio de legibus repetundarum; Abhandlungen der Berliner Akademie 1845.
Zumpt, C. Th., Ueber die röm. Ritter und den Ritterstand in Rom. Philol. histor. Abhandlungen der Akademie zu Berlin von 1839. S. 65 ff.
Zumpt, C. Th., Ueber Municipium, Colonia, Praefectura im röm. Staatsrecht. Ebendas. S. 116 ff.

Register.

Druck von GEORG MOHR in Heidelberg.

In der Universitätsbuchhandlung von Karl Winter in Heidelberg ist erschienen:

Handbuch der Römischen Epigraphik von Karl Zell. **I. Theil**, enthaltend: Auswahl Römischer Inschriften.

Auch unter dem Titel:

Delectus inscriptionum romanarum cum monumentis legalibus fere omnibus ed. Car. Zell. gr. 8. fl. 3. 54 kr. oder Thlr. 2. 8 gGr.

Ueber den Werth und Character dieses Werkes erlauben wir uns auf folgende Aeusserungen einer Recension von Hase in Paris (Journal des Savans 1852. Januar und Februar) zu verweisen:

„Les études épigraphiques latines n'ont encore en général ni obtenu toute „l'éstime, ni excité tout l'intérêt, qu' elles méritent, soit parce que l'art d'en „tirer des resultats est encore peu connu, soit parce qu'elles assujettisent l'esprit „à des recherches pénibles et minutieuses. Ces recherches, il est vrai, rem„placent presque toujours par des faits positifs des notions confuses et inexactes, „mais elles exigent beaucoup de travail et ne procurent guère qu'ne gloire tar„dive; au lieu qu'on peut obtenir à moins de frais un succés éphémère en „renfermant des demi-vérités, ou même des erreurs dans des généralisations „vagues mais séduisantes quand elles sont revêtues des formes agréables ou „piquantes du style .....

Les maitres de cette science devanciers „ne l'ont pas rendu accessible à „tous les ésprits et Mr. Zell voudrait, qu'elle devint pour ainsi dire une partie „obligée et integrante des études philologiques. Pour atteindre ce but il a pensé „avec raison, qu'un livre élémentaire sur l'épigraphie latine, fait avec discerne„ment, renfermant les derniers resultats obtenus par l'erudition moderne .... „servirait à repondre le goût et l'intelligence de cette partie des antiquités ....

„Ce n'est sans doute, qu'un manuel, mais qui néamoins prendra un rang „fort distingué parmi les ouvrages modernes d'épigraphie.

„Ce premier tome renferme un choix de près de deux mille inscriptions „imprimées non en lettres capitales, mais en caracteres minuscules et courants: „c'était le seul moyen de faire entrer tant de textes en un seul volume par le„quel il a rendu un veritable service à l'épigraphie latine ..... Mr. Zell à mis „tous ses soins à bien choisir les documents curieux .....

„Nous ne craignons pas de dire, que nulle part on ne trouve coordonné „d'une manière aussi complète tout ce que les marbres peuvent fournir de ren„seignements sur le droit romain etc. Mr. Zell n'eût il donné que cette „ample collection, il aurait toujours le merite, d'avoir reuni en un seul volume „tant de textes curieux et d'avoir ajouté des documens nouveaux aux collections „publiées avant lui etc. Toutefois notre extrait prouvera à nos lecteurs, que ce „Recueil se compose de materiaux recherchés avec une attention intelligente, „classé avec discernement, examiné avec scrupule .....

„Les àmis de la science doiveut desirer, que ce second volume ne se „fasse pas trop attendre. Il formera le complément de celui, qui — nous le „repétons, mérite beaucoup d'éloges par sa contexture presque partout très „méthodique, par le nombre des documens curieux, qu'il renferme et surtout „ù raison de l'instruction solide, profitable et jusqu' à présent peu commune, „qu'il peut repandre.“ — Hase.

Ferner:

C. ZELL, De Aristotele patriarum religionum aestimatore. gr. 8. 1847. 20 kr. oder 6 Ngr.

HANDBUCH

DER

RÖMISCHEN EPIGRAPHIK

VON

CARL ZELL.

DRITTER THEIL.

LEGES MUNICIPALES, SALPENSANA ET MALACITANA, ALIAQUE SUPPLEMENTA AD MONUMENTA LEGALIA, QUAE CONTINET DELECTUS INSCRIPTIONUM ROMANARUM CUM MONUMENTIS LEGALIBUS FERE OMNIBUS.

Zweite Ausgabe.



HEIDELBERG.
CARL WINTER'S UNIVERSITÄTSBUCHHANDLUNG.
1874.

PRAEFATIO.

Monumenta quae dicuntur legalia in delectu meo epigraphico numero plura quam usquam alibi collecta habentur ex optimis quibusque quae tunc erant editionibus transscripta; novas eorum recensiones dare neque mihi proposueram, neque promisi. Sed vel solum colligenti et repetenti ex aliorum editionibus tot titulos quam difficile sit omnia plane emendata praestare, aequus quisque rerum aestimator probe novit. Iniqui autem obtrectatoris, quamvis docti, inhumanitatem et iniurias contemnere, satius est. Acquiesco in aequiorum iudicum humanitate, qui hoc meum Enchiridium qualecunque demum est, in Germania certe tempore primum, non inutilem esse librum ad haec studia promovenda, vel privatim per literas mihi significarunt, vel publice declararunt, inter quos honoris causa nomino viros doctrina conspicuos, Hase, Instituti Socium, (Journal des Savans 1852 et 1854), virum doctum, qui de enchiridio meo iudicium tulit in Ephemeridibus literariis Monacensibus (Münchner Gel. Anz. 1851. N. 18), A. W. Zumpt, Berolinensem (De fastorum Campanor. fragmento defensio. pag. 8), Ios. Aschbach Vindobonensem, (V. Jahrbücher der Alterthumsfreunde in Rheinlanden 1854. XXI. pag. 126) et I. G. Seidl Vindobonensem (Zeitschrift für österreich. Gymnasien 1853. IV. H. 307). Iam cum nova aliqua monumenta legalia inventa essent, inter quae praeclarum illud ἕρμαιον legum municipalium, Salpensanae et Malacitanae, principem locum obtinet, primum his ipsis legibus municipalibus delectum meum supplere, deinde etiam aliis aliquot monumentis legalibus vel nove repertis vel novorum subsidiorum ope emendatius nunc editis augere, non alienum visum est; idque consilium hoc supplemento edendo exsecutus sum.

LEGUM MUNICIPALIUM, SALPENSANAE ET MALACITANAE, TABULAE AENEAE.

Ad Delectus inscript. Cap. II. §. 5. pag. 365. nr. 1740. a. — Exeunte mense Octobre anni 1851 prope Malacam, Hispaniae urbem, duae tabulae aereae inventae sunt, quarum maior 55 pollices (pulgadas = 1 Metr. 56 Centimetr.) longa, $40^1/_2$ pollices (= 1 Metr. 9 Centimetr.) lata, minor 40 pollices longa, 32 lata, utraeque coniunctim pondus habent 264 librarum Castiliae (= 121 Chilogrammat. francogall.). Altera maior tabula cum scriptura in quinque columnis dispertita partem continet legis municipii Flavii Malacitani, quod hodie dicitur

Malaga; altera minor cum binis scripturae columnis, partem legis municipii Flavii Salpensani, quod alibi Salpesa nominatur et prope oppidum Facialcazar in regione Sevillae urbis olim fuisse creditur. Hae binae tabulae nunc Malacae penes Georgium Loring asservatae primum publici iuris factae sunt per Manuelem Rodriguez de Berlanga, Iureconsultum hispanicum, in libro qui inscribitur: Estudios sobre los dos bronces encontrados en Malaga à fines de Octubre de 1851. Por el doctor Don Manuel Rodriguez de Berlanga, abogado del ilustre colegio de esta ciudad. Malaga, imprenta del avisador Malagueño, Colle del Marques, numero 12. 1853. 4. Quam quidem editionem principem hae aliae monumentorum editiones de iisque commentarii secuti sunt: 1. Die Stadtrechte der latinishen Gemeinden Salpensa und Malaca in der Provinz Baetica von Theodor Mommsen. Aus dem III. Bande der Abhandlungen der königl. sächsischen Gesellsch. d. Wissensch. Leipzig b. G. Hirzel. 1855. 8. Ad calcem primarii de his monumentis libri additamentum est (Nachtrag), in quo altera textus recensio a Mommsenio novis subsidiis et repetitis curis facta proponitur: quae quidem nova subsidia haec erant: ectypum chartaceum a Berlanga missum; principis editionis exemplum, in quo legum textus denuo cum tabulis collatus et pluribus locis emendatus erat; nova collatio textus cum tabulis aeneis a docto medico Hollandico, Cats-Bussemaker, facta. — 2. Henzenii item binae editiones habentur, qui primum edidit secundum ectypum chartaceum a possessore Georgio Loring cum Instituto archaeologico romano communicatum, in Bulletino Instituti 1855. nr. IX. X. deinde iterum in Orellianae Collectionis inscriptionum Volumine IIItio a se edito (Turici 1856) pag. 524. n. 7421, in qua quidem altera editione Mommsenii lectionem ubique fere sequitur. — 3. Les tables de bronze de Malaga et de Salpesa traduites et annotées par Edouard Laboulaye, Professeur de législation comparée au collège de France, Membre de l'Institut. Paris. Auguste Durand libraire. 1856. 8. Satagit vir doctus demonstraturus tabulas aeneas spurias esse; neque tamen adhuc multis, vel potius vix cuiquam persuasit. — 4. Dernburgi commentatio in: Kritische Zeitschrift für die gesammte Rechtswissenshaft. Heidelberg 1856. III. Band I. Heft p. 74—93. de qua retuli simulque de Mommsenii et Laboulaii libris in: Heidelb. Jahrb. der Literatur. 1856. n. 33 et 34. — 5. Les Tables de Salpensa et de Malaga par M. Ch. Giraud, Membre de l'Institut. 2. Edition revue, corrigée et augmentée. Paris, Imprimerie administrative de Paul Dupont. 1856. 8. Epistolae sunt ad Eduardum Laboulaye datae, quarum prior editio facta est in: Journal général de l'instruction publique (Februar. — Septembr. 1856). Defendit ibi tabularum fidem contra Eduardum Laboulaye de iisque docte commentatur. — His libris enumeratis, de tabularum scriptura et argumento haec pauca addenda videntur. Ac primum quidem de scriptura literarumque ductibus Mommsenius (pag. 505.) monet, praeter nonnullas literas ad scripturae cursivae quae dicitur similitudinem accedentes scripturam nihil singulare aut quod suspicionem moveat habere. De orthographia eidem viro docto observandum videtur, quod syllabarum in fine versuum divisio ubique pronuntiationis rationem sequitur (ut: *cis-tam*, *fac-ta* similia) et quod hae tabulae etsi publicae neutiquam emendatae sunt, sed praeter aliquot

vitia etiam inaequalitatem quandam in orthographia habent, id quod in aliis quoque eius generis antiquis monumentis usu venire constat. Quod ad tabularum argumentum attinet, leges municipiorum Salpensani et Malacitani, quarum partes ibi reliquas habemus, Domitiano imperatore literis consignatae, interiorem utriusque rei publicae statum ex iure Latii, quod Imperator Vespasianus omnibus Hispaniae civitatibus dederat, (Plin. H. N. III, 3, 30.) ordinandum constituunt. Hic prima quaestio existit, quo sensu nomen *legis*, quod hae tabulae prae se ferunt, intelligendum sit. Mommsenius (pag. 390) legem sensu proprio accipit de constitutione Imperatoris Domitiani legis vicem obtinente et ab edicto imperatorio probe distinguenda. Giraud (pag. 31) contra rectius, ut mihi quidem videtur et in Annalibus Heidelbergensibus literariis l. l. p. 516 exposui, has leges municipales negat esse constitutiones imperatorias legum vice datas, atque contendit legem municipalem omnino esse formulam rei publicae municipalis constituendae a provinciarum praesidibus municipiis praescriptam vel a municipiis ipsis sibi datam et a praeside provinciae confirmatam. De universa alterutrius legis municipalis, Salpensanae et Malacitanae, conformatione et capitum (quae ibi rubricae nominantur) distributione certis rationibus definire non licet, cum non nisi fragmenta earum relinquantur. In aere Salpensano agitur rubr. XXI — XXIII de magistratuum municipalium ordinariorum iuribus et privilegiis quibusdam; rubr. XXIV. XXV. de prafectis municipii, qui quodam modo pro extraordinario magistratu haberi possunt; tum de magistratuum municipalium officiis et muniis et primum quidem in universum omnium, ut de iureiurando praestando (rubr. XXVI), et de magistratuum intercessionibus (rubr. XVII), deinde de singularibus uniuscuiusque magistratus, et primum quidem de duovirorum muniis, ut de servis apud duovirum manumittendis (rubr. XXVIII) et de tutorum per duoviros datione (rubr. XXIX). Ad hanc muniorum duoviralium enumerationem etiam aeris Malacitani capita omnia fere pertinent. Ibi enim agitur rubr. LI — LIX de comitiis magistratuum municipalium rogandorum causa a duoviro habendis, et rubr. LXIII — LXIX de pecuniae communis rationibus et administratione ad duoviros potissimum pertinente; interpositis rubrica LXI de patrono a decurionibus cooptando et rubrica LXII de aedificiis non destruendis, quae quidem rubricae binae etiamsi neque cum antecedentibus neque subsequentibus satis cohaerere videantur, tamen earum rerum, de quibus ibi agitur, cura inprimis ad duoviros pertinuisse censenda est. — Textum legum municipalium qui infra sequitur secundum Mommsenii recensionem dedi, Tabularum lectiones vitiosas vel mancas, a Mommsenio in textu suppletas vel emendatas, in notis apposui. Literae in textu typis inclinatis excusae significant notarum sive literarum singularium supplementa et explicationes. Iisdem literis in textu inclinatis ubi unci quadrati adduntur ([ ]), eiusmodi loci significantur ubi coniectura defectus aliquis in tabulae scriptura a Mommsenio resarciatur vel vitium emendetur. — Compendia scribendi in tabulis frequentata sive notae ut uno obtutu comprehendantur hic collecta, haec sunt: C. R. *civis romanus, civitas romana;* D. D. E. *dare damnas esto;* D. E. R. *de ea re;* D. M. *dolo malo;* E. R. E. T. P. *ea res erit tantam pecuniam;* E. R. E. V. *e re esse videbitur;* H. L. *hac lege;* I. D. P. *iure dicundo*

praeest; M. M. *municeps municipii;* MO. M. *mancipio manu;* P. P. *pater patriae;* Q. E. R. *quanti ea res;* Q. M. *quo minus;* R. *rubrica;* V. D. P. R. L. P. *ut de plano recte legi possit.* (V. Momm. pag. 458).

LEGIS MUNICIPII FLAVII SALPENSANI PARS.

[*Rubrica. Ut magistratus civitatem Romanam consequantur.*

XXI... *Qui IIvir aedilis quaestor ex hac lege factus erit, cives Romani sunto, cum post annum magistratu*] abierint, cum parentibus coniugibusque ac liberis,[1]) qui legitumis nuptis quaesiti in potestate parentium fuerint,[2]) item nepotibus ac neptibus filio nat*is natabus,*[3]) qui quaeque in potestate parentium fuerint; dum ne plures *cives* R*omani* sint qua[*m*][4]) quod ex h*ac* l*ege* magistratus creare oportet.

R. Ut qui civitate*m* Romana*m* consequantur, maneant in eorundem m*ancipio* m*anu* potestate.

XXII. Qui quaeve ex h*ac* l*ege* exve edicto[5]) imp*eratoris* Caesaris Aug*usti* Vespasiani imp*eratoris*ve Titi Caesaris Aug*usti* aut imp*eratoris* Caesaris Aug*usti* Domitiani p*atris* p*atriae* civitatem Romana*m* consecutus consecuta erit, is ea in eius, qui c*ivis* Roma*nus* hac l*ege* factus erit, potestate manu mancipio, cuius esse deberet, si civitate romana[6]) mutatus mutata non esset, esto, idque ius tutoris optandi habeto, quod haberet, si a cive Romano ortus orta neq*ue* civitate mutatus mutata esset.

R. Ut qui *civitatem* R*omanam* consequentur, iura libertorum retineant.

XXIII. Qui quaeve h*ac* l*ege* exve edicto imp*eratoris* Caes*aris* Vesp*asiani* Aug*usti* imp*eratoris*ve Titi Caes*aris* Vespasian*i* Au*gusti* aut imp*eratoris* Caes*aris* Domitiani Aug*usti* *civitatem* R*omanam* consecutus consecuta erit, is in libertos libertasve suos suas paternos paternas, qui quae in *civitatem* R*omanam* non venerit, deque bonis eorum earum et is, quae libertatis causa imposita sunt, idem ius eademque condicio esto, quae esset, si civitate mutat*us* mutat*a*[7]) non esset.

R. De praefecto imp*eratoris* Caesaris Domitiani Aug*usti.*

XXIIII. Si eius municipi decuriones conscriptive municipesve imp*eratori* Caesar*i* Domitiano Aug*usto* p*atriae* p*atris* IIviratum communi nomine municipum eius municipi detuler*int*, imp*erator*que[8]) Domitian*us* Caes*ar* Aug*ustus* p*ater* p*atriae* eum IIviratum

XXI. 1) Tab. *hac liberi.* — 2) *fuerun'.* — 3) *filio natalis.* — 4) *qua.* — XXII. 5) *exve ex edicto.* — 6) Tabulae lectionem: *civitate romana* cum Laboulaio retinuimus; Mommsen: *si civitate mutatus.* — XXIII. 7) *mutatis mutatae.* — XXIIII. 8) *detulerant imperatorve.*

receperit et loco suo praefectum quem esse iusserit, is praefectus eo iure esto, quo esset, si eum IIvir*um* i*ure* di*cundo* ex h*ac* l*ege* solum creari oportuisset isque ex h*ac* l*ege* solus IIvir i*ure* di*cundo* creatus esset.

R. De iure praef*ecti* qui a IIviro relictus sit.

XXV. Ex IIviris qui in eo municipio i*ure* di*cundo* pra*eerit*, uter postea ex eo municipio proficiscetur neque eo die in id municipium esse se rediturum arbitrabitur, quem praefectum municipi non minorem quam annorum XXXV ex decurionibus conscriptisque relinquere volet, facito ut is iuret per Iovem et divom Aug*ustum* et dium Claudium et divom Vesp*asianum* Aug*ustum* et divom Titum Aug*ustum* et genium imp*eratoris* Caesaris Domitiani Au*gusti* deosque Penates, quae IIvir*os* [1]) qui i*ure* di*cundo* pra*eest* h*ac* l*ege* facere oporteat, se, dum praefectus erit, d*umtaxat* [2]) quae eo tempore fieri possint, facturum neque adversus ea acturum [3]) scientem d*olo* m*alo*: et cum ita iuraverit, praefectum eum eius municipi relinquito. Ei qui ita praefectus relictus erit, donec in id municipium alteruter ex IIviris adierit, [4]) in omnibus rebus id ius e*a*que potestas esto praeterquam de praefecto relinquendo et de *civitate Romana* consequenda, quod ius quaeque potestas h*ac* l*ege* IIviris qui iure dicundo praeerunt datur. Isque dum praefectus erit quotiensque municipium egressus erit, ne plus quam singulis diebus abesto.

R. De Iureiurando IIvir*um* et aedil*ium* et *quaestorum*.

XXVI. Duoviri qui in eo municipio i*ure* di*cundo* pra*esunt*, item aediles *qui* in eo municipio sunt, item quaestores qui in eo municipio sunt, eorum quisque in diebus quinq*ue* proxumis post h*anc* l*egem* datam, quique IIvir*i* aediles quaestoresve postea ex h*ac* l*ege* creati erunt, eorum quisque in diebus quinque proxumis ex quo IIvir aedilis quaestor esse coeperit, priusquam decuriones conscriptive habeantur, iuranto pro contione per Iovem et dium Aug*ustum* et divom Claudium et divom Vespasianum Aug*ustum* et divom Titum Aug*ustum* et genium Domitiani Aug*usti* deosque Penates: se, quodquomque [5]) ex h*ac* l*ege* exq*ue* re [6]) communi m*unicipum* m*unicipi* Flavi Salpensani censeat, recte esse facturum, neque [7]) adversus h*anc* l*egem* remve commune*m* municipum eius municipi facturum scientem d*olo* m*alo*, quosque prohibere possit prohibiturum; neque se aliter consilium habiturum neq*ue* aliter daturum neque sententiam dicturum quam ut ex h*ac* l*ege* exque [8]) re communi municipum eius municipi censeat fore. Qui ita non iuraverit, is *sestertium X milia* municipibus eius municipi d*are*

XXV. 1) *IIviri*. Sed non video, cur Mommsenius, qui proxime sequentem notam I. D. P. supplet: *iure dicundo praeest*, non maluerit emendare: *IIvirûm* quam: *IIviros*. — 2) D P pro D. T. *dumtaxat*. — 3) Ita habet tabula; Mommsenius: *facturum*, ut infra est rubr. XXVI. — 4) *redierit* emendat Huschkius, contradicente Mommsenio, qui *adierit* consulto deligi dicit ad complectendum etiam eum casum, quo duovir absens creatus munus susceperit. — XXVI. 5) *quod quemque*. — 6) *ex quod re*. — 7) *necre*. — 8) *quamre*. H. L. *exqua*.

d*amnas* esto, eiusque pecuniae deque ea pecunia municipum eius municipi *qui*[1]) volet cuique per hanc legem licebit, actio petitio persecutio esto.

R. De intercessione IIvir*um* et aedil*ium et quaestorum.*

XXVII. Qui IIvir*i* aut aediles aut quaestores eius municipi erunt, his IIvir*is* inter se et cum aliquis alterutrum eorum aut utrumque ab aedile aedilibus aut quaestor*e* quaestoribus appellabit; item aedilibus inter se; [*item quaestoribus inter se.*][2]) intercedendi, in triduo proxumo quam appellatio facta erit potueritque intercedi, quod eius adversus *hanc legem* non fiat, et dum ne amplius quam semel quisque eorum in eadem re appelletur, ius potestasque esto, neve quis adversus ea qui*d*, quom[3]) intercessum erit, facito.

R. De servis apud IIvir*um* manumittendis.

XXVIII. Si quis municeps municipi Flavi Salpensani, qui Latinus erit, apud IIvir*os*, qui iure dicundo praeerunt eius municipi, servom suom servamve suam ex servitute in libertate*m* manumiserit liberum liberamve esse iusserit, dum ne quis pupillus neve quae virgo mulierve sine tutore auctore quem quamve manumittat liberum liberamve esse iubeat: qui ita manumissus liberve esse iussus erit, liber esto, quaeque ita manumissa liberave [*esse*][4]) iussa erit, libera esto, ut qui optum*o* iure latini libertini liberi sunt erunt; *d*um[5]) is qui minor XX annorum erit ita manumittat, si causam manumittendi iustam esse is numerus decurionum, per quem decreta h*ac lege* facta[6]) rata sunt, censuerit.

R. De tutorum datione.

XXIX. Cui tutor non erit incertusve erit, si is *eave*[7]) municeps municipi Flavi Salpensani erit: et pupilli pupillaeve non erunt; et ab IIviris, qui i*ure* d*icundo* p*raeerunt* eius municipi, postulaverit, uti sibi tutorem det; *et* eum, quem dare volet, nominaverit: *t*um is, a quo postulatum erit, sive unum sive plures collegas habebit, de omnium collegarum sententia, qui tum in eo municipio intrave fines municipi eius erit, causa cognita, si ei videbitur, eum qui nominatus erit tutorem dato. Sive is eave, cuius nomine ita postulatum erit, pupill*us* pupillave erit, sive is, a quo postulatum erit, non habebit collegam *collegav*e[8]) eius in eo municipio intrave fines eius municipi nemo erit: *t*um[9]) is, a quo ita postulatum erit, causa cognita, in diebus X proxumis, ex decreto decurionum, quod cum duae partes decurionum non minus adfuerint factum erit, eum, qui nominatus erit, quo ne ab iusto tutore tutela *a*beat[10]), ei tutorem dato. Qui tutor h*ac lege* datus erit, is ei, cui datus erit, quo ne ab iusto tutore tutela *a*beat, tam iustus tutor

---

1) *cui.* — XXVII. 2) verba uncis inclusa desunt. — 3) *quicquam.* — XXVIII. 4) *esse* in tab. deest. — 5) *tum.* — 6) ita habet tab. *facta h. l.* transposuit Mommsen. — XXIX. 7) *ex exve;* emendavit Huschk. — 8) *collegamque eius.* — 9) *cum is.* — 10) habeat.

esto, quam si is *civis* R*omanus* et adgnatus proxumus *civis* R*omanus* tutor esset.

LEGIS MUNICIPII FLAVII MALACITANI PARS.

Rubrica. De nominatione candidatorum.

LI. Si ad quem diem professio] fieri oportebit, nullius nomine aut pauciorum, quam tot quod creari oportebit, professio facta erit; sive ex his, quorum nomine professio facta erit, pauciores erunt, quorum h*ac* l*ege* comitiis rationem habere oporteat, quam tot [*quot*] [1]) creari oportebit: tum is qui comitia habere debebit proscribito ita u*t* d*e* p*lano* r*ecte* l*egi* p*ossint* tot nomina eorum, quibus per h*anc* l*egem* eum honorem petere licebit, quod derunt ad eum numerum, ad quem creari ex h*ac* l*ege* oportebit. Qui ita proscripti erunt, ii, si volent, aput eum, qui ea comitia habiturus erit, singuli singulos eiusdem condicion*is* [2]) nominato, ique item, qui tum ab is nominati erunt, si volent, singuli singulos aput eundem e*a*demque [3]) condicione nominato; isque, aput quem ea nominatio facta erit, eorum omnium nomina proponito ita *ut* d*e* p*lano* r*ecte* l*egi* p*ossint*, deque his omnibus item comitia habeto, perinde ac si eorum quoque nomine ex h*ac* l*ege* de petendo honore professio facta esset intra praestitutum diem petereque eum honorem sua sponte coepissent [4]) neque eo proposito destitissent.

R. De comitiis habendis.

LII. Ex II viris, qui nunc sunt, item ex his, qui deinceps in eo municipio IIviri erunt, uter maior natu erit, aut, si ei causa quae inciderit *quominus* comitia habere possit, tum alter ex his, comitia IIvir*is*, item aedilibus, item quaestoribus rogandis subrogandis h*ac* l*ege* habeto, utique ea distributione curiarum, de qua supra comprehensum est, suffragia ferri debebunt, ita per tabellam ferantur facito. Quique ita creati erunt, ii annum unum aut, si in alterius locum creati erunt, reliqua parte eius anni in eo honore sunto, quem suffragis erunt consecuti.

R. In qua curia incolae suffragia ferant.

LIII. Quicumque in eo municipio comitia IIviris, item aedilibus, item quaestoribus rogandis habebit, ex curiis sorte ducito unam, in qua incolae, qui cives R*omani* Latinive cives erunt, suffragi*um* [5]) ferant, eisque in ea curia suffragi latio esto.

R. Quorum comitis rationem habere oporteat.

LIIII. Qui comitia habere debebit, is primum IIvir*os* qui iure dicundo praesit [6]) ex eo genere ingenuorum hominum, de quo h*ac*

LI. 1) *quot* in tabula deest. — 2) *condiciones.* — 3) *eandemque.* — 4) *cepissent.* — LIII. 5) *suffragio.* — LIIII. 6) Si praecedens *IIvir.* suppletur: *IIviros,* ut Momms. supplet, emendandum videtur cum Laboul. *praesint.*

lege cautum comprehensumque est, deinde proximo quoque tempore aediles, item quaestores ex eo genere ingenuorum hominum, de quo *hac lege* cautum comprehensumque est, creandos curato; dum ne cuiius comitis rationem habeat, qui IIviratum pet*et*, qui minor annorum XXV erit quive intra quinquennium in eo honore fuerint; item qui aedilitatem quaesturamve petet [1]), qui minor annor*um* XXV erit, quive in earum qua causa erit, propter quam, si *civis* R*omanus* esset, in numero decurionum conscriptorumve eum esse non liceret.

R. De suffragio ferendo.

LV. Qui comitia ex *hac lege* habebit, is municipes curiatim ad suffragium ferendum vocato ita, ut uno vocatu omnes curias in suffragium vocet, eaeque singulae in singulis consaeptis suffragium per tabellam ferant. Itemque curato, ut ad cistam cuiiusque curiae ex municipibus eiius municipi terni sint, qui eiius curiae non sint, qui suffragia custodiant diribeant, et uti ante quam id faciant quisque eorum iurent, se rationem suffragiorum fide bona habiturum relaturumque. Neve prohibito *quo minus* et qui honorem petent singulos custodes ad singulas cistas ponant. Iique custodes ab eo qui comitia habebit, item ab his positi qui honorem petent, in ea curia quisque eorum suffragium [2]) ferto, ad cuiius curiae cistam custos positus erit, eorumque suffragia perinde iusta rataque sunto ac si in sua quisque curia suffragium tulisset.

R. Quid de his fieri oporteat, qui suffragiorum numero pares erunt.

LVI. Is qui ea comitia habebit, uti quisque curiae cuiius plura quam alii suffragia habuerit, ita priorem ceteris eum pro ea curia factum creatumque esse renuntiato, donec is numerus, ad quem creari oportebit, expletus sit. *Qua* [3]) in curia totidem suffragia duo pluresve habuerint, maritum quive maritorum numero erit coelibi liberos non habenti, qui maritorum numero non erit: habentem liberos non habenti; plures liberos habentem pauciores habenti praeferto prioremque nuntiato ita, ut bini liberi post nomen impositum aut singuli puberes amissi virive potentes [4]) amissae pro singulis sospitibus numerentur. Si duo pluresve totidem suffragia habebunt et eiusdem condicionis erunt, nomina eorum in sortem coicito, et uti cuiiusque nomen sorte ductum erit, ita eum priorem aliis renuntiat*o* [5]).

R. De sortitione curiarum et is, qui curiarum numero pares erunt.

LVII. Qui comitia *hac lege* habebit, is relatis omnium curiarum tabulis nomina curiarum in sortem coicito singularumque curiarum nomina sorte ducito et ut cuiiusque curiae nomen sorte exierit, quos ea curia fecerit, pronuntiari iubeto; et uti quisque prior

1) *petet et qui.* — LV. 2) *suffragio.* — LVI. 3) *quam* tab. Laboul. mavult *quum.* — 4) *utrive potentes.* — 5) *renuntiat.*

maiorem partem numeri curiarum confecerit, eum cum *hac lege* iuraverit caveritque de pecunia communi, factum creatumque renuntiato, donec tot magistratus sint quod *hac lege* creari oportebit. Si totidem curias duo pluresve habebunt, uti supra comprehensum est de is qui suffragiorum numero pares essent, ita de is qui totidem curias habebunt facito, eademque ratione priorem quemque creatum esse renuntiato.

R. Ne quid fiat, quo minus comitia habeantur.

LVIII. Ne quis intercedito neve quit aliud facito, quo minus in eo municipio *hac lege* comitia habeantur perficiantur. Qui aliter adversus ea fecerit sciens d*olo* m*alo*, is in res singulas *sestertium decem milia* municipibus municipii Flavi Malacitani d*are* d*amnas* es*to* eiiusque pecuniae deque ea pecuni*a* municipi eiius municipii, qui volet cuique per *hanc legem* licebit, actio petitio persecutio esto.

R. De iure iurando eorum, qui maiorem partem numeri curiarum expleverit.

LIX. Qui ea comitia habebit, uti quisque eorum, qui IIviratum aedilitatem quaesturamve petet, maiorem partem numeri curiarum expleverit, priusquam eum factum creatumque renuntiet, iusiurandum adigito in contionem palam per Iovem et divom Augustum et divom Claudium et divom Vespasianum Aug*ustum* et divom Titum Aug*ustum* et genium imp*eratoris* Caesaris *Domitiani* Aug*usti* deosque Penates, eum qu*ae* [1]) ex *hac lege* facere oportebit facturum neque adversus *hanc legem* fecisse aut facturum esse scientem d*olo* m*alo*.

R. Ut de pecunia communi municipum caveatur ab is, qui IIviratum quaesturamve petet.

LX. Qui in eo municipio IIviratum quaesturamve petent quique propterea, quod pauci*orum* [2]) nomine quam oportet professio facta esset, nominatim in eam condicionem rediguntur, ut de his quoque suffragium ex *hac lege* fieri oporteat, quisque eorum, quo die comitia habebuntur, ante quam suffragium feratur, arbitratu eius qui ea comitia habebit, praedes in commune municipum dato pecuniam communem eorum, quam in honore suo tractaverit, salvam is fore. Si d*e* e*a* r*e* is praedibus minus cautum esse videbitur, praedia subsignato arbitratu eiiusdem. Isque ab iis praedes praediaque sine d*olo* m*alo* accipito quoad recte cautum sit, uti quod recte factum esse volet. Per quem eorum, de quibus IIvirorum quaestorumve comitiis suffragium ferri oportebit, steterit, q*uo* mi*nus* recte caveatur, eius qu*i* [3]) comitia habebit rationem ne habeto.

R. De patrono cooptando.

LXI. Ne quis patronum publice municipibus municipii Flavi Malacitani cooptato patrociniumque cui deferto, nisi ex maioris partis decurionum decreto, quod decretum factum erit, cum duae

---

LIX. 1) *se cumque*. — 2) *paucioam*. — LX. 3) *que*.

partes non minus adfuerint et iurati per tabellam sententiam tulerint. Qui aliter adversus ea patronum publice municipibus municipii Flavi Malacitani cooptaverit patrociniumve cui detulerit, is *sestertium X milia nummum* in publicum municipibus municipii Flavi Malacitani d*are* d*amnas esto, et is*[1]) qui adversus h*anc* l*egem* patronus cooptatus cui*ve*[2]) patrocinium delatum erit, ne magis ob eam rem patronus municip*um* municipii Flavi Malaci*t*an*i* esto.

R. Ne quis aedificia, quae restituturus non erit, destruat.

LXII. Ne quis in oppido municipii Flavi Malacitani quaeque ei oppido continentia aedificia erunt, aedificium detegito destruito demoliundumve curato nisi decurionum conscriptorumve sententia, cum maior pars eorum adfuerit, quod restitu*tur*us[3]) intra proximum annum non erit. Qui adversus ea fecerit, is quanti e*a res* e*rit*, t*antam pecuniam* municipibus municipi Flavi Malacitani d*are* d*amnas* e*sto*, eiusque pecuniae deque ea pecunia municipi eius municipii, qui volet cuique per hanc legem licebit, actio petitio persecutio esto.

R. De locationibus legibusque locationum proponendis et in tabulas municipi referendis.

LXIII. Qui IIvir i*ure* d*icundo praeerit*, vectigalia ultroque tributa sive quid aliut communi nomine municipum eiius municipi locari oportebit, locato. Quasque locationes fecerit quasque leges dixerit, quanti quit locatum sit et qui praedes accepti sint quaeque praedia subdita subsignata obligatave sint quique praediorum cognitores accepti sint, in tabulas communes municipum eius municipi referantur facito et proposita habeto per omne reliquom tempus honoris sui, ita ut d*e plano recte legi possint*, quo loco decuriones conscriptive proponenda esse censuerint.

R. De obligatione praedum praediorum cognitorumque.

LXIV. Quicumque in municipio Flavio Malacitano in commune municipum eiius municipii praedes facti sunt erunt, quaeque praedia accepta sunt erunt, quique eorum praediorum cognitores facti sunt erunt: ii omnes et quae cuiiusque eorum tum |*fuerunt*|[4]) erunt, cum praedes cognitorve factus est erit, quaeque postea cum ii obligati esse coeper*unt*, coeperint,[5]) qui eorum soluti liberatique non sunt non erunt aut non sine d*olo* m*alo* sunt erunt, eaque omnia, *quae*[6]) eorum soluta liberataque non sunt non erunt aut non si*ne* d*olo* m*alo* sunt erunt, in commune municipum eiius municipii item obligati obligat*a*que sunto, uti ii e*ave populo* r*omano* obligati obligatave essent, si aput eos, qui Romae aerario praeessent ii praedes i*i*que cognitores facti eaque praedia subdita subsignata obligatave essent. Eosque praedes eaque praedia eosque cognitores, si quit eorum, in quae cognitores facti erunt, ita non erit, qui quaeve soluti liberati soluta liberataque non

LXI. 1) *eis.* — 2) *cui ius.* — LXII. 3) *restiturus.* — LXIV. 4) *fuerunt* deest in tabula. — 5) *coeperint cepe.* — 6) *quaeque eorum.*

sunt non erunt aut non sine *dolo malo* sunt erunt, IIviris, qui ibi *iure dicundo* praeerunt, ambobus alteri*v*e eorum ex decurionum conscriptorumque decreto, quod decretum cum eorum partes tertiae non minus quam duae adessent factum erit, vendere legemque his vendundis dicere ius potestasque esto: dum ea*m* legem is rebus vendundis dicant, quam legem eos, qui Romae aerario praeerunt, e lege praediatoria praedibus praedisque vendundis dicere oporteret, aut, si lege praediatoria emptorem non inveniet, quam legem in vacuom vendendis dicere oporteret; et dum ita legem dicant, uti pecuniam in fore [1]) municipi Flavi Malacitani referatur luatur solvatur. Quaeque lex ita dicta erit, iusta rataque esto.

R. Ut ius dicatur e lege dicta praedibus et praedis vendundis.

LXV. Quos praedes quaeque praedia quosque cognitores IIviri municipii Flavi Malacitani h*ac lege* vendiderint, de iis quicumque *iure dicundo praeerit*, ad quem de ea re ius aditum erit, ita ius dicito iudiciaque dato, ut ei [2]), qui eos praedes cognitores ea praedia mercati erunt, praedes socii heredesque eorum *i*que [3]), ad quos ea res pertinebit, de is rebus agere easque res petere persequi recte possit.

R. De multa quae dicta erit.

LXVI. Multas in eo municipio a IIviris praefectove dictas, item ab aedilibus, quas aediles dixisse se aput IIviros ambo alterve ex is professi erunt, IIvir qui *iure dicundo praeerit* in tabulas communes municipum eiius municipi referri iubeto. Si cui ea multa dicta erit aut nomine eiius alius postulabit, ut de ea ad decuriones conscriptosve referatur, de ea decurionum conscriptorumve iudicium esto. Quaeque multae non erunt iniustae a decurionibus conscriptisve iudicatae, eas multas IIviri in publicum municipum eiius municipii redigunto.

R. De pecunia communi municipum deque rationibus eorundem.

LXVII. Ad quem pecunia communis municipum eiius municipi pervenerit heresve eiius isve ad quem ea res pertinebit, in diebus XXX proximis, quibus ea pecunia ad eum pervenerit, in publicum municipum eiius municipi eam referto. Quique rationes communes negotiumve quod commun*e* municipum eius municip*i* gesserit tractaverit, is heresve eiius [*isve*] [4]) ad quem ea res pertinebit in diebus XXX proximis quibus ea negotia easve rationes gerere tractare desierit, quibusque decuriones conscriptive habebuntur, rationes edito redditoque decurionibus conscriptisve cuive de his accipiendis cognoscendis ex decreto decurionum conscri-

---

1) Sic tabula. Mommsen. legendum coniicit: *uti pecunia inde redacta (*vel*: recepta) in commune (*vel*: in publicum,* vel*: in rem) municipum municipi Flavi Malacitani.* Laboul. adsentiente Giraud: *uti pecunia in foro municipi Fl. Mal.* — LXV. 2) Probabile Mommsenio videtur, antiquiores verborum formas: *utii, eiei* male esse mutatas in: *ei.* — 3) *isque.* Ob sequens singulare *possit,* quod editores intactum relinquunt, fortasse rectius, lectione tabulae *isque* retenta, *ad quos* emendandum in: *ad quem.* — LXVII. 4) In tabula *isve* deest.

ptorumve, quod decretum factum erit, cum eorum partes non minus quam duae tertiae adessent, negotium datum erit. Per quem steterit, *quo minus* ita pecunia redigeretur referretur quove minus ita rationes redderentur, is, per quem steterit *quo minus* rationes redderentur quove minus pecunia redigeretur referretur heresque eius isque ad quem ea res qua de agitur pertinebit, *quanti ea res* erit, tantum et alterum tantum municipibus eiius municipi *dare damnas esto.* Eiusque pecuniae deque ea pecunia municipum municipii Flavi Malacitani qui volet cuique per *hanc legem* licebit actio petitio persecutio esto.

R. De constituendis patronis causae, cum rationes reddentur.

LXVIII. Cum ita rationes reddentur, IIvir, qui decuriones conscriptosve habebit, ad decuriones conscriptosve referto, quos placeat publicam causam agere, iique decuriones conscriptive per tabellam iurati *de ea re* decernunto, tum cum eorum partes non minus quam duae tertiae aderunt, ita ut tres, quos plurimi per tabellam legerint, causam publicam agant, iique qui ita lecti erunt tempus a decurionibus conscriptisve, quo causam cognoscant actionemque suam ordinent, postulanto eoque tempore quod is datum erit transacto eam causam uti quod recte factum esse volet agunto.

R. De iudicio pecuniae communis.

LXIX. Quod *municipum municipii* Flavi Malacitani nomine petetur ab eo, qui eius municipi municeps incolave erit, quodve cum eo agetur quod pluris *sestertios mille* sit neque tanti sit ut [*de ea re proconsulem ius dicere iudiciaque dare ex hac lege oporteat, de ea re IIvir praefectusve, qui iuri dicundo praeerit eius municipi, ad quem de ea re in ius aditum erit, ius dicito iudiciaque dato*] [1]) ...

Ad Delect. Inscript prof. Caput II. p 204.

N. 1678. Argumento legis Thoriae praeter scriptores a me laudatos Handbuch der röm Epigraph. II. 274 addendus est Mommsen in: Bericht. der sächs. Gesellsch d. W. 1850 II. 89—101. qui legem Thorio abiudicat, eamque ignoti auctoris anno u. c. 643 assignat.

N. 1683. Ex Ritschelii editione huius legis, cuius mentionem addidi Handbuch II. 274. hae correctiones et variae lectiones infra sequuntur:

Delect. p. 278. XX. lin. 7 leg. *sei* pro *si.* — p. 279. lin. 5 deleantur puncta pone *erit.* — lin. 7 Ritschl. I. E. S. — lin. 12 pro D F. HS leg. ex Huschkii coniectura, assentiente Ritschl D. T. HS.... i. e. *dum taxat.* — Ibid. post *L. Sei* Ritschl puncto detmo orationem continuat. — lin. 13 post *praefec. ve* adde verba: *Mutinensis, quod eius IIvir, IIIIvir, praefect. ve.* — pag. 280. lin. leg. *deicat.* pro

---

LXIX. 1) Uncis inclusa in tabula desunt; restituit Mommsen. —

deicet. — pag. 282. XXII. lin. 5 litera D in notis H. L. D. O. Ritschelio ex errore quadratarii fluxisse videtur. — lin. 6 leg. *quae ita ab eo petetur, deve ea re cum eo agetur.*

N. 1692. Praeter ea, quae ad argumentum S. Consulti Hosidiani addidi Handbuch. II. 277. notandum est, tabulam aeneam hodie non amplius superesse; porro scriptoribus de hoc. SC. eiusque editoribus addendi sunt: Bachofen Ausgewählte Lehren des röm. Civilrechtes, p. 185 seqq. Mommsen in Bericht. der sächs. Gesellsch. d. W. 1852. III. IV. p. 272 seqq. qui textum denuo recensuit praeter Capaccianum alio exemplo usus manu scripto Parisino, ex qua quidem recensione exemplum infra repetivimus. Henzen ad Orell. n. 3115 ubi hoc SC. exhibetur quidquam observare omisit.

I.

Cn. Hosidio Geta, L. Vagellio Coss. X. Kal. Octobr. S. C.

Cum providentia optumi principis tectis quoque urbis nostrae et totius Italiae aeternitati prospexerit, quibus ipse non solum praecepto augustissimo, set etiam exsemplo suo prodesset, conveniretque felicitati saeculi instantis pro portione publicorum operum etiam privatorum custodiae, deberentque apstinere se omnes cruentissimo genere negotiationes, ne [1]) inimicissimam paci faciem inducere ruinis domum villarumque: placere, siquis negotiandi caussa emisset aliquod aedificium ut diruendo plus adquireret quam quanti emisset, tum duplam pecuniam qua mercatus eam rem esset in aerarium inferri, utique de eo nihilo minus ad senatum referretur. Cumque aeque non oporteret malo exemplo vendere quam emere, ut venditores quoque coercerentur, qui scientes dolo malo contra hanc senatus voluntatem vendidissent, placere, tales venditiones irritas fieri. Ceterum testari senatum dominio [2]) constitui, qui rerum suarum possesores futuri aliquas partes earum mutaverint, dum non negotiationis causa id factum sit. Censuere. [3]) — In senatu fuerunt CCC. LXXXIII. —

II.

[Q.] Volusio, P. Cornelio Cos. VI Non. Mart. S. C.

Quod Q. Volusius, P. Cornelius verba fecerunt de postulatione necessariorum Alliatoriae q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c.

Cum S. C. quod factum est Hosidio Geta, L. Vagellio Cos. clarissimis viris ante d. X. K. [4]) Oct. auctore d. Claudio cautum esset ne quis domum villamve dirueret, quo plus [5]) sibi adquireret, neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve, poenaque in emptorem, qui adversus id S. C. fecisset, constituta esset haec

1) legend. *nec.* — 2) Dirksen coniicit pro *dominio* legendum esse: *de iis omnino non constitui*, assentiente Bachofen. Mommsen coniicit: *dominis nihil constitui.* — 3) Ita Mommsen qui *sit* post *factum* supplet, ex Parisino exemplo. Capaccius: id factum censuerunt. — 4) Mommsen *ante d[iem X. K.]* Capaccius: *ante X. K.* Parisinum exemplum: *ante decim. K.* — 5) Ita Mommsen e pandectis. Capaccius: *dirueret quot.* Parisinum exemplum: *dirueret quam.*

ut qui quicquid emisset duplum eius quanti emisset in aerarium inferri cogeretur et eius qui vendidisset irrita fieret venditio, de iis autem qui rerum suarum possessores futuri aliquas partes earum mutassent, dummodo non negotiandi causa mutassent, nihil esset novatum, et necessarii Alliatoriae Celsillae, uxoris Altil. Luperci ornatissimi viri exposuissent huic ordini, patrem eius Alliatorium Celsum emisse fundos cum aedificiis in regione mutinensi qui vocarentur campi macri, in quibus locis mercatus agi[3]) superioribus solitus esset temporibus, iam per aliquot desisset haberi, eaque aedificia longa vetustate dilaberentur neque refecta usui essent futura, quia neque habitaret in iis quisquam nec vellet in deserta ac ruentia commigrare: ne quid fraudi, multae poenaeque esset Celsillae, si ea aedificia, de quibus in hoc ordine actum esset, aut demolita fuissent aut ea conditione sive per se sive cum agris vendidisset aut emptori sine fraude sua ea destruere tollereque liceret.

In futurum autem admonendos caeteros esse, ut abstinerent se a tam foedo genere negotiation*is* hoc praecipuo saeculo quo excitari, novari, ornari universa, quibus felicitas orbis terrarum splenderet, magis convenire, quam ruinis aedificiorum ullam partem deformem Italiae [reddi][4]) et adhuc retinere priorum temporum.... ita ut diceretur senectute actum.... Censuere. In senatu fuerunt....

N. 1693. Ad argumentum Orationi Claudianae praemissum praeter libros iam in Enchiridio Tom. II. p. 279. not. 2. nominatos addantur: Commarmond Description du Musée lapidaire de Lyon. Lyon. 1846—1854. 4. pag. 29 et tab. II qui orationis textum exactissima cura expressum dedit; Montfalcon Monographie de la table de Claude. Nouvelle édition. Lyon. 1853. fol. in quo quidem libro Commentatio mea de hac oratione Friburgi 1833 edita repetitur, epistola mea ad A. W. Zumptium addita; Benech La table de Claude dans ses rapports avec le droit public romain et gallo-romain; in: Wolowski Revue de législation et de jurisprudence. Paris. 1852. Tom. II. p. 193.

N. 1694. Fragmenta senatusconsulti de honoribus Germanico post mortem tribuendis a Fea primum edita Henzen Orell. 5382 exhibet a Borghesio correcta; idemque n. 5381 fragmenta senatusconsulti, quo Druso Caesari post mortem honores tributi sunt, primum edita a Maffeio Mus. Ver. 313, 1. nunc a Borghesio emendata.

N. 1710. a. interserendum Edictum Constantini, quod infra sequitur. Repertum anno 1733 Hispelli, a Muratorio Thesaur. Inscript. p. 1791 receptum sed pro spurio habitum, assentiente Orellio ad n. 2170, nuper a Mommsenio egregie defensum et explicatum in Analect. epigraph. 9. Bericht. d. S. G. d. W. 1850 p. 199 sqq. cuius monumenti textus ab Henzenio ad tabulam marmoream Hispelli asservatam exactus et recensitus editus est in Collect. Orelliana n. 5580. Vol. III. p. 116, unde transscripsimus.

---

3) Ita Mommsen ex Parisino exemplo quod habet: *aci.* Capaccius: *mercatus.... saepe superioribus.* — 4) Supplevit Mommsen. *conspici* Capaccius.

E. S. R. [1]) Imp. Caes. Fl. Constantinus Max*imus* Germ*anicus* Sarm*aticus* Got*icus* Victor Triump*hator* Aug. et Fl. Constantinus et Fl. Iul. Constantius et Fl. Constans. Omnia quidem, quae humani generis societate*m* tuentur, pervigilium curae cogitatione complectimur; sed provisionum nostrarum opus maximum [2]) est, ut universae urbes quas in luminibus provinciarum hac [3]) regionum omnium species et forma distinguit non modo dignitatem pristinam teneant, sed etiam ad meliorem statum beneficientiae nostrae munere provehantur. [4]) Cum igitur ita vos Tusciae adsereretis esse coniunctos, ut instituto consuetudinis priscae per singulas annorum vices a vobis quoque praedictis sacerdotes creentur, qui aput Vulsinios Tusciae civitate*m* ludos scaenicos et gladiatorum munus exhibeant, sed propter ardua montium et difficultates itinerum saltuosa inpendio posceretis, ut indulto remedio sacerdoti vestro ob editiones celebrandas Vulsinios pergere necesse non esset: scilicet ut civitati, cui nunc Hispellum nomen est quamque Flaminiae viae confinem adque continuam esse memoratis, de nostro cognomine nomen daremus, in qua templum Flaviae gentis opere magnifico nimirum pro amplitudine nuncupationis exsurgeret, ibidemque his sacerdos, quem anniversaria vice Umbria dedisset, spectaculum tam scenicorum ludorum quam gladiatorii muneris exhiberet, manente per Tuscia [5]) ea consuetudine, ut indidem creatus sacerdos apud Vulsinios ut solebat editionum antedictarum spectacula frequentaret: praecationi hac desiderio vestro facilis accessit noster adsensus. Nam civitati Hispello aeternum vocabulum nomenque venerandum de nostra nuncupatione concessimus: scilicet ut in posterum praedicta urbs Flavia Constans vocetur, in cuius gremio aedem quoque Flaviae, hoc est, nostrae gentis, ut desideratis, magnifico opere perfici volumus, ea observatione perscripta [6]), ne aedis nostro nomine dedicata cuiusquam contagiosae superstitionis fraudibus polluatur. Consequenter etiam editionum in praedicta civitate exhibendarum vobis licentiam dedimus: scilicet ut, sicuti dictum est, per vices temporis sollemnitas editionum Vulsinios quoque non deserat, ubi creatis e Tuscia sacerdotibus memorata celebritas exhibenda est. Ita quippe nec veteribus institutis plurimum videbitur derogatum, et vos, qui ob praedictas causas nobis supplices extitistis, ea quae inpendio postulatis, impetrata esse gaudebitis.

N. 1713. a. Rescripta Imp. Severi et Antonini Augg. quibus immunitas quaedam Tyranorum confirmatur, in tabula magna marmorea nuper effossa prope vicum Korotcoje in ripa sinistra fluminis Tyrae (Dniester) e regione coloniae Milesiae Tyranorum. Ex actis societatis historico-antiquariae Odessitanae Tom. II. 2 et 3. pag. 416 repetiit

---

1) *Exemplum sacri rescripti* explicat Murator. — 2) Tabula marmorea: *maximus*, quales lapicidae lapsus apertos ut infra: *distinguitur; dignitate, schenicos* alios similes aliquot in textu correxi. — 3) pro *ac* ut mox *his sacerdos* pro is. — 4) Tab. *probeantur.* — 5) Mommsen. coniecit: *manente semper Tusciae consuetudine.* Fortasse leg. *manente per Tusciam consuetudine.* — 6) Mommsen. coni. *praescripta.*

Mercklinus in Gerhard Arch. Ztg. 1853. pag. 161. indeque Henzen apud Orell. n. 6429.

[*Privile*]gii auct[*oritate perpensa et origine immu*]nitatis inpecta, quod [*usu firmatum qua*]qua ratione videbatur cum iusta m[*oderati*]one [1]) servavimus, ut neque ipsi consuetudine diuturna pellerentur et in posterum decreta civium adsumendorum consilio Praesidis provinciae *clarissimi viri* perpenderentur.

Exemplum epistulae ad Heraclitum.

Quamquam Tyranorum civitas oreginem dati beneficii non ostendat, nec facile quae per errorem aut licentiam usurpata sunt praescriptione temporis confirmentur: tamen quoniam divi Antonini parentis nostri litteras sed et fratrum Imperatorum cogitamus, item Antonii Hiberi, gravissimi Praesidis, quod attinet ad ipsos Tyranos, quique ab iis secundum leges eorum in numerum civium adsumpti sunt, ex pristino more nihil mutari volumus. Retineant igitur quaqua ratione quaesitam sive possessam privilegii causam in promercalibus quoque rebus, quas tamen pristino more professionibus ad discernenda municicia mercimoniorum edendas esse meminerint. Sed cum Illyrici [2]) fructum per ambitionem deminui non oporteat, sciant, eos qui posthac fuerint adsumpti, fructum immunitatis ita demum habituros, si eos legatus et amicus noster, *vir clarissimus*, iure civitatis dignos esse decreto pronuntiaverit: quos credimus, satis abundeque sibi consultum si grati fuerint existimaturos, quod origine beneficii non quaesita dignos honore cives fieri praeceperimus.

N. 1713. b. Rescriptum Imperatorum Caesarum Theodosii et Valentiniani ad senatum de honoribus Nicomacho Flaviano post mortem eius tribuendis. Romae habetur in foro Ulpio in basi magna literis valde evanidis. Edidit et commentario instruxit I. B. de Rossi in Annal. Institu. arch. 1849. p. 285. Henzen Orell. Vol. III. p. 120. n. 5593. Praemittitur in basi titulus honorarius Nicomachi Flaviani, cui statua posita fuit, deinde sequitur rescriptum.

Nicomacho Flaviano Con*sulari* Sicil*iae*, Vicar*io* Afric*ae*, Quaest*ori* aulae divi Theodosi, Praef*ecto* praet*orio*, Ital*iae*, Illyrici et Afric*ae* iterum, virtutis auctoritatis*que* senatoriae et iudiciariae ergo reddita [3]) in honorem filii Nicomachi Flaviani Con*sularis* Camp*aniae*, Procons*ulis* Asiae, Praef*ecti* urbi saepius, nunc Praef*ecti* praet*orio* Italiae, Illyrici et Africae.

Imperatores Caess. Fl. Theodosius et Fl. Placidus Valentinianus semper Augg. Senatui suo salutem

Clarorum atque inlustrium in re publica virorum adversum casus condicionis humanae interpolatum aliquatenus adserere honorem et memoriam defuncti in lucem [*hominum* [4]] revocare emendatio quaedam eius sortis videtur, quae praeiudic[*ium sum*]mum-

---

1) Ita initium tituli obliteratum restituit Mommsen. apud Henzen. Iam antea paulo aliter Mercklinus ita suppleverat: *Privilegii auctoritatem, epistula de iure immunitatis inspecta, quod usu firmatum quaque rati ne videbatur cum iusta restrictione servavimus.* — 2) Illyricum τέλος Ἰλλυρικόν Cf. Appian. Illyr. 6. Eius procurator fuit fortasse Heraclitus. Henzen. — 3) Intellige: statua. — 4) Hanc lacunam ut reliquas supplevit I. B. de Rossi.

que [*derit*]mentum virtutum existimatur. Bono nobiscum, *Patres conscripti*, [*faustoque omine*] intelligitis profecto quidquid in restitutionem [*honoris ac nom*]inis inlustris et sanctissimae aput omnes recordationis Flaviani senioris adimus, divi avi nostri venerationem esse, si eum quem vivere nobis servarique vobis (quae verba eius aput vos fuisse plerique meministis) optavit, sic in monumenta virtutum suarum titulosque revocamus, ut quidquid in istum caeca insimulatione commissum est, procul ab eius principis voto fuisse iudicetis. Cuius in eum effusa benevolentia et usque ad annalium [1]) quos consecrari sibi a Quaestore et Praefecto suo voluit provecta excitavit livorem inproborum. Nunc si aput vos abunde causas piaetatis adstruximus, accipite aliud, quod de vestris in illum sensibus et provinciarum omnium iudiciis muniamur. Quibus per illum locupletioris adhuc rei publicae bona vel adservata vel etiam aucta tantum et aput nos reverentiae contulerunt, ut quod hodie facimus, in pectoribus et sensibus vestris absque interpellatione ulla mediae oblivionis fuisse noverimus. Ex quo quidem ipso non minus memoriae illius quam nobis, *Patres Conscripti*, supra omnia praestitistis, ut non inmerito patientiae vestrae gratias agamus, ne quid erga restitutionem honoris eius admoniti potius quam sponte fecisse videamur. Cum alioqui ipse etiam de institutione illius probatus saepe nobis parentibusque nostris Flaviani filius [2]), honor semiplenus, etiam sub praefecturae praetorianae apice quem providentia et industria sua cottidie auget, delatus existimetur, nisi integer tandem et absque [*ullo re*]ligiosi muneris debito totius domus eius familiaeque sit. Gaudete ergo nobiscum, *Patres Conscripti*, optimo imperii nostri opere, ut nobiscum recognoscitis, et redditam vobis et patriae Senatoris eius memoriam et dignitatem probate, cuius consortio clariores fuistis et in posteris eius eadem aput nos reverentia vigetis.

Appius Nicomachus Dexter *vir clarissimus* Expraefectus urbi avo optimo statuendam curavi. — In latere dextro: [*Dedicata*].... Sept. [*Basso et Antio*]cho, *viris clarissimis* Conss.

Ad Delect. Inscript. profan Cap. II §. 5 p. 333. Edicta et rescripta magistratuum romanorum.

N. 1716. Titulum honorarium T. Sennii Sollemnis in basi marmorea Toriniacensi (Marbre de Torigny, Delect. n. 1640) cum epistolis Cl. Paulini et Aedini Iuliani ad eundem in eadem basi adscriptis denuo edidit ex forma chartacea ad lapidem expressa Boileau de Maulaville in: Memoires de la société des antiquaires de la France. Vol. VII. p. 278, omnium optime Mommsen Epigraph. Analect. in Bericht. der sächs. Gesellsch. d. W. 1852. p. 235. cuius quidem textus emendatior

---

1) Deest verbum aliquot, fortasse *volumen*. Rossi. — 2) *fili.* quod inscriptio habet, Ross. legit *filius*, atque supplet post hanc vocem: *fuerit, ei honor &c.* quae verba quacunque de causa excidisse coniicit. Cavedonius in Bull. Inst. archeol. 1850. p. 159 legendum esse proposuit: *filii*, assentiente Henzenio. Sed Mommsen. ad h. l. se perspicere negat, qua ratione non *filius*, sed *filii honor* dici possit *de patris institutione probatus*, recteque a Rossio scriptorem male consarcinasse sententias iudicari.

infra repetitus textui minus emendato inscriptionum n. 1640. 1716 et 1717 Delectus nostri substituendus est. Ceterum hoc marmor Toriniacense nec Orellius nec successor eius Henzen in Collectione Orelliana receperunt.

T. Sennio Sollemni Solemnini fi[*lio*] (lacuna tredecim versuum)... [*a*]micus Ti. Claud. [*Paulini Leg. Aug. Pr. pr. provi*]nc. Lugd. et cliens fuit, cui postea... ad legionem sext*am* adsedit: cuiq*ue* [*HS* XXV. N. *sala*]rium militiae in auro aliaque munera longe pluris misit. Fuit cliens probatissimus Aedini Iuliani Leg. Aug. prov. Lugd. qui postea Praef. praetor. fuit, sicut epistula [*quae*] ad latus scripta est, declaratur. Adsedit etiam in provincia lugdunense M. Valerio Floro Trib. mil. leg. III Aug. Iudici arcae ferrar*iorum.*

Tres prov. Gal.

primo [1]) monume*ntum* sua volunt*ate* posuerunt. Locum ordo civitatis Vdess. liber. D*ono* D*edit* P*edes* XVII K. Ian. Pio et Procul. Cs.

(In latere sinistro:)

Exemplum epistulae Cl. Paulini Leg. Aug. Pr. Pr. prov*inciae* Britanniae ad Sennium Soll*emnem*. *Sacerdote*m ad aram R*omae et Aug* [2]).

Licet plura merenti tibi [h*aec a*] me pauca tamen, quoniam honoris causa offeruntur, velim accipias libenter: chlamydem canusinam, dalmaticam laodicenam, fibulam auream cum gemmis, rachinas duas, siandr. et [3]) pellem vit*uli ma*rini. Semestris autem epistulam, ubi prope diem vacare coeperit, mittam. Cuius militiae salarium, id est HS XXV. N. in auro susc*ipe*, dis faventibus et maiestate sanct. Imp. deinceps pro meritis adfectionis magis digna consecuturus. Concordi*ae*.

(In dextro eiusdem basis latere:)

Exemplum epistulae Aedini Iuliani Praefecti praet. ad Badium Cominianum Procuratorem et vice*m* Praesidis agent*em*.

Aedinius Iulianus Badio Cominiano sal*utem*. In provincia lugdunense quinquefascalis *dum* agerem, plerosq*ue* bonos viros perspexi, inter quos Solemnem istum oriundum ex civitate Viduc. Sacerdotem, quem propter sectam, gravitatem et honestos mores amare coepi. His accedit quod, cum Claudio Paulino decessori meo in concilio Galliarum instinctu quorum[*dam*], qui ab eo propter merita sua lae[*si*] videbantur, quasi ex consensu provinc*iae* accusationem instituere tempta*rent*, Sollemnis iste meus proposito eorum restitit, provocatione scilicet inte[*rposita*], quod patria eius, cum inter [*ceteros*] legatum eum creasset, nihil de accusatione mandassent, immo contra lau[*dationem*]. Qua ratione effectum est, ut omnes ab accusatione desisterent. Quem magis magisque amare et compro[*bare*] coepi: is certus honoris mei erg[*a eum*] ad videndum me in urbem venit. [*Iam*] proficiscens petit, ut eum tibi commendarem. Recte ita feceris si claris illius ac nuperis, et reliqua.

---

1) Lapis habet: PRVOV: alii explicant: *primo viro*. — 2) In lapide secundum ectypum chartaceum: ... NEMATAMPO. — 3) Ita Mommsen. Boileau de Mal. secundum ectyp. chartaceum: *tossiam. brit.*

N. 1724. a. Addenda est epistola Velii Fidi, qua Iubentio Celso libellum Arrii Alphii commendat de corporibus coniugis et filii transferendis. Orellius exhibet n. 4370 quod exemplum Henzen Vol. III. p. 473 corrigit aliquot locis e monumento ipso, quod Romae in museo Kircheriano asservatur. Secundum literarum in monumento formas expressam eandem inscriptionem repraesentat Nouveau Traité de diplomatique. Tom. III. tab. 64.

Velius Fidus Iubentio Celso collegae suo salutem. Desideri frater, Arrii Alphii Arriae Fadillae, domini *nostri* Imp. Antonini Aug. matris, liberti libellum tibi misi, cogniti mihi ex longo tempore primae iubentutis. Etiam miratus, cum ab aedibus essem, quot eo loc*o* se contulisset: a quo didici causas requisitionis [1]) set et religionis magnopere a domino n. Imp. impetrasse. Ita ne qua mora videatur ei per nos fieri, libellum subscriptum, per eundem publicum sine mora mihi remittas. Opto te salvom et felicem es*se*.
Exemplu*m* libelli dati.

Cum ante hos dies coiugem et filium amiserim et pressus necessitate corpora eorum fictili sarcophago commendaverim, doniqu*um is* [2]) locus quem emeram aedificaretur via Flaminia inter miliar. II et III euntibus ab urbe parte laeva, custodia monumenti Fla. Thumeles a Maesolo M. Selii Orcilii [3]): rogo, domine, permittas mihi in eodem loco in marmoreo sarcofago, quem mihi modo comparavi, ea corpora colligere, ut euandone [4]) ego desiero pariter cum eis ponar. —

Feretrum fieri placet. Iubentius Celsus Promagister subscripsi III Non. Novemb. Antio Polione et Opimiano Kos. ordinariis [5]) Severo et Sabiniano Cos.

Ad §. 6. Decreta et sententiae magistratuum romanorum.

N. 1731. a. Addenda h. l. sententia C. Helvidii Prisci arbitri de finibus regundis inter Tillium Sassum privatum et municipium Histoniensium. Reperta est Campomarini in littore maris Hadriatici. Primus edidit Garuccius Bullet. Napol. nov. ser. 1853. n. 23 p. 180 et n. 34. p. 79 post eum Henzen apud Orell. n. 6432 et Mommsen Stadtrechte der latin. Gemeinden Salpensa u. Malaga. p. 484. cuius quidem exemplum sequimur.

C. Helvidius Priscus arbiter ex conpromisso inter Q. Tillium Eryllum, procuratorem Tilli Sassi, et M. Paquium Aulanium, actorem municipi Histoniensium utrisque praesentibus iuratus sententiam dixit in ea verba *quae infra scripta sunt*.

Cum libellus vetus ab actoribus Histoniensium prolatus sit, quem desideraverat Tillius Sassius exhiberi, et in eo scriptum fuerit, eorum locorum de quibus agitur factam determinationem per Q. Coelium Gallum Iunio M. Silano, L. Norbano Balbo Cos. VIII

---

1) Lapis: *requitionis*, etiam alia aliquot menda, ut paulo infra: *salvon et febcem es* in clausula epistolae, id genus alia. — 2) Ita legit Forcell. in lex. s. v. *donicum* Borghesium auctorem sequens. Hagenbuch coni. *doniqum eius*. — 3) leg. *Flaviae Thymeles a mausoleo M. Sellii Orcilii.* — 4) pro *quandoque* i. e. quandocunque. — 5) *ordinariis* iunge cum Severo et Sabiniano p. Chr. 155. Rarissimum hoc, ut Consules et ordinarii et suffecti una memorentur.

Kalendas[1]) Maias inter P. Vaccium Vitulum auctorem Histoniensium fundi Herianici et Tituriam Flacillam proauctorem Tilli Sassi fundi Vellani *actum esse*[2]) in re praesenti de controversia finium ita, ut utrisque dominis tum fundorum praesentibus Gallus terminaret, ut primum palum figeret a quercu pedes circa undecim, abesset autem palus a fossa (neque apparet quot pedes scripti essent propter vetustatem libelli interrupti in ea parte, in qua numerus pedum scriptus videtur fuisse), inter fossam autem et palum iter commune esset, cuius proprietas soli Vacci Vituli esset: ex quo palo e regione ad fraxinum notatam palum fixum esse a Gallo: et ab eo palo e regione ad supercilium ultimi lacus Serrani in partem sinisteriorem erectam[3]) palum ab eodem Gallo...

N. 1731. Fragmentum decreti de finibus regundis inter Lamienses et Hypataeos nuper prope Lamiam Phthiotidis effossum, quod ex ephemeridibus Atheniensibus *'Αϑηνᾶ* 1855 mens. Iun. 22 in Gerhardi Arch. Ztg Anzeiger 1855. p. 77 edidit Papasliotis, additis nonnullis Mommsenii adnotationibus, indeque Henzen apud Orell. 7420 e. *a*. p.522.

Q. Gellio Sentio Augurino Procons. decreta ex tabellis recitata Kalendis Martis. — Cum optimus maximusque Princeps Traianus Hadrianus Aug. scripserit mihi, ut adhibitis mensoribus de controversiis finium inter Lamienses et Hypataeos cognita causa terminarem, egoque in rem praesentem saepius et continuis diebus fuerim cognoverimque praesentibus utriusque civitatis defensoribus, adhibito a me Iulio victore evocato[4]) Augusti mensore: placet, initium finium esse ab eo loco in quo Siden[5]) fuisse comperi quae est infra consaeptum consecratum Neptuno indeque descendentibus rigorem servari usque ad fontem Dercynnam, qui est trans flumen Sperchion, i[*ta ut per*] Amphispora Lamiensium et Hypataeorum rigor at fontem Dercynnam [*supra*] scriptum ducat et inde at tumulum Pelion per decursum Sip.... at monimentum Euryti, quod est intra finem.... Erycaniorum et Proherniorum[6]) .... straxum et Sid.... const....

N. 1732. Hoc fragmentum sententiae de finium controversia inter compaganos rivi Lavarensis et Valeriam Faventinam emendatius edidit Mommsen Stadtrechte von Salpensa u. Malaga p. 488 ex Florez Esp. sagr. 24, 258 et ex Gruteriani thesauri exemplo in bibliotheca caesarea Parisina correctum. Ex Mommsenii recensione fragmentum ita legitur.

Imp. Caes. P. Helvio Pertinace principe senatus patre patriae Cos. II; Q. Sosio Falcone, C. Iulio Erucio Claro Cos. III Idus Febr*uarias* sententiam, quam tulit L. Novius Rufus Leg*atus* Aug*usti* Pro pr*aetore* v*ir* c*larissimus* inter compaganos rivi Lavarensis et Valeriam Faventinam, descriptam et propositam pr*idie* Non*as* Novembr*es* in v*erba* i*nfra* s*cripta*.

---

1) an. 19 p. Chr. — 2) desideratur coniunctio *et* ante *actum*, vel legendum est: *actumque esse*. — 3) legendum videtur: *erectum*: sed ob orationem mutilam nihil certi definiri potest. — 4) Male pro *evocato* Papasliotis *advocato* scribendum proposuit: satis enim notum, mensores saepe esse centuriones sive evocatos. Henzen. — 5) Ignota civitas vel pagus. — 6) *Proërna* sive *Proarna* civitas Thessaliae; de *Erycaniis* nihil reperire contigit. Henzen.

Rufus Leg*atus cum* co*nsilio* co*llocutus* decretum ex tilia recitavit.

Congruens est intentio mea quam [sum testa]tus proxime, argumentis [ab utraque] parte probatis re inspecta, de qua aput me actu*m* est, de.... nspectio ita c.... qui in priva....

N. 1733. Inscriptionem de lite fullonum adversus magistros fontanos denuo ad lapidem exegit et explicuit Mommsen Röm. Urkunden in Savigny Zeitschr. f. gesch. R W. 1850 Bd. XV. p. 326.

N. 1734. Habet Orell. n. 4405, ad quem num. Henzen Vol. III. p. 473 laudat Mommsen Inscr. Neap. 2646 unde etiam in nostro delectu corrige lin. 2. *P. Aeli Rufini.* Ibidemque: *in quibus se poss.* pro *cuius.*

Ad §. 9 Acta publica municipiorum. Delect. p. 365.

N. 1741. a. Aliud decretum Aquiliense exhibet Kandler Istria 1850. N. 43.

N. 1743. Vid. de eadem inscriptione Mommsen I. N. n. 6828.

N. 1750. Hoc decretum non Pompeianum sed Herculanense nunc ex Mommsenii I. N. corrigendum est. — Pro *Memmii* ubique nomen ponendum *Remmii;* lin. 9. leg. *eorum ponderum et scholae;* lin. 10. *utque servos. quei redemptus est, erit ei negotio praeponerent.*

N. 1750. a. Addatur decretum Praenestinum, Grut. 389. 8. correctum a Borghesio in Ann. Inst. arch. 1849. p. 64.

Exempl*um* decr*eti quod factum* Q. Iunio Silano et L. Septimio Valeriano Cos. [1]) Postulante Claudio Marone uti locus ad statuam ponendam optimae memoriae viro quond*am* filio Aeli Aug. liberti Anatellon*ti* amantissimo rei publicae nostrae [2]): placuit, et in honorem Anatellontis semper et ubique de rep*ublica* opt*ime* mer*iti* et in gratiam Claudi Maronis locum ad statuam ponendam ad electionem ipsius arbitr*i* dare.

N. 1753. Ad scriptores de decreto Tergestino eiusque varias lectiones in Vol. II. Enchiridii p. 289 propositas, nunc addendus Henzen apud Orell. n. 7168 qui denuo edidit cum suis et Mommsenii emendationibus, quarum potissimae infra notatae sunt: Delect. p. 377. Decreti lin. 1. ab initio decreti suppletur *Quod pr. Kl. Novembr.* — lin. 23 pro: *pius excubit* Mommsenio teste lapis habet: EIVS. EX. CVBT. unde idem scribendum coniicit: *eius excubia.* — lin. 24 pro *assererat* Mommsenio lapis visus est habere: XIIIIERAT. unde scribendum coni. *artis ferat,* vel simile aliquid. — p. 2378. lin. 4 leg. *quas* pro *quos.* — lin. 6 pro remisit Mommsen, ex lapide *submisit.* — lin. 9 dele *Pio* ante *reipublicae.* — lin. 12 pro *cum novis coloniis* Mommsen. coni. *cum fomentis,* idque postea se in lapide legisse dicit. Henzenius in textu habet: *cum egminiis.* — lin. 18 pro *adque gratiam habendam* leg. *ad cuius rei gratiam hab.* Paulo post pro: *permansuram* Mommsen. lectionem lapidis *permansur.* supplendum arbitratur *permansuro.* — lin. 20 dele *Romam.* — lin. 23 lapis habet Mommsenio teste: *fieri oportet o. statuam.* Literam O ante *statuam* Kandler explicat: *omnimode.* — lin. 26 pro *voluntas* legendum cum Mommsenio *voltus* qui in lapide invenit VOLT. — lin. 29 pro *pignus* Henzen exhibet *pius,* addita hac ipsius et Mommsenii nota: sic Kandlerus, Carlius, Wittius. Errorem quadratarii dicit Zumpt. legendumque OPVS. [Lectio certa est: sed potest excidisse *sit* post *hoc.* Mommsen.] — lin. 32 leg. *uti patiatur se in hanc rem adsensum suum legari;* tum lin. sequenti dele *permittat;* haec omnia ex lectione Mommsenii.

---

1) Probabile est, hos consules suffectos esse assignandos aetati Septimi Severi imperantis ex sententia Borghesii cf. Dio Cass. 74, 7. — 2) Male excidit *daretur.*

N. 1767. a. Fastis municipalibus addendos esse fastos Capuanos, iam monui Handb. II. 290, quos postquam A. W. Zumptius in Comment. epigr. I. p. 3 seqq. explicuit et restituit, de origine eorum et restitutione quaestionem cupidius quam par est tractavit Mommsenius. Cuius quidem ut etiam Equitis de Rossi de his fastis scripta Henzenius ad Orell. n. 611. Vol. III. p. 56 accurate enumerans, cur Zumptii scripta ad sententiam suam defendendam edita commemorare omittat, difficile est intellectu. Non potest de hac causa iudicari nisi adhibeantur haec A. W. Zumptii scripta: De fastorum municipalium Campanorum fragmento defensio, (inserta programmati Gymnasii Berolinensis Friderico-Wilhelmiani. Berlin. 1853. 36 pagg. 4.) et: De fastorum municipalium Campanorum fragmento ad C. B. de Rossi. Epistola critica. Berolini. 1854. 4.

Ad Delect. §. 10. p. 385. Acta collegiorum.

N. 1768. Legis de magistris aquarum fragmentum post Rudorffium denuo tractavit Mommsen Röm. Urkunden. in Savigny Zeitsch. f. gesch. R. W. 1850. Bd. XV. pag. 345.

Actis collegiorum adnumerandi sunt hi bini tituli: Exemplum epistulae Sex. Fadi Secundi ad collegium fabrûm Narbonensium, cum decreto huius collegii, cuius tituli partem primus edidit F. Artaud in Memoires de la Société des antiquaires de France. 1826. T. VII. p. 244. reliqua Mommsen in Bull. Inst. arch. 1853. p. 27. unde Henzen repetivit apud Orell. n. 7215: tum: Album corporis tabernariorum ad Arcadii Honorii aetatem pertinens insculptum in tabula marmorea reperta anno 1854 Romae ad Pantheum M. Agrippae, quod nihil fere nisi nomina continet ab Henzenio editum apud Orell. n. 7215. a. p. 458.

Ad §. 11. Tabulae negotiorum solemnium p. 391.

N. 1777. Scriptoribus de tabula alimentaria Traiani add. Desjardins De tabulis alimentariis. Paris. 1854.

N. 1778. Tabulam alimentariam Ligurum Baebianorum Mommsen. edidit Inscr. Neapol. n. 1354 eiusque exemplum sequitur Henzen apud Orell. n. 6664. Ab initio lin. 3 Delect. post *Ligures Baebiani* lege: *et Corneliani unde* cet. nam Ligures Baebiani et Corneliani, Mommsenio docente, eiusdem sunt rei publicae, quae ab utroque Consule qui eam deduxit modo Cornelianorum et Baebianorum nomen sumpserit, modo ab alterutro vel Cornelianorum vel Baebianorum appellata sit. Omnem reliquam lectionis diversitatem persequi, nihil attinet, cum in Delectu nonnisi partem huius instrumenti formularum cognoscendarum causa dederim.

N. 1779. Ad Flavii Syntrophi instrumentum Mommsenius (Bericht d. sächs. Ges. d. W. 1849. Tom. I p. 288) varias lectiones ex Castellinii exemplo edidit, atque fragmentum monumenti ipsius etsi paucorum versuum Romae in galleria lapidaria a se inventum esse indicat. Variae lectiones ex utroque fonte petitae levioris sunt momenti, ab Henzenio apud Orell. n. 7321 additae. Ibidem vero quaedam a Mommsenio emendationes supplementorum Huschkeianorum proponuntur, quas h. l. adscribere placet: Instrument. lin. 11. Delect. pro *manumissi erunt* Mommsenius: *honorati* vel *nominati erunt*. — lin. 21. ita ut huic voluntati *parentes deducta summa* impensae... inter *vos divi-*

datis. — p. 399. lin. 9. salva volu*ntate si qua post hunc diem* hortis inferri consacrarive voluerint.

N. 1786. a. Tabula cerata nuper admodum reperta Abrudbanyae in Transsylvania literis cursivis scripta, qua Dasius Breucus emit mancipioque accepit puerum Apolaustum V. Gerhard Arch. Anzeig. 1856. N. 88. p. 191.

Ad Delectus Inscript. militar Cap I. §. 1. pag. 415.

N. 1825. De hoc titulo Henzenius non plane sibi constat Ad N. 1085. 1086 Orell. Vol. III. p. 113 titulum antiquum esse, loco quodam Ruperti abbatis Tuitiensis probari ei videtur (Cf Epigr. Handbuch. II. 321). Sed ad N. 6730. p. 345. castrum Divitense in monumentis tantum ficticiis vel interpolatis exstare, confidenter pronuntiat.

N. 1827. Tegularum et laterum cum nominibus legionum et cohortium inscriptis magna copia est in museo Aquis Mattiacis qui describuntur in Klein et Becker Inscription. Nassoviens Aquis Mattiacis 1855. (Annalen des Vereins für Nassau. Alterthumskunde IV. B. 3 H. Wiesbaden 1855.) p. 537—550 — Legionum et cohortium nomina coniunctim in tegulis et latereulis usquam reperiri negat, ideoque eiusmodi latereulos prope Rottenburg ad Nicrum repertos spurios esse pronuntiat Mommsen. Epigr. Analect. in Bericht. d sächs Ges. 1852. III. IV. p 191.

N. 1833. Glandes missiles cum inscriptionibus, quot adhuc innotuerunt collegit Gaetanus de Minicis Sulle antiche ghiande missili Rom. 1844. 4 (ex actis pontif. acad. archaeol.), unde plura eiusmodi inscriptionum exempla repetivit Henzen apud Orell n. 6836.

Ad Inscript. militar. Tabulae. § 2. Delect. p. 418.

N. 1840 a Laudatio equitum Coh VI. Commagenorum in basi Lambese. Renier Inscript Alger I. p. 2. n. 5, unde omissis iis partibus inscriptionis, quae nimis mutilae aut obscuratae sunt, hos binos locos ab initio et finem versus depromsimus:

Eq*uitibus* coh*ortis* sextae Commagenorum.

Difficile est, cohortales equites, etiam per se placere; difficilius post alarem exercitationem non displicere. Alia spatia campi, alius iaculantium numerus, frequens dextrator, cantabricus densus, equorum forma, armorum cultus pro stipendii modo verus. Vos fastidium calore vitastis; strenue faciendo quae fieri debebant, addidistis ut et lapides fundis mitteretis et missilibus confligeretis...... Opus quod alii inter plures dies div[*isissent, v*]os uno die peregistis: murum longi operis et qualis mansuris hibernaculis fieri solet non multo diutius exstruxistis quam caespite exstruitur, qui modulo pari caesus et vehitur facile et tractatur et sine molestia struitur, ut mollis et planus pro natura sua, vos lapidibus grandibus, gravibus, inaequalibus, quos neque vehere, neque attollere, neque locare quis possit, nisi ut inaequalitates inter se compareant. Fossam glaria duram scabram[*que*] recte percussistis et radendo levem reddidistis. Opere probato introgressi castra raptim et cibum et arma cepistis [*et*] equitem emissum secuti magno clamore, revertentem pe[*rsecuti estis*]......

N. 1840. b. Statutum collegii militaris (Cornicinum legionis III) Renier. Inscr. Alger. I. p. 15. n. 70.

Scamnario nostro dabunt collegae qui facti fuerint -X-[1] DCCL. Si qui de collegis tramare proficiscentur, cum profecturi sint, accipient viaticum pro mari -X- CC eque absentia regressi D. Item veteranis anularium nomine -X- D. Item si qui ex collegio ampliore gradu proficiscentur, accipient -X- D. Item si qui obitum naturae reddiderint, accipient heredes ipsorum sive procurator -X- D. Item, quod abonimamur, si quis locum suum amiserit, accipiet -X- CCL...... Et si quis de tironibus ab hac die satis arcae fecerit, accipiet quitquit debet. Lex facta XI Kal. Sept. [Plautiano] II et Geta II Cos. Ceninis Antoninus P....nus Marcus.

§. 13. Tabulae missionis honestae. Del. p. 421.

N. 1842. Tabulis missionis honestae quadraginta septem quas enumeravi Handbuch II. 328 nunc hae addendae sunt noviter repertae:

48) Traiani, anno 114 p Ch assignanda, reperta Carnunti 1853 in Museo imperiali Vindobon. asservata Edidit Eduardus de Sacken in Sitzungsbericht. d. phil. hist. Cl. d. k. k. Akad. Vol. XI. fasc. II. p. 353. Henzen apud Orell. 6857. a.

49) Hadriani, (an. 157 p. Ch.) repert. 1851 in territorio civitatis Zsuppa in Hungaria. Edidit Ios Arneth in Sitzungsber. d k k. Akad 1853 Vol. XI p 309; Henzen apud Orell. 6858 a.

De locis, quibus in Capitolio tabulae honestae missionis affigebantur disputavit Mommsen. Bullet. Inst. arch. 1845 p 119, eumque secutus Henzen apud Orell. 5088. De tabulis quadraginta septem a me enumeratis Henzenius plures in collectionem Orellianam recepit et notis instruxit, inter monumenta historica Cap II quas h. l. coniunctim proponere non alienum erit Ex indice igitur meo (Handb. II. 328) tabula n. 2. Neronis apud Henzenium est 5407; n. 8 Vespasiani, Henzen 5418; n. 9 Titi, Henzen. 5428; n. 11. Domitiani, Henzen 5430. n 13 Domitiani, Henzen. 5433; n. 17 Traiani, Henzen. 5442; n 20 Traiani, Henzen. 5443.

---

1) Denarios.

BINDING SECT. NOV 17 1967

C

l (ed.) 21405
ıch der römischen Epigraphik.
vol. in 1.

NAME OF BORROWER.